

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.


+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08164091 8

Theology



ANNEX

[illegible]

CORPVS

SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. L.

PSEVDO-AVGVSTINI

QVAESTIONES VETERIS ET NOVI TESTAMENTI CXXVII.

ACCEDIT APPENDIX CONTINENS ALTERIVS EDITIONIS QVAESTIONES SELECTAS.

RECENSVIT

ALEXANDER SOUTER.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G. M. B. H.)

MDCCCCVIII.

Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum.

Vindobonae apud F. Tempsky bibliopolam.

VOL. XVI. POETAE CHRISTIANI MINORES. Pars I: Paulinus Petric. reci *M. Petschenig*, Orientius rec. *R. Ellis*, Paulinus Pellaeus rec. *G. Brandes*, Claudii Mari. Victoris Alethia et Probae cento rec. *C. Schenkl.* 16 *K* 40 *h* = 16 M. 40 Pf.

VOL. XVII. CASSIANUS. Pars I: Prolegomena. Institutionum libri XII. Contra Nestorium libri VII. Indices. Rec. *M. Petschenig.* 20 *K* 50 *h* = 20 M. 50 Pf.

VOL. XVIII. PRISCILLIANVS. Rec. *G. Schepß.* 8 *K* 50 *h* = 8 M. 50 Pf.

VOL. XIX. LACTANTI opera. Pars I: Diuinae institutiones. Rec. *S. Brandt.* 25 *K* = 25 M.

VOL. XX. TERTVLLIANVS. Pars I ex rec. *A. Reifferscheid* et *G. Wissowa.* 15 *K* 60 *h* = 15 M. 60 Pf.

VOL. XXI. FAVSTI REIENSIS ET RVRICII opera rec. *A. Engelbrecht.* 16 *K* = 16 M.

VOL. XXII. HILARII PICT. tractatus super psalmos. Rec. *A. Zingerle.* 24 *K* = 24 M.

VOL. XXIII. CYPRIANI GALLI POETAE Heptateuchos. Accedunt incertorum de Sodoma et Iona et ad senatorem carmina et Hilarii quae feruntur in Genesin, de Maccabaeis atque de euangelio. Rec. *R. Peiper.* 10 *K* = 10 M.

VOL. XXIV. IVVENCVS. Rec. *I. Huemer.* 7 *K* 20 *h* = 7 M. 20 Pf.

VOL. XXV (pars I). S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VI p. 1: De utilitate credendi, de duabus animabus, contra Fortunatum, contra Adimantum, contra epistulam fundamenti, contra Faustum. Rec. *I. Zycha.* 20 *K* 40 *h* = 20 M. 40 Pf.

VOL. XXV (pars II). S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VI p. 2: Contra Felicem, de natura boni, Secundini Man. ad August. epistula, contra Secundinum. Accedunt Euodii de fide contra Manichaeos et commonitorium Augustini. Rec. *I. Zycha.* 7 *K* 60 *h* = 7 M. 60 Pf.

VOL. XXVI. OPTATVS. Rec. *C. Ziwsa.* 9 *K* 60 *h* = 9 M. 60 Pf.

VOL. XXVII (fasc. I). LACTANTI opera. Partis II fasc. I: Libri de opificio dei et de ira dei, carmina, fragmenta. Ed. *S. Brandt.* 6 *K* 40 *h* = 6 M. 40 Pf.

VOL. XXVII (fasc. II). LACTANTI opera. Partis II fasc. II: De mortibus persecutorum. Indices. Ed. *S. Brandt.* 11 *K* 20 *h* = 11 M. 20 Pf.

VOL. XXVIII (pars prior). S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. III p. 2:*) De Genesi ad litteram libri duodecim, eiusdem libri capitula, de genesi ad litteram inperfectus liber, locutionum in Heptateuchum libri septem. Rec. *I. Zycha.* 16 *K* 80 *h* = 16 M. 80 Pf.

VOL. XXVIII (pars posterior). S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. III p. 3: Quaest. in Heptateuch., Adnot. in Iob liber unus. Ed. *I. Zycha.* 17 *K* 60 *h* = 17 M. 60 Pf.

VOL. XXIX. PAVLINI NOLANI opera. Pars I: Epistulae. Rec. *Guil. de Hartel.* 15 *K* 50 *h* = 15 M. 50 Pf.

VOL. XXX. PAVLINI NOLANI opera. Pars II: Carmina. Indices. Rec. *Guil. de Hartel.* 15 *K* = 15 M.

VOL. XXXI. EVCHERIVS. P. I: Formulae spir. intell., instructiones, passio Agaunensium mart., epist. de laude heremi. Rec. *C. Wotke.* 5 *K* 60 *h* = 5 M. 60 Pf.

VOL. XXXII (pars I fasc. I). AMBROSIVS. Pars I fasc. 1: Exameron, de paradiso, de Cain et Abel, de Noe. Ed. *C. Schenkl.* 12 *K* 80 *h* = 12 M. 80 Pf.

VOL. XXXII (pars I fasc. 2). AMBROSIVS. Pars I fasc. 2: De Abraham, de Isaac, de bono mortis. Ed. *C. Schenkl.* 8 *K* 80 *h* = 8M. 80 Pf.

VOL. XXXII (pars II). AMBROSIVS. Pars II: De Iacob, de Ioseph, de patriarchis, de fuga saeculi, de interpellatione Iob et Dauid, de Apologia Dauid. Apologia Dauid quae uocatur altera, de Helia, de Nabuthae, de Tobia. Ed. *C. Schenkl.* 16 *K* = 16 M.

VOL. XXXII (pars IV). AMBROSIVS. Pars IV: Expositio euangelii secundum Lucan. Ed. *C. Schenkl.* 18 *K* 40 *h* = 18 M. 40 Pf.

VOL. XXXIII. S. AVRELI AVGVSTINI opera Sectio I pars 1: Confessionum libri XIII ex rec. *P. Knoell.* 10 *K* 80 *h* = 10 M. 80 Pf.

VOL. XXXIV (pars I). S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. II. Epistulae. P. I: Ep. I—XXX. Rec. *Al. Goldbacher.* 3 *K* 60 *h* = 3 M. 60 Pf.

---

*) Errore uolumen XXVIII ut Sect. III pars I signatum est; S. Augustini operum Sect III pars I (= uol. XII) prostat apud O. Geroldi filium bibliopolam Vindobonensem.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
558020
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
R 1914 L

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. L.

PSEVDO-AVGVSTINI

QVAESTIONES VETERIS ET NOVI TESTAMENTI CXXVII.

ACCEDIT APPENDIX CONTINENS ALTERIVS EDITIONIS

QVAESTIONES SELECTAS.

RECENSVIT

ALEXANDER SOUTER.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCVIII

Augustine, Saint, bp. of Hippo. Spurious and doubtful works.

PSEVDO-AVGVSTINI

QVAESTIONES VETERIS ET NOVI TESTAMENTI CXXVII.

ACCEDIT APPENDIX CONTINENS
ALTERIVS EDITIONIS QVAESTIONES SELECTAS.

RECENSVIT
ALEXANDER SOUTER.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G.M.B.H.)

MDCCCVIII.

EW

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
558060
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
R 1914 L

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae

IOHANNI E. B. MAYOR

W. M. RAMSAY

IACOBO S. REID

PROFESSORIBVS

AMICIS

D. D. D.

DISCIPVLVS

PROLEGOMENA.

I.

Augustini nomine haud pauca scripta ad nostram usque aetatem peruenerunt, quae editores subtili acumine ut suppositicia respuentes appendicis tantum loco publici iuris fecerunt. neque tamen inde causa petenda est, cur ea neglegamus. quamquam enim multa eiusmodi opuscula recentioribus temporibus stabiliendi alicuius dogmatis causa uel aliis rationibus commoti falsarii inpudentissimi confinxerunt, tamen non desunt altera ex parte haud spernendae antiquitatis et dignitatis documenta, quae tamen, quoniam sine scriptoris nomine edita uel tradita erant, medii aeui scioli litterarum Latinarum parum periti celeberrimo Augustini nomine insignire non dubitauerunt. atque etiam opus, quod hic edendum suscepimus, ut certo Augustini non est, ita eis temporibus scriptum, quibus admodum adulescens erat ipse Augustinus, sat multa continet, quae studiosis siue historiae siue theologiae siue linguae denique ipsius perquam sint utilia. [1])

Libri, qui *Quaestiones ueteris et noui testamenti* praebet, tres formas nobis tradiderunt codices manu scripti, quarum prima complectitur quaestiones CL (uel potius CLI, sed ultima quaestio hodie non amplius exstat), ex quibus LVI ad uetus testamentum et XCIIII (uel XCV) separatim numeratae in codicibus ad nouum testamentum pertinent, secunda CXXVII, quas libri manuscripti continua numerorum serie tradunt, tertia CXV, quas codices numeris ita distinguunt, ut primo loco XXXVIII quaestiones ueteris testamenti, secundo loco LVI

[1]) Nec silendum est hic de aliquot ueterum existimatione, qua partes saltim nostri operis Ambrosii nomen prae se nonnumquam ferunt (uide infra pp. XXVI. XXXIII).

quaestiones noui testamenti (qq. XXXVIIII—XCIIII), denique additamenti instar tertio loco *Librum quaestionum* continentem XXI quaestiones separatim numeratas exhibeant. atque inter singulas has formas ea ratio intercedit, ut tertia eas tantum quaestiones, quae etiam in prima aut secunda collectione leguntur, contineat, prima uero et secunda certis quibusdam quaestionibus insignitae sint, quae alterius utrius ex his duabus formis sint propriae. ut autem cognoscatur, quae quaestiones omnibus tribus recensionibus, etsi uerbis aliquantum differentes, aut duabus aut denique una tantum tradantur et quo quaque in recensione ordine singulae quaestiones sese excipiant, tabellam proponimus, in qua prima numerorum columna indicat quaestiones recensionis quam uocauimus primam, secunda secundae, tertia tertiae.

QVAESTIONES VETERIS TESTAMENTI.

1	I	1	20	XVIII	17
2			21	XVIIII	18
3	II	2	22	XX	19
4	III	3	23	XXI	20
5	IIII	4	24	XXII	21
6	V	5	25	XXIII	22
7	VI	6	26	XXIIII	23
8	VII	7	27	XXV	24
9	VIII	8	28	XXVI	25
10	VIIII	9	29	XXVII	26
11	X	10	30	XXVIII	II
12	XI	11	31	XXVIIII	31
13	XXXV	29	32	XXX	III
14	XII	12	33	XXXI	27
15	XIII	13	34	XXXII	28
16	XIIII	14	35	XXXIII	IIII
17	XV	15	36	XXXIIII	30
18	XVI	16	37		
19	XVII	I[1])	38		

[1]) Hanc numerorum formam usurpaui, ut distinguerem eas quaestiones quas neque ueteris neque noui testamenti proprias separatim post ceteras collegit huius collectionis auctor.

39	XLII	35	51		
40			52	XXXVIII	VI
41			53	XXXVIIII	33
42			54		
43	XXXVI	32	55	XL	34
44	XXXVII	V	56	XLI	VII
45				XLIII	36
46				XLIIII	VIII
47				XLV	37
48				XLVI	VIIII
49				XLVII	38
50					

QVAESTIONES NOVI TESTAMENTI.

1	XLVIII	39 (N.T. 1)[1]	25	LXI	52 (N.T. 14)
2	LXXXVII	78 („ 40)	26	LXIII	54 („ 16)
3		77 („ 39)	27	LXII	53 („ 15)
4		76 („ 38)	28		
5		75 („ 37)	29		
6		74 („ 36)	30	LVII	48 („ 10)
7		73 („ 35)	31	LVIII	49 („ 11)
8	LXXXV	72 („ 34)	32		
9	XLVIIII	40 („ 2)	33		
10	L	41 („ 3)	34	LXIIII	55 („ 17)
11	LIIII	45 („ 7)	35	LXV	56 („ 18)
12	LII	43 („ 5)	36	LXVII	58 („ 20)
13	LI	42 („ 4)	37	LXVI	57 („ 19)
14	LIII	44 („ 6)	38	LXVIII	59 („ 21)
15	LV	46 („ 8)	39		
16	LVI	47 („ 9)	40	LXXII	63 („ 25)
17			41	LXXIII	64 („ 26)
18			42		
19			43		
20	LXVIIII	60 („ 22)	44		
21	LX	51 („ 13)	45		
22			46	LXXXVI	XIIII
23			47	LXXV	X
24	LVIIII	50 („ 12)	48		

[1]) Alii codices numeratione continua utuntur, alii noui testamenti quaestiones separatim numerant, quare utroque modo singulas quaestiones significaui.

49	LXXVI		XI	89	XCII	82 (N.T.	44)
50				90	XCIII	83 („	45)
51				91	XCVI	86 („	48)
52				92			
53				93	XCI	81 („	43)
54	LXXVII	66 (N.T.	28)	94	XCVII		XVI
55				95			
56	LXXVIII	67 („	29)		LXX	61 („	23)
57					LXXIIII	65 („	27)
58					LXXXVIII		XV
59	LXXVIIII	68 („	30)		XCIIII	84 („	46)
60					XCVIII	87 („	49)
61					C	88 („	50)
62					CI		XVII
63	LXXX	69 („	31)		CII		XVIIII
64	LXXXI		XII		CIII		XX
65					CIIII	89 („	51)
66					CV	90 („	52)
67					CVI		XXI
68	LXXXII	70 („	32)		CVII		
69					CVIII		
70					CVIIII		
71					CX		
72					CXI		
73					CXII		
74	XCVIIII		XVIII		CXIII	91 („	53)
75					CXIIII		
76					CXV		
77					CXVI	93 („	55)
78					CXVII		
79	LXXXIII		XIII		CXVIII		
80					CXVIIII		
81					CXX	92 („	54)
82					CXXI	94 („	56)
83					CXXII		
84	XCV	85 („	47)		CXXIII		
85	LXXI	62 („	24)		CXXIIII		
86	LXXXIIII	71 („	33)		CXXV		
87	LXXXVIIII	79 („	41)		CXXVI		
88	XC	80 („	42)		CXXVII		

Ac primum quidem tertiam recensionem uel potius compilationem multo recentiorem esse quam aetatem scriptoris ideoque minime esse pretiosam euincere conabimur.

Huius enim recensionis omnes codices (cf. infra p. XXXIII) siue Austriaci siue Germanici sunt, quorum antiquissimus (*L*) uix ante undecimi finem saeculi scriptus est. quem codicem cum totum contulissem, luce clarius factum est hanc recensionem ex aliquo recensionis secundae codice classis *X*, et quidem familiolae *GA* (cf. infra p. XXXII), maxima ex parte esse confectam, adhibito codice quoque aliquo fortasse lacero primae recensionis, praecipue ad eas quinque quaestiones (Append. quaest. nou. test. III—VII) edendas, quae in secunda recensione desiderantur. cum codicum domicilia consideramus et in memoriam reuocamus codices *GA* a Treueris et Augia Maiore nono saeculo originem duxisse, coniectari licet tertiam recensionem ab aliquo Hrabano Mauro uel Walahfrido Strabo esse compositam inter octauum et duodecimum saeculum. quam opinionem confirmant latinitas a redactore nostro secundum bonam normam diligenter polita (cf. p. 430—433) tresque emendationes praeclarae, quas in textum meum recipi necesse erat (p. 167, 7. 173, 11. 196, 7). haec de recensione tertia.

De reliquis duabus recensionibus quaerendum utra earum prior sit: nam quin ab eodem utraque sit profecta auctore minime dubitari potest. stilus enim idem est per quaestiones omnes, [1]) exceptis App. quaest. uet. test. II (p. 419 ss.) [2]) et App. quaest. nou. test. XCII (p. 477 ss.), quae nihilo minus eiusdem auctoris esse possunt, si eum fontis sui uerba in librum suum fere inmutata recepisse sumimus. duarum editionum mihi uidetur illa, quae CL quaestiones continet, esse prior has ob causas. titulus ipse melius describit illas quam alteras. sunt enim fere omnes uerae quaestiones,

[1]) Consule indicem uerborum et elocutionum editionis nostrae et *Study of Ambrosiaster*, cap. III, ubi tamen pauca de multis inuenies.

[2]) Cf. praeterea locum p. 420, 30, ubi mirum in modum mentio fit martyrii quasi rei praesentis.

sed alterius multae sunt potius homiliae uel tractatus quam quaestiones. porro errores quos prior exhibet in altera non uidentur. ut exempla adferam, *Charmi* prior dicit peccasse, sed recte *Achar filium Charmi* (p. 64, 2) altera; uersus bis falso ad Hieremiam relatus est in priore (p. 429, 6. 469, 9), qui uere ad Ezechielem pertinet, ut in altera recte habetur (p. 76, 27). quaestio de Arrio scripta (XCVII) multo longior est in altera quam in priore, quare alteram seriorem fuisse ueri simile est. quaestiones quoque omnes fere, quae in secunda editione non leguntur, sunt breuissimae facileque praetermitti poterant ut minoris momenti in ea, sed uix ostenderit quis cur eae in secunda legerentur, si in priore non fuissent. contra tractatus longiores minime in altera editione neglegi poterant. porro plura sunt signa repetitionis in priore quam in altera: nihil tale quale p. 464, 18—24, qui locus ad uerbum repetitus est ex p. 441, 22—27, ubi totam quaestionem XLII efficit, in altera editione inuenire poteris.

Diligenti quidem lectori elucebit auctorem opus suum curiose retractasse ea ratione ut prolixiores suos tractatus admittere posset. itaque omnia parui momenti, multas sententias procedente libro repetitas, omnes quos uidebat errores resecuit aut sustulit. cum multae breues quaestiones epistulas breuiores Paulinas tractarent, facile poterat eas omittere, quia, postquam priorem *Quaestionum* recensionem confecit, ad epistulas Paulinas prolixiore opere explicandas uel potius explicatas edendas se conuerterat et his commentariis, qui hodie quoque ficto *Ambrosiastri* nomine supersunt,[1]) editis certas quasdam *Quaestionum* partes superfluas esse putabat. praeterea poterat subprimere V.T. 42 (p. 424), quam quaestionem multo prolixius in quaest. CXXIII tractauit; eodem modo in locum V.T. 48 (p. 427) successit longior quaest. CIII; N.T. 65 (p. 459) excidit, cuius uicem multo melius quaest. XCI

[1]) Vide infra p. XXIII. ueri simile mihi uidetur auctorem *Quaestionum* et *Ambrosiastri* qui dicitur opera sua hoc ordine scripsisse: Comm. ad Rom., Comm. ad I. II Cor., Quaest. ed. pr., Comm. ad ceteras Pauli epistulas, Quaest. ed. post.

(= N.T. 93) agere posset; N.T. 76 (p. 470) uix necessaria erat in noua recensione, quae quaestiones XIII (= V.T. 15). XXXVI (= V.T. 43). XLIII contineret; N.T. 32 (p. 438) loco mota est, quia satis de ea re disputatum erat in quaest. LXXI (= N.T. 85). neque tamen hic illic additamenta in altera facere detractauit. praeterea titulos quarundam omnino mutauit et plus minus retractauit nonnullas quaestiones. ad summam tanta cura uerba ipsa recensuit ut periculosissimum sit unius uerba recensionis adhibere ad textum alterius constituendum, neque feci.[1]) quod quominus faciamus eo magis inpedimur quod exemplaria prioris editionis pro certo librariorum limam passa sunt. nam huic quoque recensioni, ut conpilationi quam supra memorauimus, non desunt signa asperitatis stili amotae et textus sacrae scripturae ad Vulgatam deformati.

Cum in editione nostra recensio altera merito locum principalem obtineat neque priores formas earum quaestionum, quae ambabus antiquis editionibus sunt communes, inprimendas curauerimus, necesse est hic quam breuissime adumbremus quid rationis inter eas intercedat. tituli prorsus inter se differunt harum quaestionum: V.T. 52 = XXXVIII, N.T. 31 = LVIII, N.T. 25 = LXI, N.T. 35 = LXV, N.T. 37 = LXVI, N.T. 47 = LXXV, N.T. 64 = LXXXI, N.T. 74 = XCVIIII, atque hoc modo:

V.T. 52. *Benedicat terra, ait, dominum, laudet et confiteatur ueritatem tuam. quo modo ergo in psalmis: numquid confitebitur tibi, inquit, puluis aut annuntiabit ueritatem tuam?*

XXXVIII. *Si equus et mulus non habent intellectum, quanto magis terra res sine sensu! quid est ergo ut dicatur terra benedicere deum?*

N.T. 31. *Iohannes dicit de saluatore: et ego nesciebam eum, sed qui me misit*

LVIII. *Qua ratione negat se Iohannes Christum scisse ante baptismum, cum uenienti*

[1]) Sed cf. p. 97, 20. 154, 2 in Addendis et 172, 13, ubi editio prior confirmat coniecturam quam fecerunt Engelbrecht et Turner.

baptizare ipse mihi dixit: super quem videris spiritum descendentem et manentem in eo, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. quo modo nesciebat eum, qui venientem ad baptismum suum prohibet dicens: ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me?

ei ad baptismum dicat: ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? quo modo ignorabat eum, quem prohibuit, humilians se ei?

N.T. 25. *Iudaeis accusantibus discipulos, quod facerent contra legem sabbatis spicas uellendo, saluator exemplum protulit Dauid dicens: nescitis quid fecit Dauid cum esuriret, quo modo accepit panes propositionis et manducauit et dedit his qui secum erant, quod non licebat eis nisi sacerdotibus solis? quod exemplum non excusare uidetur discipulos, sed possunt tam hi quam Dauid praeuaricatores uideri.*

LXI. *Quid est ut Iudaeis discipulos accusantibus, eo quod sabbatum uiolarent spicas manibus confricantes et comedentes, saluator exemplum Dauid proferret, quia manducauit panes, quos non licebat ei manducare nisi solis sacerdotibus, per quod non uidentur excusari, sed simul cum Dauid rei fieri, quippe cum nec sabbatis fecerit hoc Dauid?*

N.T. 35. *Tres euangelistae sexta hora cruci fixum dicunt saluatorem, Marcus uero euangelista tertia hora dicit cruci fixum. sed quidam strenui industria sua tertia hora sententiam datam dicunt ac per hoc tertia hora cruci fixum: data enim quis sibi sententia iam mortuus habetur. sed con-*

LXV. *Si uno ore et ratione euangelistae locuti sunt, quo modo factum est ut tribus dicentibus, id est Matheo, Luca et Iohanne, quia sexta hora cruci fixus est dominus, Marcus e diuerso tertia hora cruci fixum dicat saluatorem?*

stat post quintam horam in sextam Pilatum sedisse pro tribunali et sic sententiam dedisse, sicut Iohannes ostendit.

N.T. 37. *Apostolus dicit de principibus et potestatibus huius saeculi quod: si cognouissent, inquit, numquam dominum gloriae cruci fixissent; et contra Marcus euangelista de daemonibus ait: sciebant enim ipsum esse. si daemones sciebant, quo modo potestates ignorabant?*

LXVI. *Marcus euangelista daemonia cognouisse ait et professa esse Iesum, e contra autem apostolus principes et potestates huius saeculi negat cognouisse diuinitatem domini Iesu. dicit enim inter cetera Marcus: sciebant enim ipsum esse; apostolus uero: quem nemo, inquit, principum huius saeculi cognouit; si enim cognouissent, numquam dominum maiestatis cruci fixissent. si daemonia sciebant, quo modo principes ignorabant?*

N.T. 47. *Si arbitrio proprio uiuimus, cur saluator: nemo, inquit, uenit ad me, nisi pater qui misit me adtraxerit eum, et non discordans ab his apostolus: neque uolentis, inquit, neque currentis, sed miserentis est dei? his utique perturbari uidetur liberae uoluntatis arbitrium: si enim nemo uadit nisi adtractus, non erit illius delictum qui non uadit, quia non est adtractus, et si non qui petit et currit accipit, sed cui uult dat deus, sine*

LXXV. *Si proprio arbitrio uiuimus, quare saluator dixit: nemo uenit, inquit, ad me, nisi pater qui misit me adtraxerit eum, et consentiens his apostolus: neque uolentis, inquit, neque currentis, sed miserentis est dei, et cuius uult miseretur et quem uult indurat? quo modo uoluntatis arbitrium liberum est, quando alterius nutu aut ad bonum ducitur aut ad malum?*

culpa erit et crimine qui uult et non optinet.

N.T. 64. *Apostolus ait: nos natura Iudaei. de Iudaeis ergo Iudaeos nasci ostendit. denique in heremo qui nati sunt non circumcisi Iudaei erant. non ergo circumcisio Iudaeum facit, sed natiuitas sub dei creatoris deuotione progenita. si ergo de Iudaeis Iudaei nascuntur, et de Christianis Christiani nascuntur? nam et de paganis pagani nascuntur.*

LXXXI. *Apostolus ait: nos natura Iudaei. de Iudaeis ergo nasci Iudaeos ostendit — non de proselitis dico, quos constat fieri Iudaeos. denique qui in heremo nati sunt, non sunt circumcisi —: si ergo de Iudaeis Iudaei nascuntur, quare non et de Christianis Christiani? nam et de paganis pagani nascuntur.*

N.T. 74. *Quid est quod dicit apostolus: temptatio uos non adprehendat nisi humana, quasi optet hoc fieri? et quae est haec humana temptatio? nam per hanc significat esse et diuinam temptationem. discernendae ergo sunt, et quae sunt ostendit.*

XCVIIII. *Quid sit: temptatio uos non adprehendat nisi humana.*

In secunda editione haud ita pauca auctor addidit,[1]) quae omnia exceptis paucis breuibus clausulis hic indicabo: quaest. III (24, 10 *potest*—15 *erant*), XII (37, 13 *spiritaliter*—20 *accepit*), XIIII (41, 11 *et si*—12 *post Lamech*), XVIII (45, 19 *praeterea*—20 *precabatur*), XXXI (58, 22 *et si*—59, 6 *contemsit*, 59, 20 *ac per hoc*—29 *semper*, 60, 6 *nam*—9 *serpentem*), XLVIII (uide infra), LVI (101, 20 *hinc*—21 *carnem*, 102, 21 *et super*—103, 4 *legeretur*, 103, 5 *quorum*—18 *nuncupatur:* uide infra), LVIII (105, 3 *hoc*—5 *erat:* uide infra), LXVI (116, 18 *denique*—24 *uiros*), LXXVII (131, 2

[1]) Differentiae maximae duarum editionum in editione Benedictina (= Migne PL. XXXV) haud incuriose adnotatae sunt.

ut—4 *putabantur* etc.: uide infra), LXXVIIII (134, 5 *quicumque*—8 *nostrum*, 135, 13 *quid*—15 *taceam* etc.: uide infra), LXXXI (137, 22 *in eo*—23 *omnia:* uide infra), LXXXIII (140. 9 *nulli*— 23 *beneficium*), LXXXV (146, 21 *et*—147, 3 *Christum*), XCI (160, 9 *O* — 23 *homine*), XCV (169, 3 *Nunc superest*—170, 16 *pentecoste:* uide infra), XCVII (173. 10 *ne et*— 187, 9 *trinitatis:* uide infra). Contra prioris formae quaestionum partes aliquas resecuit auctor in secunda editione praeparanda uelut quaest. III (post p. 23, 1 *facta* uerba: *sed fortitudine maior est sol, et lumine potior luna quam terra est* et 3 post *induceret* uerba: *ualde sublimior is* [lege *est*] *homo, quem utique sexto die factum declaratum est, quem idcirco sublimiorem dixi, quia interior eius natura inuisibilis est et intellectu capax*), XVIIII (post finem uerba: *tene quod habes, uide, nec aliud est,* fortasse glossema), XXIII (49, 17 post *spernunt* uerba: *et non credunt deum generasse*), LXVII (uide infra), LXXXII (uide infra), LXXXVII (uide infra), XCV (post 169, 2 *est* claudit quaestionem his uerbis: *omnia itaque sic gesta sunt, ut ad causam primae rationis integra reuertantur, ut non glorietur satanas sed helescat, qui hominem falsa spe deiecit, ne in hoc maneret quod factus est per Christum dominum nostrum*), XCVII (inter 172, 7 *pepercit* et *et* habet partem longam, quam uide apud Migne XXXV 2297, 4 *Nam patrem*—2298, 24 *ait*). Satis magnus quaestionum numerus in secunda editione plus minus retractatus est: hae sunt quaestiones XXXVI usque ad XLII, XLVIII usque ad LII, LIIII usque ad LXV, LXVII usque ad LXVIIII, LXXIII, LXXVII usque ad LXXVIIII, LXXXI usque ad LXXXIII, LXXXVII, XCIII, XCVIIII. exemplorum causa conpara priorem et posteriorem formam quaestionum XLVIII et XLVIIII.

Quaest. N. T. 1. *Deus certe perfectio est et nullius eget: quid ergo opus fuit Christo saluatori ut nasceretur?*

Quaest. XLVIII. *Deus certe perfectio est et nullius egens: quid ergo opus fuit Christo saluatore ut nasceretur de deo et filium haberet deus per quem omnia faceret?*

Deus pater, cum ea quae non erant uoluisset existere et maiestatis suae non hoc condignum opus sciret, prius de se filium generauit, in quo ipse uideretur, qui nihil ab eo distaret, ut magnitudini suae congruus responderet effectus. quid enim ultra posset facere, quam ut ex se alterum, qui perfectus est, generaret? hoc ergo perfectum opus est, quo nihil possit uideri aliud praestantius. deus enim, ex quo sunt omnia, uolens condere creaturam, prius filium, quem in mysterio in se uel apud se habebat, generauit, per quem faceret quae facta sunt, ut ostenderet creaturae mysterium, quod latuit in illo ex aeternis, sicut dicit apostolus.

Cum ea quae non erant deus uoluisset existere et maiestati suae minime opus hoc condignum sciret, prius de se, cum sit natura simplex et incorporeus, filium generauit, qui nihil ab eo distaret, ut magnitudini suae congruus responderet effectus. quid enim ultra posset facere, quam ut se alterum, qui perfectus est, generaret? hoc ergo perfectum opus est, quo nihil possit uideri praestantius. cetera enim omnia minora sunt; quanto enim excellentior his omnibus Christus est, tanto magis creatio illorum inferior est generatione eius. est et aliud. deus enim, ex quo sunt omnia, uolens condere creaturam uerbum prius, quod in mysterio apud se habebat, generauit. hoc est fecit exsistere. quod uerbum idcirco filium nuncupauit, ut ostenderet de se illum exstitisse et esse sibi consubstantiuum, ut lex, qua filii de parentibus sunt, hoc credibile faceret, per quod manifestaret creaturae mysterium, quod latuit in eo ex aeterno.

Quaest. N. T. 9. *Cur saluator, cum sanctus natus sit et Christus dominus in ipsa nati-*

Quaest. XLVIIII. *Cur saluator, cum sanctus natus sit et Christus dominus in ipsa nati-*

uitate dictus, baptizatus est, cum baptismum purificationis causa sit et peccati?

Uerum et manifestum est saluatorem non eguisse baptismo, quia Christus non factus sed natus est dicente angelo pastoribus. ecce natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus. denique Iohannes sciens sanctitatem illius prohibuit eum baptismo, saluator autem institit fieri debere, non utique propter peccatum sed propter iustitiam implendam. dignum enim erat, ut ipse exemplo esset futurus filiis dei, qui per baptismum filios dei fieri docebat: [1]) *debuit in se hoc uisibiliter demonstrare, quo conperto credentes inuisibiliter accipere se posse spiritum sanctum in spe haberent. nam saluator, cum de spiritu sancto nasceretur, corpus purificatum habuit. unctio enim carni eius spiritaliter in utero uirginis data est; spiritus enim sanctus purificauit quod de Maria uirgine corpus saluator protulit. sic unctus saluator est secundum carnem ab spiritu sancto,*

appellatus, baptizatus est, cum baptismum purificationis causa sit et peccati?

Uerum et manifestum est saluatorem baptismo non eguisse, quia Christus non factus sed natus est dicente angelo pastoribus: ecce natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus. denique sciens Iohannes sanctitatem eius prohibebat eum a baptismo, saluator uero institit fieri oportere, non utique propter peccatum, sed propter implendam iustitiam. dignum enim erat, ut ipse exemplo esset futuris filiis dei, qui per baptismum filios dei fieri docebat; et qui credentibus spiritum sanctum dari promittebat, debuit istud in semet ipso uisibiliter demonstrare, quo conperto credentes inuisibiliter accipere se spiritum sanctum in spe haberent. nam saluator utique, cum de spiritu sancto nascitur, purificatum corpus habuit. unctio enim carni eius spiritaliter in utero data est; spiritus enim sanctus purificauit quod de Maria uirgine in corpus saluatoris profecit.

[1]) Codex fortasse ob homoeoteleuton, ut saepe alibi, etiam hic uerba *et qui—promittebat* omisit.

quare et natus 'Christus' est appellatus. quod enim unctio olei praestabat his, qui in reges unguebantur, hoc praestitit spiritus sanctus addita expiatione, qua illi solam potestatem accipiebant per unctionem, saluator autem et potestatem accepit homo natus et purificationem. nec enim deus in corpore subdito peccatis hominis uice habitaret, cum utique ubi deus apparet sanctificet, quanto magis quod corpus suum dignatus est appellare!

2. *Hominis autem causam suscipiens et per regenerationem, sicut dixi, filios dei fieri docens baptizari debuit, ut in se hoc ostenderet ratum. facile enim probatur quod dicitur, si fieri uideatur a magistro. sic utique et uirtutum insignia oportuit fieri, ut iam filius dei apparens operaretur spiritalia, exemplum dans futuris fratribus per regenerationem accipere unum quemque potestatem uirtutis.*

et haec est unctio carnis corporis saluatoris, quare et natus 'Christus' est appellatus. quod enim per olei unctionem praestabat deus ministerio profetarum his, qui in reges unguebantur, hoc praestitit spiritus sanctus homini Christo addita expiatione, quia anteriores christi solam potestatem imperii accipiebant per unctionem, saluator autem et potestatem accepit homo natus et purificatus est natus. incongruum enim erat, ut dei filius in corpore peccatis subdito nasceretur.

2. *Hominis ergo causam suscipiens et per regenerationem filios dei fieri docens baptizari debuit, ut in se hoc ostenderet ratum. facile enim probatum habetur et suadetur quod dicitur, si a magistro fieri uideatur. sic utique et uirtutum insignia oportuit fieri, ut iam filius dei apparens per mysterium regenerationis medellam daret corporeis passionibus, ut exemplo esset futuris fratribus, quia per regenerationem accipit unus quisque potestatem uirtutis.*

Quaerentibus quo tempore hoc opus scriptum sit. facile est respondere. altera praesertim editio multa aetatis suae signa prae se fert. nam praeter stilum, qui saeculum

quartum respicit, et doctrinam talem, qualis erat sub tempora Augustini, manifesta aetatis suae testimonia praebet auctor ipse. imperatores enim Constantinum Constantium Iulianum nominat [1]) et, nisi in uno loco de Procopio cogitat (quaest. II p. 18, 10 ss.), posteriorem nullum. intra terminos etiam artiores aetatem eius definire licet. in quaest. XLIIII dicit trecentos circiter annos praeteriisse post excidium Hierusalem (p. 80, 3 ss.), id quod annum 370 indicat. Pannoniae quoque uastatio, quae per Quados et Sarmatas facta est anno 374, in quaest. CXV narrata est. Eusebii, sine dubio Vercellensis († 371), dictum, ut uiri quondam inter uiuos (cf. p. 384, 22), sed non multo ante defuncti, in quaest. CXXV refutatur. paganorum ritus, qualis descriptus est (quaest. CXIIII), non potuit existere post annum 382, quo Gratianus bona templorum publicauit et sacerdotes priuilegiis destituit (Cumont, *Rev. d' Hist. et de Litt. Relig. VIII* p. 421). haec satis ad tempus definiendum.

Nihilo minus est cur reamur opus collectum aeuo aliquanto recentiore prodiisse, praesertim cum ueri simillimum sit longiores saltim quaestiones ut libellos separatim esse primo editas. Hieronymus enim anno ut uidetur 384 respondet quaestionibus a Damaso propositis quinque, quae omnes eaedem sunt ac quaestiones nostrae VI. VIIII. X. XII. XI. uix fieri potuit quin Damasus opere nostro eo anno lecto permoueretur ut sententiam primarii sui asseclae quaereret. apud Hieronymum etiam certum indicium est quaestionis CI in usum adhibitae (epist. 146) anno incerto eodemque fortasse anno quaestionem CVIIII a sancto doctore acerrimo iudicio esse pertractatam (epist. 73, anni 398?) patet.

Quo loco scriptae sint quaestiones CXIIII et CXV non potest dubitari: urbis enim Romae uitam ueram redolent, et hanc originem confitentur uerba *hic in urbe Roma* (p. 323, 21). in quaest. CI quoque *iactantia Romanorum leuitarum* inpugnatur, quod superuacaneum esset, si alibi scriberet auctor.

[1]) Videtur Iulianus in quaest. XXXV quoque occulte significari.

Nouatianos fuisse multo plures Romae quam aliis in partibus orbis terrarum bene est notum, quo ueri simillimum fit quaest. CII ibi et nullo alio loco esse scriptam. de ceteris quoque quaestionibus etsi certa originis indicia desunt, nihilo minus adfirmandum est eas alterius originis signis carere. itaque totum fortasse opus, certe bona pars Romae scripta est.

Quamquam autem minime negandum est plurima originis indicia Romam spectare, perpauca tamen sunt quae ad Italiam septentrionalem et Hispaniam referri posse uideantur et auctorem Romae quidem non semper degisse fidem faciant. S. Berger enim *Ambrosiastri* textum epistularum Paulinarum κατ' ἐξοχήν Mediolanensem nominauit,[1]) quem eundem fuisse ac *Quaestionum* scriptoris fusius demonstrare ipse conatus sum.[2]) exstant etiam duo loci, quibus eum symbolum Aquileiense nosse apparet, dico p. 133, 5 *descendendi ad inferos*, 141, 22 *descendi ad inferos*. in enumerandis tamen ciuibus prouincialibus incipit ab Hispanis (p. 249, 6 *Hispani et Galli et Affri*) et p. 324, 25, ubi potuit dicere Galliam aut Africam aut Siciliam, Hispaniam nominat (*ne quis de urbe Roma transuolet in Hispaniam*), per quae aliquid ei cum Hispania commune fuisse uidetur. huc accedunt paucula, quae tamen, si solitaria essent, uix quicquam ponderis haberent. praeter historicos is et Priscillianus soli Latinorum Saclam daemonem mentione dignum iudicant et eodem tempore Manicheos in Hispania utique pollentes inpugnant. hi quoque soli in Apoc. 2, 18 lectionem *aeramento turino* habent. uerborum ordo *sanctus spiritus* uere Hispanus saepissime reperitur. orthographiam denique *toloneum* (*MC*, p. 45, 15) soli Vulgatae codicum exhibent *CT*, uterque origine Hispana, et *Iosep* (pro *Iosef*) Hispanica forma esse uidetur; quibus ratiocinari possumus archetypum *Quaestionum* uetustissimum scriptum esse in Hispania.[3])

[1]) *Histoire de la Vulgate*, p. 138. 139.
[2]) *Study of Ambrosiaster*, cap. II.
[3]) Vide infra p. XXIIII.

De auctoris indole facile est aliqua adumbrare: nam qualis uere fuerit minime tacet. ecclesiae catholicae dogmata firmissime tenet, sed suo modo non unus e multis. totum per opus se leges iudiciaque Romana probe nosse ostendit, id quod clamat eum litteris forensibus, quas ipse appellat, studuisse etiamque fuisse aduocatum. imperatores, comites, tribunos, consules, praetores, praefectos, uicarios, senatores, iudices, officiales argumenti causa inducit. nec minus Iudaeos se moresque et opiniones eorum bene nosse demonstrat. etenim is populus a mente eius numquam procul fuisse uidetur, et haud ita paucae quaestiones siue de genealogiis siue de numeris factae sunt, qualibus eos incubuisse omnes consentiunt.

Quisnam fuerit huius operis auctor, fortasse numquam inter eruditos conueniet. unde magis gaudendum est fere neminem dubitare quin ipse quoque tractatus eximios scripserit in XIII epistulas Pauli, falso nomine Sancti Ambrosii Mediolanensis in plerisque codicibus et omnibus editionibus inpressis insignitos, qui etiam *Ambrosiaster* audiunt. commentarii enim ipsi confitentur se Damaso episcopo (366—384) esse scriptos eandemque indolem opiniones stilum ac quaestiones nostrae patefaciunt. nec, quod ad me attinet, minus manifestum est eum fragmenti illius commentarii in euangelium Matthaei scripti auctorem fuisse, quod Mercati et Turner ante quattuor fere annos emiserunt. [1]) fortasse ipse quoque est auctor illius *Mosaicarum et Romanarum legum collationis* (394—395) falso ad Ambrosium relatae. utrum denique longae illius seriei operum quam J. Wittig abhinc duo annos enumerauit [2]) uere auctor fuerit necne, iudicabit posteritas. mihi quidem cautius in praesentia procedendum est.

De nomine scriptoris uix opus est hic prolixius disserere, praesertim cum collega meus H. Brewer quaestionem

[1]) Mercati, *Anonymi Chiliastae in Matthaeum Fragmenta* (Roma 1903); Turner, *Journal of Theological Studies V* (1904) 218—241. Cf. Souter, ibidem, 608—621, et Zahn, *Neue Kirchliche Zeitschrift XVI* (1905) 419—427, qui adstipulatur Souteri sententiae.

[2]) *Der Ambrosiaster „Hilarius"* (Breslau 1905) p. 63.

illam siue in prolegomenis editionis *Ambrosiastri*, quam praeparat, siue alibi sit tractaturus. satis erit dicere hodie plerosque uiros doctos cogitare de Isace ex Iudaeo, quondam Damasi acerrimo inimico. hanc opinionem, quam G. Morin cautius anno 1899 protulit,[1]) sed postea missam fecit,[2]) secuti sunt praeter alios Zahn,[3]) Burn,[4]) Krueger,[5]) Turner, Schanz. Wittig. utpote satis mira confirmatam concordantia Isacis opusculi *De fide* cum nostris in doctrina et stilo. nam quae de uita huius Isacis memoriae prodita sunt optime concordant cum eis, quae supra diximus de uitae rationibus auctoris *Quaestionum*. nihil denique restat difficultatis, cur Hieronymus de tam insigni auctore omnino siluerit, si excipias unum locum (in epist. Tit. 3, 9), ubi occultis uerbis eum ut *quendam de Hebreis, qui se Romae in Christum credidisse simulabat*,[6]) descripserit. Damasi enim inimicus non potuit non esse Hieronymi.

Quae supra scripsimus de ratione quae intercedit inter auctorem nostrum et Italiam septentrionalem Hispaniamque, facile ad historiam Isacis referri possunt. is enim ad remotum angulum Hispaniae relegatus est, fortasse quia ibi natus est et inde Romam uenerat. septentriones quoque Italiae eum uisisse adeoque Mediolanium, traditum est.[7]) itaque apparet multa conspirare ut auctorem *Quaestionum ueteris et noui testamenti* credamus fuisse Isacem ex Iudaeo.[8])

Auctores quorum opera ipse legerat breuiter strictimque enumeremus necesse est. antiquioris aetatis solos

[1]) *Rev. d' Hist. et de Litt. Relig. IV* p. 97—121.

[2]) *Revue Bénédictine XX* (1903) 113—131, cf. infra n. 8.

[3]) *Theologisches Literaturblatt XX* (1899) 313—317.

[4]) *Expositor 1899* II 368 *ss.*

[5]) *Theol. Jahresb. XIX* (1900) 217.

[6]) Locus a Zahn primo indicatus est; cf. etiam Schanz, *Gesch. Roem. Lit.* § 945 etc.

[7]) Wittig, op. cit. p. 5.

[8]) Hic mentione dignus est Decimius Hilarianus Hilarius, cui pro Isace nunc fauet Morin (*Revue Bénédictine XX* [1903] 113—131) quemque ego olim caute defenderam et omnes respuerunt critici.

Ciceronem, Sallustium, Vergilium, Liuium, Valerium Maximum, Iustinum nosse uidetur, auctores utique, qui aduocato maximo usui erant. praeter eos multos libros qui ad leges ipsas iusque pertinebant probe notos habebat. scripturam sacram diligentissime lectitarat, etsi raro testimonia longa inde desumit. Christianorum quoque auctorum scientiam aliquam habebat. certa enim est memoria lectionis Irenaei, Tertulliani, Cypriani, Victorini Petauiensis, (Lactantii? Firmici Materni?), Hilarii Pictauiensis (*De trinitate*), Marii Victorini Afri (?), Eusebii Vercellensis, fortasse aliorum; sed haec quaestio posteris est relinquenda.

De textu scripturae sacrae quem adhibuit auctor pauca dicere possumus.[1]) per totum uetus testamentum eum interpretatione prorsus alia ac Cyprianum usum esse manifestum est. Geneseos codices uariantes nouerat (p. 425, 13). in Psalmorum locis textus Sangermanensi a Sabatario edito proximus agnoscitur. in Tobia interpretatio est facta secundum typum Sinaitici, non Vaticani (cf. p. 363, 11). in Prophetis Weingartensi similis est. ex Nouo Testamento euangelia Europaeae recensionis qualem praebet codex Veronensis (*b*) textum fere repraesentant, sed non semper cum ullo ex codicibus biblicis nostris consensio deprehenditur. in Actis Apostolorum auctor ut Lucifer et Niceta Remesianensis textum fere ad uerbum cum codice gigante Holmiensi (*gig*) cohaerentem adhibuit, in Epistulis Paulinis typum, ut uidetur, Mediolanensem (uide supra p. XXII), haud multum a Vulgata abhorrentem et fortasse eundem quem Hieronymus in Vulgata praeparanda retractauit.[2]) in Reuelatione denique aliqua cum Priscilliano communia inuenies.

Posterioribus saeculis opus *Quaestionum* paucis notum fuisse uidetur. Hieronymus († 420), ut uidimus, particulas saltim perlegerat. Eucherius († c. 453) sine dubio *Quaestiones* ante oculos habuit: saepe enim res easdem tractat (cf. Quaest. XII = Euch. Instr. I Gen. 22, Quaest. X = Instr. I Ex.

[1]) Plura uidebis in *Study of Ambrosiaster*, cap. 2, 4, 6.

[2]) In aliquot locis, uelut 414, 22, textum magis primitiuum praebet.

29, Quaest. XXVII = Instr. I Reg. 5, Quaest. XXXVIII = Instr. I Ps. 11, App. V.T. 41 = Instr. I Ps. 12, Quaest. LVI = Instr. I Matth. 3, App. N.T. 62 = Instr. I Matth. 10, Quaest. LXV = Instr. I Marc. 2, Quaest. LXXIIII = Instr. I Ioh. 4, Quaest. XCVIII = Instr. I Ioh. 6, App. N.T. 58 = Instr. I I Cor. 1 etc.). auctor operis suppositicii *Disputationis Hieronymi et Augustini de Ratione Animae*, qui florebat prope Neapolim ca. 450 (cf. H. v. Schubert, *Der sog. Praedestinatus* [Leipzig 1903] p. 139), totam quaestionem V.T. 25 primae editionis (= XXIII secundae) incorporauit sub nomine Ambrosii[1]) (M. XXX 263 D ss. = 272 A ss.). Alchuinus (Albinus) Eburacensis (saec. VIII—VIIII) in scribendis *Quaestionibus in Genesim* nostris usus est (ad quaest. IV cf. Alch. qu. 14, ad V cf. Alch. qu. 15, ad XI cf. Alch. qu. 228, ad XII cf. Alch. qu. 174, ad XIII cf. Alch. qu. 183). Zmaragdus, S. Michahelis Virdunensis coenobii abbas, in sua *Expositione Libri Comitis* (saec. VIIII ineunte) ter *Quaestiones CXXVII* citat, nomine *A*, *AG* (= *Augustini*) utique:[2]) quaest. LXXXII (p. 139, 8—9, 11—15, 19—22) = M. CII 63 B, qu. XCV (p. 169, 1—2) = M. CII 101 C, qu. CXX (p. 362, 8—11) = M. CII 120 B.[3])

II.

Iam accedamus ad codices manu scriptos recensionum diuersarum ordine suo describendos. atque codices prioris editionis hi sunt:

[1]) Morelius. *diss.* (Paris. 1762) p. 1. § II, uide infra. priore editione eum, non altera, usum esse inde cognoscimus, quia inter septem locos, ubi cum ed. I contra ed. II concordat, uerba habet (*et*) ***non credunt deum generasse*** post ***spernunt*** (49, 17), quae sunt propria prioris editionis et in altera desunt. praeterea duodecim errores codicis *D* prodit et deciens latinitatem mutauit. ceterum et ed. I et *Disputatio* demonstrant nos in ed. II debere legere *ut sicut* (p. 50, 3), *abortauerit* (p. 50, 8), *inesse* (p. 50, 10).

[2]) Collationibus Zmaragdi codicum utor. is, etsi doctissimus, mirum in modum omnino ignorat commentarios *Ambrosiastri* in epistulas Pauli.

[3]) Eundem locum habet Haymo Autissiodorensis (saec. VIIII) in II Cor. 6. 5, sed manifesto desumptum de Zmaragdo.

Vetustissimum quod exstat huius recensionis exemplar est codex Parisiacus bibl. nat. 12223 (saec. XII), olim S. Germani a Pratis (N. 764 ol. 219) ff. 48ª—110, quod uaria Augustini et aliorum opera continet et post *Quaestiones* Hieronymi *Altercationem inter Orthodoxum et Luciferianum.* codex editori Benedictino P. Coustant notus textum satis bonum exhibet, sed manifestum est eum descriptum esse ex codice aliquo diligentissime correcto ita ut aliqua serae latinitatis indicia scriptoris propria delerentur. codicem ter trans mare benignissime missum contulimus ego et W. B. Anderson. *D*

Codices Patauinus bibl. Uniuersitatis 1444 (saec. XV). quem totum hic conferre potui per liberalitatem Italici Ministerii Instructionis Publicae, et Caesenas bibl. Malatest. plut. IX cod. III (scr. mense Ian. 1453), cuius lectiones aliquot selectas mecum communicauit intercedente G. Morin Benedictus Wolff Caesenas, quoniam uterque a Germanensi descendit, nullius pretii sunt ad textum constituendum.

Codex Bruxellensis bibl. reg. 1125 (625—636) (saec. XV) ff. 96—131, olim S. Martini Louaniensis, qui saepe cum editione principe (uide infra) concordat, non eiusdem est stirpis ac Germanensis et textum aliquanto inferioris notae praebet. inter eos cognationem definire non licet neque testes nostros in classes digerere. lectionem ueram modo hic modo ille praestare uidetur. codicem partim ego partim G. Morin contulimus. *K*

Cum codices duo tantopere inter se differant, non nihil emolumenti confert editio princeps (*a*) a Iacobo Haemer (*Quartus Tomus Operum ... Augustini*[1]) Parisiis 1531) curata. cuius fundamentum erat codex Victorinus noni uel decimi saeculi, nunc deperditus.[2]) aliquot enim bonas lectiones ex illa editione lucrari potuimus (p. 440, 13, cf. 125, 20). cum autem codex ille aeque ac Germanensis contineret *Altercationem Luciferiani et Orthodoxi*, ut testatur ipse Haemer, fieri potuit. *a*

[1]) Sic titulus editionis qui caret editoris nomine.

[2]) Cf. Haemer, praef.: *'inter alia nanque incidimus in uetustissimum exemplar dimi Victoris ad muros Parisienses'*, cf. ed. Bened. tom. III (Paris. 1680) app. p. 143—144.

ut Germanensis aliquo modo a Victorino descenderet, sed in hac re difficultatem mouet discrepantia lectionum Germanensis et editionis Haemerianae, quae ut supra dixi cum Bruxellensi saepius concordat. sed haec sufficiant de re quae ob inopiam testimoniorum in dubio semper fortasse uersabitur.

De codice Vindobonensi 1044 (*L*) uide infra p. XXXIII. sed iam transimus ad instrumenta critica editionis ab auctore secundis curis curatae describenda.

CODICES POSTERIORIS EDITIONIS.

Recensionis huius, ut ita dicam, principalis codicibus abhinc tres annos fusius descriptis[1]) uix est cur iterum rationes quibus inter se cohaereant prolixa disputatione explanem, praesertim cum scientia in dies crescens nihil fere corrigendum, perpauca accuratius definienda mihi persuaserit.

P Codex Patauinus bibl. Antonianae Scaff. X, N. 191 (saec. XIII) mutilus est et a codice ipso in fine mutilo deriuatus. desunt quaest. XLVI a p. 89, 10 *et uiginti quattuor* etc., deinde omnes usque ad quaest. CI p. 198, 14 *praebeat ordinando*, denique quaest. CXXVII post uerba *esset natiuitas* p. 408. 20: haec ultima pars in Patauini archetypo quoque desiderabatur. eo tamen praestat ceteris codicibus Patauinus quod solus omnium quotquot hodie exstant quaest. CVIIII p. 261, 9 *peccare sicut* usque ad quaest. CX p. 271, 10 *erit si abiit* conseruauit.[2]) haec uerba in editione quoque principe huius recensionis (uide infra) absunt, sed in posterioribus secundum aliquem codicem deperditum edita sunt, exceptis quaest. CX p. 268, 22 *Cum profeta* usque ad p. 271, 10 *erit si abiit*, quae incuria praetermissa primum in editione mea locum suum habent. cum igitur Patauinus solus eam partem praebeat quae olim ex archetypo reliquorum codicum excisa est, manifestum

[1]) *Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, phil.-hist. Kl.* CXLIX, 1 (1905).

[2]) Lacunam alteram in textu meo indicaui p. 135, 20, sed nescimus an illic in *P* quoque lacuna fuerit.

est hunc codicem solum peculiarem classem constituere. quo magis dolendum est eum uitiis solitis codicum recentiorum laborare. nam multi sunt ob homoeoteleuton errores (cf. p. 369, 8), textus biblicus ad normam Vulgatae saepe est correctus et manum a latinitate non temperauerunt librarii (cf. p. 361, 14), librarios dico codicum unde Patauinus originem ducit; est enim ipse codex nitidissimus. saepe tamen solus consentit cum *M*, qui alioqui optimus omnium est (cf. p. 67, 20. 219, 10. 294, 1. 305, 2. 321, 16. 329, 5. 348, 1. 365, 5 etc.), interdum solus lectionem ueram exhibet (cf. p. 297, 17. 374. 20. 393, 9. 400, 8). loci quoque sunt aliquot, ubi *P* et *M* errores communes habent: credo equidem *M* et *P* communem habere genetricem, quae progeniem duplicem edidit priorem integra, alteram uero mutila; uide 349, 10 (*suspecti PM, suspensi* cet.), p. 392, 7 (*dixit se PM, dixisse* cet.). certe errores utriusque sunt maxima ex parte peculiares, sed ii ex incuria librariorum utriusque classis codicum sunt orti et neutiquam eorum fonti adtribuendi.

Optimus omnium mutilorum est codex Mettensis bibl. *M* publ. 322 (saec. X), olim coenobii S. Arnulphi, originis ut puto Italae. descriptus est liber a quattuor librariis qui inter se scientia et cura uariant. atque exarauit primus quaest. I—XXVI, LXIIII (*numerum* p. 112, 12) — LXXXIII (*nostrorum* p. 140, 21), XCI (*ut quid* p. 157, 5) — CXII (*sed* p. 295, 11), CXIII (*-sauros* p. 300, 2) usque ad finem operis, alter omnium optimus XXVII—LXIIII (*utique* p. 112, 12). tertius LXXXIII (*nam* p. 140, 21) — XCI (*populi* p. 157, 4), quartus denique pessimus omnium CXII (*hortatur* p. 295, 11) — CXIII (*the-* p. 300, 2). quattuor quoque correctorum unus mentione dignus est (*m2*), qui fortasse idem atque *m1* codicem cum archetypo diligentissime contulit et praetermissa in margine suppleuit. pauca tantum ad codicis characterem inlustrandum proferamus: p. 24, 5 (*Christianismus*), 80, 6 (*tempore ipso*), 231, 1 (*fulgorem*), 402, 19 (*Belzebul*), 408, 4 (*fidis*) etc., et eos locos ubi cum *P* solus recte facit (uide supra). orthographiam exemplaris sui fidelissime repraesen-

tat, quod litteris semiuncialibus quinti uel sexti uel septimi saeculi scriptum fuisse uidetur. praeter ea, quae antea collegi,[1]) compara formas *uul* (= *uult*),[2]) *thimotheum*, *haccipium* (ex *haccipiu¯*, quod oscitanti librario pro *haccipium* cedere poterat, sed est *accipiunt*, p. 381, 15).[3]) insularia tamen hic illic praebet codex (cf. *ho* pro *autem* 257, 15, *excussando* 291, 14 etc.), quasi parens codex ab homine Hiberno scriptus esset.[4]) unde licet conicere codicem nostrum Bobiensis alicuius codicis exemplar esse.[5]) hunc archetypum apparet ex eis lacunis in *M*, quae non ex homoeoteleuto explicari possunt, binas columnas in paginis habuisse, uersus habentes litterarum 22—24.

C Proximus Mettensi est codex Colbertinus (Parisiacus bibl. nat. 2709, saec. VIIII, olim Colb. 4565, Reg. 4322), quem editor Benedictinus inspexit nonnumquam. luce clarius est codicem, etsi Carolinis minusculis scriptum, ex exemplari insulari descendere. fortasse auum habuit Bobiensem quem supra adumbrauimus. certe saepe cum *M* (et *P*) contra ceteros concordat, sed rarius in lectionibus falsis (cf. p. 21, 6. 25, 8. 33, 9. 49, 16). nihilo minus tamen satis est mendorum communium ut aliquam cognationem esse uix negandum sit.

N Codex Parisiacus bibl. nat. 17385 olim Dominae Nostrae Parisiensis (saec. VIIII) plus a uero abhorret quam *C* et quasi medius inter *C* et classem *X* (cf. infra) intercedit, in fine mutilus, quippe qui in syllaba *ge-* (p. 403, 17) desinat. opus exscribendi duo librarii partiti sunt. multo saepius cum *X* quam cum *C* (contra *X*) concordat (exemplorum causa uide

[1]) Cf. *Sitzungsberichte* l. c. p. 5. 6.

[2]) Cf. Roensch, *Collectanea Philologica*, p. 18.

[3]) Cf. *Old-Latin Biblical Texts No. V.* by E. S. Buchanan (Oxford 1907) p. VI, de cod. bibl. ff_2, quem quinti esse saeculi apparet; de *uul* et *thimotheum* cf. cod. bibl. d_2, etc.

[4]) Vetustissimum exemplum conpendii insularis pro *autem* est saeculi septimi exeuntis (antiph. Bench.).

[5]) Fortasse ex glossis inusitatis *iste requisitus non est* (p. 157, 24), *hic uero requisitus non est* (p. 362, 9) originem eius diuinare licebit.

hos locos, ubi *N* et *X* simul oberrant: p. 23, 23. 41, 20. 42, 7. 68, 24. 84, 19. 355, 18), sed haud ita raro *CNX* cunoti aduersus *M* (et *P*) sunt.

Siglo *X* indicaui omnes codices meos (*F*[*E*]*GAB*), qui communi transpositione foliorum uel potius quaternionum maculantur. is error in quaest. CXV occurrit, ubi magna pars a *latibula* (p. 321, 21) usque ad *fatum* (p. 346, 3) non suo loco sed in quaest. CXVIII inter *quem* et *rationis* (p. 357, 17) quaerenda est. sed rationes quae inter singulos codices obtineant etiam accuratius definire licet, ut infra uidebitur. breuitatis causa lectiones et omnium et plurimorum siglo *X* indicaui, quod nonnumquam erga *F* iniuste fit, et monendum est ne proprios cuiusque codicis errores in apparatu exspectes, quos lectoris commodi studiosus subpressi. nunc ad codices ipsos describendos accingamur. *X*

Codex Monacensis latinus 6312, olim Frisingensis 112 (saec. VIIII), optimus est huius classis, qui ob decem foliorum amissionem has partes perdidit: quaest. CXII (p. 294, 20 *quamuis*) — CXIIII (p. 307, 11 *Romanorum*), CXV (p. 319, 22 *morti* — p. 321, 9 *permaneret*), CXVII (p. 355, 2 *ut*) — CXVIII (p. 356, 21 *peccantibus*). *F*

Ubi *F* deficit, adhibui exemplar eius, codicem Monacensem latinum 14537, olim S. Emmerami ad Ratisponam (Em. F. 40) (saec. VIIII), accurate scriptum et hodie integrum. *E*

Codex Gandauensis MS 95 mutilus (saec. VIIII),[1]) olim S. Maximini apud Treueros, descriptus est a compluribus librariis. huius codicis tres quaterniones perierunt, continentes quaest. LXVIIII (p. 121, 10 *prohibitus*) — LXXVIIII (p. 134, 17 *oneribus*), XCVII (p. 175, 12 *-gebant*) — XCVIII (p. 188, *G*


[1]) In catalogo a Saint-Genois facto 'saec. X ex.' adscribitur, sed cum mihi persuaserim unius librarii esse eandem ac manum primam in codice Monacensi latino 28118 et ipso olim S. Maximini Treuerensis, quem codicem saec. VIIII adsignauit Traube, errorem correxi (uide H. Plenkers, *Untersuchungen zur Ueberlieferungsgeschichte der aeltesten lateinischen Moenchsregeln* [Muenchen 1906], p. 6).

25 *diabolus*), CII (p. 202, 23 *ut quid* — p. 216, 21 *resurrec-*).

A Codicem Augiensem IX, nunc Caroliruhensem (saec. VIIII), ex eodem exemplari deriuatum esse ac *G* euici.[1]) etenim multa menda communia habent *G* et *A*, nec tamen potest *A* ex *G* aut *G* ex *A* esse descriptus. codex parens necesse est sit a docto aliquo exaratus, qui stilum auctoris ut potuit retractauit et textum scripturae haud ita raro ad Vulgatam adcommodauit.

B Tandem aliquando ad Belgicam rediit cod. Bruxellensis bibl. reg. 1049 (II 972) (saec. VIIII—X), olim Phillippsii Cheltenhamensis 363, antea bibl. S. Ghisleni in Hannonia *ZZZ*. codex medius quidam est inter *F*(*E*) et *GA*, modo cum illis modo cum his consentiens. correctores, praesertim in initio codicis, textum nimis diligenter emendauerunt.

His expositis iam stemma codicum, quos in editione adornanda adhibui, depingere licet hunc in modum:



[1]) Commercium aliquod fuisse inter Treueros et Augiam Maiorem notum est, cf. Traube apud Plenkers l. c. p. IX.

Codices recentiores, quorum notitiam necessariam praebuerunt benignissime singularum bibliothecarum praefecti, sunt hi:

saec. XII Lipsiensis bibl. Uniu. 231.
Sarisberiensis 129.
saec. XIV Parisiacus bibl. Armament. 473.
Dunelmensis B. 2. 12.
Oxoniensis coll. Merton. 37.[1])
Matritensis bibl. nat. A 61.
saec. XV Cantabrigiensis Ee. 1, 25 (a. 1442).
Cantabrigiensis coll. Gonv. et Cai. 69. 86.
Norimbergensis cent. I 47 (a. 1452), mutilus.
Rheno-Traiectinus 46 (Eccl. 253, antea 282).

Restat, ut breuiter attingam codices conpilationis medii aeui, quae recensionis nomine indigna est; sunt autem hi:

Codex Vindobonensis Palat. 1044 (Rec. 3090) (saec. XI—XII), olim 'S. Mariae Pomgartenberg.', quem Oxonium liberaliter missum conferre potui; uide quae supra p. XI dixi de hac recensione. ceteros enumerasse sufficiat: *L*

Codex monasterii Heiligenkreuz in Austria inferiore 229 (saec. XII).
Lipsiensis bibl. Uniu. 267 (saec. XIII).
Goerresianus 31 (anno 1902 Monachii, nunc Berolini adseruatus) (saec. XIII—XIV), qui partem operis Ambrosio adscribit.
Vindobonensis 753 (saec. XIV).

Editionis principis, quae recensionem *Quaestionum* CXXVII Lugduni apud Ioannem Trechsel anno 1497 publici iuris fecit, curatae a Ratisponensi aliquo fratrum Augustinianorum Parisiensium in notulis meis rationem nullam habui. alioquin apparatum meum lectionibus codicum recentiorum nec non editoris ariolationibus onerassem quae lectori nihil profuissent. praesto editori erat codex Parisiacus Armamentarii supra dictus (saec. XIV olim fratrum Augustinianorum), qui nullius fere pretii est et a codice Parisiaco Dominae Nostrae (*N*) descendisse uidetur. habuit ad manum editor etiam alios codices nunc deperditos, ex quibus tamen uix multa lucrare- *Editiones*

[1]) Codicem hunc in indice catalogi praetermissum inuenit G. Morin.

mur, si adhuc existerent.[1]) nec multo melius fecerunt posteriores editores, uelut Maurini (*Sancti Aurelii Augustini Hipponensis episcopi operum* tom. III [Paris. 1680], append. p. 33—160 = Migne P. L. XXXV p. 2205—2416), qui *Quaestionum* librum Augustini nomen mentientem putauerunt sua cura esse indignum. mentione dignus est Iohannes Baptista Morelius presbyter Autissiodorensis, qui, etsi *Quaestiones* non edidit, studio acerrimo eas ut fere omnes patres Latinos perlegit optimisque emendationibus inlustrauit (cf. p. 261, 15 et Addenda ad App. p. 454, 464).[2])

De huius nostrae editionis rationibus pauca uidentur dicenda. atque primum quidem breuiter repetere iuuat, quae supra fusius exposuimus, recensionem alteram *Quaestiones CXXVII* continentem ut posteriorem ita maturiorem scriptoris fetum esse atque ex omni parte adeo praestare priori, ut iure omnibus temporibus principalis habita plurimis etiam et antiquissimis codicibus sit tradita. itaque hanc recensionem integram in hoc uolumine repraesentamus, prioris autem formae memoriam ita tantum seruamus, ut appendicis loco textum earum quaestionum, quae in libro *Quaestionum CXXVII* desiderantur, exhibeamus. totam enim recensionem priorem typis mandare uix operae pretium uidetur, praesertim cum grauissimae differentiae duarum recensionum in eis quaestionibus, quae ambabus communes sunt, sine ulla difficultate ex eis, quae supra de hac re exposuimus, et ex notis editionis Benedictinae uel etiam Mignianae possint cognosci. — In rebus orthō-

[1]) Post quaest. 84 interponit quaestionem partim uersibus poetice scriptam, quae in nullo codicum meorum traditur et certe alius auctoris est, hac adnotatiuncula in margine addita: '*Questiuncula alia de paschate: que quia in paucis codicibus reperitur, ceteris annumerata non est*'. hanc alto silentio obruerunt ceteri editores.

[2]) *Dissertation sur le véritable Auteur des Commentaires sur les Epîtres de S. Paul faussement attribués à S. Ambroise* etc. (Paris 1762): libellum hunc rarissimum fere totum in meum usum exscripsit discipulus olim meus R. L. G. Ritchie doctor Parisiensis. *Eléments de Critique* Paris 1766 = Migne, *Encyclop. Théol.* I ser. t. 50 [Paris 1846]), opus (nulli patrum Latinorum studioso neglegendum.

graphicis codicum consensum sum secutus. ubi tamen illi inter se differunt, *M* ita sequi uolui ut prauas eius lectiones reicerem fidemque ceteris adcommodarem, qui mirum in modum inter se consentiunt. — In indicibus conponendis quod paulo prolixior fui, multis me gratum fecisse confido. quoniam enim ea est *Quaestionum* indoles, ut neque quis fuerit earum auctor sciatur et scriptorem eundem ignotum complura opera ἀνώνυμα ἀδέσποτα, quae hodie exstant, conposuisse plus minus ad ueri speciem accedentes probare studuerint uiri docti, locupletissimis indicibus nostris praeter alia materiam subpeditare uoluimus, qua uera et huius operis et aliorum quorundam origo facilius in futurum posset diiudicari.

Restat ut gratias maximas eis agamus qui hanc editionem quocumque modo promouere, curatoribus pecuniarum Crauenianae et Hortianae, quorum per liberalitatem Uniuersitatis Cantabrigiensis alumnus tria itinera suscipere potui, praefectis omnium bibliothecarum quae codices *Quaestionum* continent pro comitate indefessa, omnibus qui collationes mea causa fecerunt, Ministeriis Italico et Gallico Instructionis Publicae, Britannico Rerum Extranearum, per quae codices huc transmissi sunt, et Bodleianae Uniuersitatisque Aberdoniensis bibliothecariis qui curam eorum susceperunt. in adornanda denique editione ipsa benigne me adiuuerunt cum F. E. Brightman, qui multos locos scripturae sacrae et unum Cyprianeum indicauit, tum Augustus Engelbrecht et Cuthbertus Hamilton Turner, qui plagulis summa cura perlectis consilio et acumine suo textum meliorem reddiderunt.

Dabam Oxonii in collegio Mansfieldiano extra Uniuersitatem, mense Februario MDCCCCVIII.

Alexander Souter.

LIBER QUAESTIONUM UETERIS ET NOUI TESTAMENTI. QUAESTIONES NUMERO CXXVII.

CONSPECTUS SIGLORUM.

P = codex Patauinus (Scaff. X, N. 191) saec. XIII.
M = codex Mettensis 322 saec. X.
C = codex Colbertinus (Parisiacus lat. 2709) saec. VIIII.
N = codex Nostradamensis (Parisiacus lat. 17385) saec. VIIII.
F = codex Frisingensis 112 (Monac. lat. 6312) saec. VIIII.
G = codex Gandauensis 95 saec. X ex.
A = codex Augiensis IX saec. VIIII in.
B = codex Bruxellensis 1049 (II 972) saec. VIIII—X.
X = consensus codicum *FGAB* uel omnium uel plurimorum.
cet. = ceteri codices.
codd. = omnes codices.
edd. = editores.

LIBER QUAESTIONUM
[SANCTI AUGUSTINI]
UETERIS ET NOUI TESTAMENTI.
QUAESTIONES NUMERO CXXVII.

I. Quid est deus?

II. Cur deus mundum fecerit.

III. Quid opus erat per Moysen, et non antea, exordium mundi et ordinem creaturae exponere?

IIII. Quare legem non in primordio dedit?

V. Ut quid Abel sacrificium acceptum est et Cain refutatum?

VI. Si Lamech occidit Cain, sicut putatur?

VII. Quae decem uerba in tabulis data sunt, aut singulae tabulae quotena uerba habuerunt?

VIII. Ut quid Moyses descendens de monte cum tabulis uultum splendidum habuit et intolerabile?

VIIII. Si omnia bona deus fecit et bona ualde, quid est ut dicat ad Noe: de mundis et inmundis induc tecum in arcam, cum in absoluto sit inmundum bonum dici non posse?

X. Cum deus dicat ad Abraham de filiis Israhel, quod quarta progenie exituri essent de potestate Aegyptiorum,

18 Gen. 7, 2. 3

def.N 1—4 incipiunt capitula noui et ueteris testamenti introductio *P* 2AGUSTINI *MCGA; nomen auctoris ut falsum uncis inclusi* 3 ET *om. C* 4 QUAESTIONES *om. X* NUMERI *C* 7 ante *PCX* 8 exponere *om. C* 10 acceptatum *PC* reputatum *C* 13 uerbo *C* 14 quot *CX* quod *B* 15 cum tabulis *om. PCX* 16 et intolerabile *om. PCX* 17 deus bona *PCX* et bona ualde *om. PCX* quare dicit (dedit *C*) *PCX* 18 induc—posse *om. PCX* 21 ad—Israhel *om. PCX* 22 de pot. Aegyp.] filii israhel de aegypto *PCX*

quid est ut e contra lex dicat: quinta progenie exierunt filii Israhel de terra Aegypti? ualde uidetur contrarium.

XI. Si uiri iusti uoluntas bona est, quid est ut Isaac non Esau, quem uoluit, sed Iacob, quem noluit, benedix⟨er⟩it?

XII. Quare Abraham fidei suae signum circumcisionem accepit?

XIII. Si iudicium dei iustum est, quare infantes in Sodomis simul cum parentibus cremati sunt?

XIIII. Quid est ut deus, qui iustus est, peccata patrum filiis reddere promiserit in tertiam et quartam progeniem?

XV. Cum iustum praedicet lex et hic uere iustus sit, qui plenam habet iustitiam, contra Solomon: noli, ait, esse iustus multum.

XVI. Quare angelus, qui in uia occidere uolebat Moysen, circumcisione infantis pacatus est?

XVII. Quid est ut maledictos dicat qui non reliquerint semen in Israhel, per Eseiam autem nihil obesse dicat spadonibus, quia generare non possunt?

XVIII. Quare Saul peccans petit orari pro se, ut ignosceretur ei, et inpetrare non potuit, Dauid autem peccans postulauit et ueniam consecutus est?

XVIIII. Quaerendum si Adam factus corpus inmortale habuit an mortale.

1 Ex. 13, 18 12 Eccle. 7, 17 (16)

def.N 1 quid—dicat] cur moyses *PCX* quinta] *add.* inquit *PCX* 2 filii—contrarium *om. PCX* 3 uidetur (ur *eras.*) *M* 4 quid est ut] quare *PCX* 5 benedixit quem noluit *PCX* benedixit *codd.* 6 fidei suae signum *om. PCX* accipit *C* 7 sodomitis *X* 8 simul cum parentibus *om. CX* 9 qui iustus est *om. PCX* iustus est] iu****** (*add. s. l.* s *et* tus *m2*) *M* 10 reddere—progeniem] dicat (dicit *P*) reddi *PCX* 11 lex praedicet *PCX* et—iustitiam *om. PCX* 12 salomon *PCFB* salamon *GA* 13 iustum *C* 14 qui] multum qui *M om. PCX* uolebat in uia moysen occidere *PCX* 15 circumcisione—est *om. CX* circumcisionem *P* instantis *M* 16 relinquerint *PCFB* 17 per—possunt *om. PCX* esaiam *codd., cf. prolegomena* 19 petiit *GA* orare *PX* ut ignosceretur ei *om. PCX* 20 Dauid—est *om. PCX* 22 quaerendum est *CX* factus (factum *C*) adam *PCX* 23 an mortale *om. CX*

XX. Quid est quod dicit: panem angelorum manducauit homo, cum angeli non egeant cibo, quippe cum sint natura simplices et potentia spiritali uigentes?

XXI. Quid sit ad imaginem et similitudinem dei fecisse hominem, et an mulier imago dei sit.

XXII. Quid est ut dicat Solomon: iustifica animam tuam ante obitum tuum, et in psalmo: non iustificabitur, ait, in conspectu dei omnis homo uiuens?

XXIII. An ex tradùce sint animae sicut corpora.

XXIIII. Quid est ut, cum uir et mulier una sint caro, uir imago dei sit, non et femina?

XXV. Ut quid Ioseph post profetiam adiurat filios Israhel ut, cum a deo liberarentur, cineres eius de Aegypto transferrent?

XXVI. Requirendum de Heliseo an id, quod dure petisse ab Helia dictus est, consecutus sit.

XXVII. An pithonissa Samuhel excitauerit et ipse ab ea uisus sit et locutus sit ad Saul, quae historia refert in libro Regnorum.

XXVIII. Quid contradicendum his sit, qui mundum istum ex aeterno naturaliter moueri inquiunt neque initio neque abolitioni obnoxium.

XXVIIII. Quare octauo die circumcidi mandatum est?

1 Ps. 77, 25 7 Eccli. 14, 16. 17 8 Ps. 142, 2

def.N 2 cum angeli—uigentes *om. CX* 3 potentiam *M* speciali *P* 5 dei] deus *X* 6 et an—sit *om. CX* 7 iustificaui inquit *P* 8 tuum *om. FB* in psalmo—uiuens] cetera *CX* 12 cum uir—caro *om. CX* 13 non *om. P* et non *B* femina] mulier *CX* 14 post profetiam *om. PCX* adiuuit *P* 15 cum—liberarentur *om. PCX* cineres eius de Aegypto transferrent] tollerent cineres eius de aegypto *PCX* eius *om. M* 17 an—est] si quod petiit (petit *P*) ab helia *PCX* 18 est *om. M* sit] est *P* 19 pi.thonissa *M* phitonissa *PFG* et ipse—Regnorum *om. CX* 22 istum—obnoxium] aeternum dicunt *PCX*

XXX. In Prouerbiis: iustus, ait, sui accusator est in primordio sermonis: quo modo iustus, si peccator?

XXXI. An cum muliere natura serpens locutus sit, an actu dictus serpens diabolus seduxerit eam.

XXXII. Legimus apud Solomonem: diues et pauper obuiauerunt; fecit autem ambos deus: quo modo ergo personarum acceptio non est apud deum?

XXXIII. Solomon: anni, inquit, impiorum minuentur, cum uideamus impios aliquantos longaeuos.

XXXIIII. Apud Solomonem: deus, inquit, mortem non fecit.

XXXV. Qua ratione Dauid Saul christum domini uocat?

XXXVI. Si anima quae peccat ipsa morietur, ut quid in causa Achar triginta sex uiri occisi sunt?

XXXVII. Quid est ut missa mors in Iacob uenerit in Israhel?

XXXVIII. Si equus et mulus non habent intellectum, quanto magis terra, et cetera!

XXXVIIII. Quid est quod legitur in Solomone: spes est, inquit, in tenebris, et cetera?

XL. Quid est quod dicit profeta: laetare sterilis?

XLI. An spiritus, qui super aquas ferebatur, spiritus sanctus intellegatur.

XLII. Cur angelus Moysi in igne et rubo apparuit?

1 Prou. 18, 17 6 Prou. 22, 2 9 Prou. 10, 27 11 Sap. 1, 13 14 Ezech. 18, 20 19 Eccle. 9, 4 21 Esai. 54, 1

def.N 1 ait iustus *CX* ait] ait salomon *P* 2 in primordio—peccator *om. CX* quo modo—peccator *om. P* 4 serpens natura *CX* locus *M* an actu—eam *om. CX* 6 obu. *add.* inuicem *CX* 7 fecit—deum *om. CX* quo modo—deum] et cetera *P* 10 cum—longaeuos *om. CX* uidemus *P* 12 fecit] *add.* et alio loco bona et mala uita et mors paupertas et honestas a deo sunt *P* 13 domini *P* dominum *cet.* 14 animam *M* 15 in *om. P* a•char trigenta *M* 18 magis terra] magis res terra *P* magisteria *C* et cetera] sine sensu *P* 20 et cetera] melior est canis leone mortuo *P* 21 sterilis] *add.* quae non paris *etc. P* (*qui alibi quoque longiores titulos exhibet*) 24 et *add. ante* in *CX*

XLIII. Cum sciamus Abraham prohibitum ne filium suum immolaret, cur Iepthae non prohibetur?
XLIIII. Aduersum Iudaeos.
XLV. De imagine.
XLVI. De Samuhele.
XLVII. De Eseiae profetae lectione.

QUAESTIONES NOUI TESTAMENTI.

XLVIII. Deus perfectio est: quid ergo opus fuit Christo ut nasceretur?
XLVIIII. Cur saluator baptizatus sit.
L. Si ideo saluator baptizatus est ut exemplo esset, quare non ita et in circumcisione?
LI. Quo modo intellegatur: spiritus sanctus superueniet in te.
LII. Si de spiritu sancto natus est Christus, cur dictum est: sapientia aedificauit sibi domum?
LIII. Quid est ut VIII Kal. Ian. saluator natus dicatur?
LIIII. Si ex semine Dauid Christus filius dei factus est, quare cum baptizatur audit: filius meus es tu?
LV. Quid causae fuit ut VIII Kal. Apr. cruci figi ⟨se⟩ permitteret dominus?
LVI. Quare in Matheo pater Ioseph Iacob scribitur et in Luca Heli, et cetera?
LVII. Quid est ut, cum in Malachiel profeta scriptum

13 Luc. 1, 35 16 Prou. 9, 1 20 Luc. 3, 22

1 ne filium suum immolaret] filium suum immolare et *AB* prohibetur] est prohibitum de filia sua *X* prohibuit *P* 4 imagine] dei *add. P* 5 *hic incipit N* 6 de electione esaiae prophetae *P* essę *C* prophetiae *C* 8 perfectione (*infra quod aliquid eras.*) *C* 10 est *N* 11 ideo] deus *NX* 18 VIII] in *C* 22 crucifigere *M* 23 se *P*, *om. cet.*, *sed uide 'A Study of Ambrosiaster' p. 125* 25 Luca Heli] loca hely *C* 26 in *om. C* ma..lachiel *M* malachia *PNX*

sit: ecce mitto angelum meum, Marcus dicat in Eseia?

LVIII. Qua ratione negat Iohannes Christum se nosse ante baptismum, cum probetur ante eum scisse?

LVIIII. Si baptismum caeleste mysterium est, cur Nicodemo ait dominus: si terrestria dixi uobis et non creditis, et cetera?

LX. Si lex et profetae usque ad Iohannem, quare ad sacerdotes mittit offerri munera?

LXI. Quid est ut Iudaeis discipulos accusantibus dominus Dauid exemplum proferret?

LXII. Quid est ut occisis filiis Liae Rachel filios suos plangere dicatur?

LXIII. Qua ratione magi per stellam Christum regem agnouerunt?

LXIIII. Quo modo probatur post tres dies et noctes resurrexisse saluatorem?

LXV. Si uno ore euangelistae locuti sunt, cur tres sexta hora et Marcus tertia dixerunt passum dominum?

LXVI. Marcus daemonia cognouisse dixit dominum; apostolus uero: si intellexissent, ait, et cetera.

LXVII. Quid est ut in cruce dominus dicat: pater, ignosce illis?

LXVIII. Orandum pro inimicis docemur: quare animae occisorum uindicari se petunt?

LXVIIII. Si praedicante Iohanne lex cessauit, quo modo saluator: non ueni, ait, soluere legem, sed adimplere?

1 Mal. 3, 1 2 Marc. 1, 2 6 Ioh. 3, 12 8 Luc. 16, 16 21 I Cor. 2, 8 22 Luc. 23, 34 27 Matth. 5, 17

1 dicit *NX* 3 ihoannes *M* iohannis *C* negat] se *add. P* se nosse] scisse *P* 4 scisse] nosse *AB* 5 nichodemo *P* nichodimo *cet.* 7 et non creditis *om. M* credidistis *P* 9 offerri munera *om. N* 10 dominum *GA* 12 est *om. C* liae *eras. N om. P* 16 post] per *N* 19 dixerit *P* 20 dicit *Nm1* 23 eis *Nm1* 25 uindicare *NX* petant *CNX* 27 sed adimplere] aut prophetas *P*

LXX. Dominus certe inimicos nos esse uult diabolo; quare ergo: esto, inquit, consentiens aduersario?

LXXI. Iacob appellatus est homo uidens deum: quo modo deum nemo uidit umquam?

LXXII. In euangelio: lex, ait, per Moysen data est, gratia et ueritas per Christum: quid est hoc?

LXXIII. Quid est quod dicitur in Marco: intrans in domum neminem uoluit scire et non potuit latere?

LXXIIII. Legitur in Iohanne quod, cum negasset se Iesus ascendere ad diem festum, ascendit.

LXXV. Si proprio arbitrio uiuimus, quare saluator: nemo, inquit, uenit ad me, nisi pater adtraxerit?

LXXVI. Legitur in Apocalypsi Iohannis: uade et accipe librum et deuora illum, et cetera.

LXXVII. Quid est quod dicit Symeon ad Mariam matrem domini: positus est hic in ruinam, et cetera?

LXXVIII. Quid sibi uult ut Eseias dicat de Christo: qui peccatum non fecit, et apostolus: qui pro nobis peccatum fecit?

LXXVIIII. Cur saluator pro se tantum et pro Petro didragma soluit?

LXXX. Certe aut filius dei quis est aut diaboli: quid ergo nascimur requirendum est.

2 Matth. 5, 25 5 Ioh. 1, 18 6 Ioh. 1, 17 8 Marc. 7, 24 14 Ioh. 6, 44 16 Apoc. 10, 8. 9 19 Luc. 2, 34 20 Esai. 53, 9 21 II Cor. 5, 21

1 nos] non *C* uult esse *X* 2 esto *om. M* 3 aduersario] tuo *add. PNX* 7 *post* gratia *add.* cuit (= autem?) *M* iesum christum *X* 8 dicit *codd.* 9 domo *NX* domum tuam *P* uoluit *om. M* 11 euangelio iohannis *NX* negaret *PCNX* 12 ascendisse *C* 13 q. s. n. inquit] inquit s. n. inquit q. *C* q. inquit s. n. *NX* 14 traxerit eum *NX* 16 et *om. PX* 18 simeon *X* 19 ruina *FB* 20 esaia *C* 21 apostolus] dicit *add. NX* 26 nascitur *P*

LXXXI. Apostolus ait: nos natura Iudaei: de Iudaeis ergo nasci Iudaeos ostendit, non de proselytis, et cetera.

LXXXII. Pagani elementis subiecti sunt: quare ergo dicat apostolus: eramus sub elementis, et cetera.

LXXXIII. Si per Christum salus et uera cognitio, cur non ante uenit, et cetera?

LXXXIIII. Quare lunae cursum in ratione paschae custodientes, et cetera?

LXXXV. Quid est ut, cum Dauid usque ad transmigrationem XVII sint generationes, euangelista dicat XIIII?

LXXXVI. Quid est quod probet matrem domini esse de tribu Dauid?

LXXXVII. Si unus est deus, cur in tribus spes salutis est?

LXXXVIII. Si maior gratia in nouo est, cur in ueteri sedens uidetur dominus et stans in nouo?

LXXXVIIII. Saluator dicit de spiritu sancto quod ueniens arguet mundum, et cetera.

XC. Si satanas diabolus est, quare dicit Iudaeis: uos de patre diabolo nati estis, et cetera?

XCI. Aduersum Fotinum.

XCII. Quo modo intellegitur quod dicit dominus: pacem meam do uobis, et cetera?

XCIII. Quaerendum si apostoli spiritum sanctum habuerunt praesente domino in carne.

XCIIII. Si Iudas Scarioth ante passionem crepuit pendens?

XCV. Unde orta sit obseruatio pentecostes.

1 Gal. 2, 15 5 Gal. 4, 3 17 Ioh. 16, 8 19 Ioh. 8, 44 22 Ioh. 14, 27

2 de *om. P* 3 cetera] talia *P* 4 dicit *P* 5 et cetera *om. M* 7 antea *Mm1* 8 lunae] lumen *C* cursus *P* custoditur *P* 9 et cetera *om. P* 10 a dauid *C* 11 euangelista dicat] e. dicit *M* cur e. d. *CB* cur e. dicit *NA* cur euangelium dicit *FG* euangelium *P* 12 quod *om. C* 14 tres *Nm1* 15 esse est *P* 20 nati *om. P* 21 aduersus *PNX, sed cf. p. 7, 3* photinum *C* fothinum *NFB* 24 apostolis *C* 26 scariothes *CX* scariothis *NF* 27 pentescostes *M* pentecosten *C*

XCVI. Si pascha transitus interpretetur.
XCVII. Aduersus Arrium.
XCVIII. De euangelio Iohannis.
XCVIIII. Quid sit: temptatio uos non adprehendat nisi humana.
C. De euangelio Matheo.
CI. De iactantia Romanorum leuitarum.
CII. Contra Nouatianum.
CIII. Cum constet deum in Leuitico de sacrificiis mandasse, cur negat?
CIIII. De euangelio Luca.
CV. Conuenire euangelium cum profetia.
CVI. De libro Geneseos.
CVII. De ordine diei et noctis.
CVIII. De lingua Hebrea.
CVIIII. De Melchisedech.
CX. De psalmo primo.
CXI. De psalmo XXIII.
CXII. De psalmo L.
CXIII. Cur filius dei missus sit et non alius.
CXIIII. Aduersus paganos.
CXV. De fato.
CXVI. Ratio paschae.
CXVII. De Abraham.
CXVIII. De Iob.
CXVIIII. De Tobia.
CXX. De ieiunio.
CXXI. Laus et gloria paschae.
CXXII. De principio.

4 I Cor. 10, 13

1 interpretatur *PCNX* 4 non apprehendet nos *P* 6 mathei *PNX* 7 et *ante* leuitarum *add. N* (*exp. rec. m.*), *FB* 9 dš (š *in ras.*) *M* manducasse *M* 11 lucae *PNX* 12 prophetis *M* prophetiae *Nm2*, *CFB* propheta *GA* 15 hebraica *CNX* ebraica *G* 16 melchisedex *M* melchissedech *C* 23 De ratione *CNX* 25 iacob *M*

CXXIII. Si Adam sanctum habuit spiritum?
CXXIIII. Unum opus differre secundum personas.
CXXV. Aduersus Eusebium.
CXXVI. De eo qui percipit.
CXXVII. De peccato Adae et Euae.

1—5 *om. C* 2 differt *PB* secundum] sed in *B* personis *P* 5 Euae] cetera *M* eua *B add.* expliciunt capituli. incipiunt quaestiones profundissimae practicae numero CXXXVII (*sic!*) editae a sancto augustino *P*

I. QUID EST DEUS?

1. Deus hoc est quod nulla attingit opinio. plus est enim quam quicquid dici poterit aut cogitari. sed dicamus aliquid, quod licet impar sit, tamen ex aliqua conueniat ratione his quae de deo digna uidentur. nam una quaeque natura pro capacitate sui suspicatur de deo, ut quantum natura distat a natura, tantum distet sententia a sententia quid deus sit. quia enim super omnia est, necesse est ut omnium mentes excedat. homines enim, quantum possunt aciem mentis extendere, aspiciunt quid deus sit opinione, non definitione; angeli autem qui superiores hominibus sunt, quia plus aliquid de deo sentiunt, non est dubium; archangeli uero eo ipso amplius; cherubin autem et seraphin, quae potentiae iuxta deum esse dicuntur, maiora de deo sentiunt, non tamen conprehendunt penitus quid deus sit, quia nemo nouit patrem nisi filius, nec filium quis nisi pater.

2. Igitur est deus, sicut hominibus uidetur, spiritus natura simplex, lux inaccessibilis, inuisibilis, inaestimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, aeternus, inmortalis omni modo, a quo omnia initium consecuta sunt; uenerandus, diligendus, metuendus, extra quem nihil est, immo in quo sunt omnia quaequae sunt sursum, deorsum, summa et ima; omnipotens, omnitenens, uere in omnibus diues, quia nihil est quod non eius sit; bonus, iustus, misericors: bonus, quia fecit existere quae non erant; iustus, quia quae fecit, ut proficerent, proprio

8 cf. Ioh. 3, 31 15 cf. Matth. 11, 27. Luc. 10, 22 18 cf. I Tim. 6, 16

2 *Singulorum capitulorum sectiones ipse constitui* est *alt.*] est deus *C* 5 de *eras. N* 6 angelorum n. d. a n. hominum *P* 8 excidat *C, Fm1* 12 ipse *Cm1* ipsi *NX* 20 omnium *X* 23 omnia tenens *B*

libertatis arbitrio dimissa sunt — quia non tam perfecta sunt ut labi non possint, semina his legis inesse decreuit naturaliter addens auxilium manifestatae legis, ut auctoritas eius profectus esset hominibus —; misericors uero, quia peccantibus non facile reddit, sed sustinet ut conuersis ignoscat. est et seuerus, ut terrore quae ab eo bene condita sunt conseruentur, ne neglegentia pareret uitae praecipitium, et, ne quod mirabilius est praetermittam, tanta est eius clementia, ut contumelias passus ab his quos fecit sufferat et prior uocet eos ad pacem. numquid non maioris uirtutis hoc est, quam condidisse creaturam? in quo si permaneret, nimia bonitas eius obesset creaturae. unde aliquando diligi, aliquando timeri se uult, ne aberrantes ab eo depereant. hinc est unde, ne patientia eius non utique ad damnum ipsius, sed ad nostrum omnino contemnenda putaretur, ait: tacui; numquid semper tacebo?

3. Itaque deus bonus omnia quae fecit bona sunt. unde ergo malum? nihil est malum nisi praeuaricatio boni, dum inconcessa praesumuntur aut concessa inordinate fiunt, ut alibi mandatum alibi fiat: quando quod in uxore concessum est fit in meretrice; et quod deo offerendum erat offertur diabolo; et cum quis non tollit suum, sed alienum; et cum praeuaricatorem occidi liceat, occiditur innocens. nulla igitur natura probatur malum. uoluntas autem est accidens naturae concepta ex causis, quae male mouetur, dum excedit modum, ut illa gerat quae naturae suae non sunt. causae autem praeuaricationis oriuntur ex sensibus, quando aliquid male uidemus aut audimus. quem errorem haec res facit, quia homo non est deus, qui solus errare non potest.

15 Esai. 42, 14

1 sunt *pr. om. MCNX* 2 possunt *Cm1, F* possent *Gm1* semina his] seminabis *M* 3 perfectus *F* perfecta *X* 8 clementia eius *M* contumelias] quid sit *add. M* 10 condidisse se (se *eras.*) *C* 17 est malum] malum est *GA* 18 inordinatae *CF* 22 praeuaricator est *MFA* igitur *om. X* 23 accedens *NX* 24 mala *C* mouentur *Bm3* excidit *Cm1, NF*

4. Natura ergo hominum proprio arbitrio remissa est, ut possit facere quod uult, ut si bonum naturae suae exercitatio melioret, honoris sit, si autem infirmet uigorem suum, contumelia dignus habeatur huius modi. facit enim quod contra se sit. non est minimum quod concessum est homini, ut cum recta sequitur, gaudeat in sese per id, quod opere suo uidet se meliorem, aut certe sibi inputet, qui cum potuit, non dedit operam ut melioraret se bonis. si autem homo potestatis suae non esset, subiectus fuerat necessitati, ut neque boni operis haberet gloriam neque mali poenam, sed fuisset unus ex pecoribus.

5. Quoniam ergo ad utrumque facti sumus possibiles, ut per neglegentiam delinquamus, si quod bene audire et uidere debemus, male, id est extra naturam audiamus et rationem, per uigilantiam autem naturae bonum custodiamus, et cauti esse semper non possumus, quia, sicut dixi, ad utrumque facti sumus possibiles, si peccamus, non iam condemnamur, nisi iterum delinquamus, iam quasi perditores. qui enim semel peccauerit, reparare se debet ne denuo peccet, ne par sit ei qui se uicerat, ut iterum si non peccet, iam superior habeatur, quia semel elisus bis triumphauit. haec iustitia est ut, quia conluctatio in mundo est, qui propensior est in non peccando coronetur.

6. Nihil ergo in deì opere malum ac, si a quibusdam mala quaedam dicantur, ut uenenum, ut tenebrae — quia enim corpora

22 cf. Eph. 6, 12

1 ergo] autem *X* 2 si] sibi *C* exerci tatio *M* exercitatio (a *in ras.*) *N* 3 melior et *MCNG* melioret (et *m2 in ras.*) *B* honoris sit] honore sit dignus *P* honor si (ei *m2*) sit *B* 5 se] rem *NX* 6 se sed *X* 7 se] re *F* rem *X* 7 qui—melioraret *om. X* 8 opera *N* melioraret] meliora (a *eras.*) sit *C* se] ipse (ip *s. l.*) *C* rem *X* boni (b *m2 in ras.*) *B* potestati *N* 9 bonus *Cm1* 13 si quod] sicut *GA* 14 et] *add. s. l.* ·ſ· ex̄ *C* 15 natura *N* 16 possumus (*corr.* possimus) *C* 17 condemnamus *X* 18 perditare (are *m2 in ras.*) *B* 20 ut] et *C* 21 qui *M* elissus *M* elisus est (est *eras.*) *X* triumphabit *X* 24 at *B*

nostra uim ueneni ferre non possunt, malum dicatur, quasi ferant ignem aut aquam —, et ferrum uel plumbum. quia multum ab auro distat, malum dicetur. ad comparationem enim lucis tenebras condemnant, cum sciant pro loco suo necessarias, sicut plumbum aut testam. nam utique requiem dant post laborem.

7. Igitur omnis qui conluctatur in mundo sic eniti debet, ne in re aspera uictus abscedat et fiat reus, uix aut tarde se reparans, et forte inter haec proueniat exitus, et exeat hinc cum peccato. qui enim omni uirtute renititur, si elisus forte fuerit, quasi uir cadit, nec suscenset ei quis, sed hortatu quodam animum eius reparat. uidit enim eum propositum habuisse uincendi et sperat talem posse proficere ad uictoriam, quem non sine fatigatione sui hostis elisit. qui enim facile uincitur non habet animum resistendi nec uincitur, sed consentit. hic acerbius peccat, huius modi uix ad ueniam admittendus est, qui uotum habet delinquendi. qui enim id meditatur ne peccet, etiam si peccauerit, non aspere peccat. diligentibus enim aliquando minora peccata subrepunt. quanto enim minora sunt, tanto magis subtiliora, et dum contemnuntur, non uitantur. maiora enim longe apparent, ac per hoc qui in maioribus peccat, uoluntatis eius est crimen.

8. Sane quoniam superius peccata ex sensibus ortum capere diximus, dum contra legis imperium uel rationem aliquid aspicimus aut audimus, id est si solem uidentes adorandum eum putemus propter pulchritudinem eius, tunc male uidemus, quia ad iniuriam pertinet creatoris communis, ut quod illi soli debitum est deputetur creaturae, quippe cum

1 possunt] si *add. P* dicatur *scripsi*, dicantur *codd.* 2 aut] et *NX* uel] et *X* 3 dicitur *N* dicatur *X* 5 testum *MN* 7 in mundo *bis Cm1* reniti *M* nec *NF* 8 se] rem *NX* 11 succenset (cc *in ras.* i *eras.*) *C* sustinens et *N* sustinens *X* 12 uidi *N* uidet *B* 15 accerbius (*gloss.* grauius) *M* acerbior *Cm1* aceruior *NX* 17 id] cottidie *P om. N* nec *M* 18 aspera *C* dil. enim] qui (*corr.* quae) dil. enim *C* qui dil. enim *NX* 19 aliquando—peccata *in ras.* (*m. rec.?*) *C* 20 condemnuntur *C* -ntuntur *C*

ab eo prohibitum sit per legem. aut cum corpora bene composita et decora uidemus aut, aliquid proximi si concupiscamus, aliter ea aspicimus, quam mandat lex, tunc fit peccatum quod uocatur malum. sed forte dicatur: 'nihil formonsum debuit fieri, ne nos peccaremus', ut tutela nostra ex aliorum deformitate constaret, nec ferrum esset, ne de eo fierent homicidia, neque lucerna in usu esset, ne fures lumine eius ad effringendum uterentur, ut quod magnopere omnibus utile est deesset propter quorundam uaniloquia, cum constet semper nos omnia aspicere et non tamen semper concupiscere, quia non illorum uitium, sed nostrum est cum sumus neglegentes. quod constat ex interuallo creari, quia non sumus quod deus est. sic autem male audimus, si audientes idola deos esse consentiamus, aut si turpia cantantibus aurem commodemus. tunc autem bene audimus, si audientes de deo quod unus sit oblectemur. si quis autem contra legem aliquid audiens adsentiat, peccat: hoc erit male audire.

II. CUR DEUS MUNDUM FECERIT.

1. Fecit, quia est opifex; aut negetur, si non est. sed esse ipsa opera manifestant. fecit ergo ut esset quod ante non erat, quia sine dubio melius est esse, quam non esse. sed dicitur: 'inane fuit aliquid ubi faceret, aut quid prius erat ubi fecit?' hoc uas electionis paucis absoluit. ait enim cum de deo esset sermo: in ipso uiuimus et mouemur et sumus, hoc est omnia esse in deo, quia ubique est et ante omnia solus, aeternus, inuisibilis omni creaturae.

2. Et ne mysterium praetermisisse uideamur aut potius ignorasse cur mundus factus sit, dicimus diaboli apostasiam

23 cf. Act. 9, 15 24 Act. 17, 28

4 formonsum *PCGA* formosum *cet.* 6 homicida *X* 7 lumini *X* 9 ..constet *N* constat *X* 11 cum] quod *P* 12 si *M* 14 commodemur *NX* 17 hoc erit] herit *M* malum *P* 19 negetur] non egit *C* 23 paucis] paulus *X* 24 ipso enim *M* 28 sit] est *NX* diaboli] diabolica *M* apostasiam] potestas iam *M* apostatas *NX*

multos angelos, id est spiritales potentias, secum in praeuaricatione traxisse, dum uult sibi regnum impia praesumptione defendere. quod profeta Eseias significat dicens: quo modo cecidit de caelo Lucifer, qui mane oriebatur? id est 'qui ceteris lucidior apparebat'. erat enim quasi princeps multorum, inter quos clarior erat, quorum societate ad impium descendit certamen. uidens enim infra se multas spiritales potentias, quippe cum in paradiso dei praestantior esset cognitione mysterii caelestis, ipsa elatione inflatus uoluit dici deus, hac scilicet ratione, qua etiam in praesenti uita exemplum eius quosdam imitatos uidemus, qui contemplatione adgregati circa se militis extolliti satellitibus in hac re fomitem conspirationis praebentibus imperium sibi uindicare uoluerunt.

3. Hinc est unde deus, ut eius praesumptionem non potestate, sed ratione destrueret, materiam condidit, quae esset rerum confusio, ex qua faceret mundum. distincta enim, quae simul confusa erant, hunc praestiterunt quem uidemus ornatum. discretis enim ab inuicem substantiis facta conpaginatione mundus uocatur, quia una quaeque res ab altera segregata ad mundum apparuit, ut hic homo positus, creatus ex supernis et inferis, id est ex caelestibus et terrenis, unius dei dominum non tantum uoce, sed et imagine, qua unus ab uno deo factus est, ex quo ceteri orirentur, ostenderet. ideo enim unus unum fecit, ut doceret ab uno esse omnia ac per hoc unum esse deum, ut superior creatura ad confusionem suam in homine disceret, qui e terra conditus est, ueritatem.

3 Esai. 14, 12

1 in *om. Mm1* praeuaricationem *PGA* 2 uult *om. X* 3 defenderet *Am2Bm2, add.* nisus est *Gm2* 7 dicedit (*corr.*) *C* intra *X* 12 milites *MNFA*, (*corr. m2*) *GB* extuliti *PM* satellibus (*corr. m3*) *M* 14 praesumptione *X* 20 mundum] mundum *et postea aliqua s. l. eras.; mg. glossator add.* ut hic homo positus apparuit *omissa in textu M* 25 ad] ab (*corr.*) *M* 26 e *om.* (*add. m3 s. l.*) *M* est] *** *N*

4. Ex eo diabolus inimicus exstitit hominis; peruidit enim quia ad accusationem eius factus est homo. unde subtilitate sua id egit, ut in eadem illum praeuaricatione, in quam ipse ruit, induceret, ut accusatorem suum participem suae damnationis efficeret. ex transgressione enim deitatem illi spopondit, ad quam ipse dum adfectatur deiectus est. et quia omnis natura a crimine libera est, ex accidenti sunt nomina — ante enim res, postea significatio — ac per hoc 'satanas' et 'diabolus' ex actu eius conposita sunt nomina, ut sit non naturae eius, sed uoluntatis significatio.

5. Itaque ut propositum dei, quod in causa creati hominis decreuit, maneret et factum diaboli, per quod hominem circumuenit, ad cumulum reatus eius proficeret, Christus de sacris sedibus ad terras uenire dignatus est, ut et hominem a transgressionis sententia liberaret et diaboli futuram perditionem, ne quis factum eius imitaretur, ostenderet. propterea dixit Iohannes apostolus: ideo uenit filius dei, ut solueret opera diaboli. qui si natura malus esset. poenam illi promittere aut dementis erat aut iniqui. quis enim arguat eum, quem uidet non aliter aliquid facere, quam natura eius admittit? si igni potest suscenseri, quia urit, aut aquae quia infrigidat, cum non utique uoluntate hoc faciat, sed natura? unde et diabolus, si natura malus esset, uoluntatem non haberet. nec enim posset discernere, sed uno adque eodem modo omnibus se quasi caecus inmergeret.

6. Porro autem iudicio quodam hoc agit; nam uoluntatem suam facientibus parcit, a quibusdam neutericis dissimulat,

17 I Ioh. 3, 8

1 existet *aut* existit *X* praeuidit *CNA* 3 eandem *P* praeuaricationem *P* 6 ad quam (*corr.* a qua) *NF* 7 liberata *X* accedenti *NX* nomina] omnia *N* 13 proficere *NF* 14 et ut *M* 15 diabolia (*corr.*) *M* 17 iohannes (o *in ras.*) *M* soluat (*corr.*) *N* 18 innatura *C* 19 qui *F*, (*corr. m2*) *B* 20 naturam *M* 21 suscensurus *C* qui aurit *P* quia aurit (a *alt. eras.*) *M* qi aurit (*corr.*) *C* quiaurit *N* 24 possit *C* 27 ne ut ericis *C* neotericis (o *m3 in ras.*) *B*

ad dei auxilium confugere uolentibus offendicula et impedimenta opponit, seruis dei insidias tendit et promptioribus circa eius obsequia magis infestus est. unde manifestum est uoluntatem eius esse in crimine. quam ob rem Petrus apostolus ait: sobrii estote et uigilate, quia aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens circuit quaerens quem deuoret. gentiles non quaerit, Iudaeos non quaerit, malae uitae et conuersationis non quaerit, sed quaerit dei seruos et Christi, quos sibi scit inimicos, quia factum et praesumptionem eius condemnant.

7. Denique lege data plus exarsit inuidia aduersus eos qui sub lege erant, sciens legis documenta unum deum tradere et bonam conuersationem hominibus. igitur si haec naturaliter putatur facere, reus constitui non potest, quia hoc facit, quod naturae suae est et potest, et non facit quod non potest, quia naturae suae non est. itaque neque laudandus neque condemnandus est. laudandus non est, quia obsunt quae agit; condemnandus autem non est, quia non uoluntate haec facit, sed inpulsu naturae. nam aliquos scimus subito dementes factos ferro fuste lapidibus morsibus multis nocuisse, quosdam et occidisse; captos autem industria et iudiciis oblatos minime reos factos, eo quod non uoluntate, sed inpellente ui nescio qua haec gesserint nescientes. quo modo enim reus constituitur, qui nescit quid fecerit? ita et diabolus si bonum nescit, quare damnandus censetur, qui non facit quod nescit? immo, si posset fieri, laudandus erat, quia facit quod nouit.

5 I Petr. 5, 8

1 confugire *NF* impedimento (*corr. m3*) *M* 2 prupmtioribus *C* prumptioribus *NX* 6 circuit.. (t *in ras.*) *N* 7 gentiles (l *in ras.*) *M* 8 malae (*corr.* homines malae *m2*) *B* 9 seruos dei *P* 10 et] ex *G* et.... *B* 12 et *om.* (*add. m3*) *B* 15 quia n. s. n. est *om. M* 16 condemnendus (*corr.*) *N* 17 condemnandus (on *in ras.*) *M* contemnendus (*corr.*) *N* 19 facto (*corr. m. rec.*) *C* 21 *rasura ante* industria *in B* 24 quid] quod *X* 25 et *ante* damnandus *add. N* non *s. l. eras. M exp. et eras. G* fecit (*corr.*) *N* 26 possit *X*

8. Nos autem iure rei constituimur, quia aliud facimus quam scimus debere nos facere. sed quia per omnem scripturam reum diabolum constitui uidemus et propterea gehennam illi paratam legimus, legibus illum damnandum scimus, quia cum sciret et posset facere bonum, fecit malum. nec enim deus qui iustus est damnaret eum, quia bonum non fecerat, quod nescierat, aut quia malum fecerat, quod scierat. manifestatum itaque puto nullam naturam debere dici malum, quia omne malum, sicut claruit, ex uoluntate fit, quae per sensus accidit naturae.

III. QUID OPUS ERAT PER MOYSEN, ET NON ANTE, EXORDIUM MUNDI ET ORDINEM CREATURAE EXPONERE?

1. Prius describi non debuit, quia adhuc ex hac causa error tantus non erat in hominibus. adubi autem creuit error generi humano, ita ut etiam filii Israhel contra hanc expositionem in Aegypto tradi audirent a philosophis Aegyptiorum, a quibus etiam Moyses fuerat instructus omnem peritiam Aegyptiacam, quae Saclam quendam mundum istum adserit per malos angelos condidisse, hunc quoque principem mundi uideri, id est satanan — quam sententiam Marcion secutus ruit in mortem. nam et Manichei ab eodem Sacla hominem dicunt factum, non mundum istum, stultiores ceteris; cum enim constet mundum hominis causa fabricatum, illi a deo dicunt mundum factum, licet de alieno, hominem uero ab aduersario creatum, ut in domo alterius alter posuerit dominum —, oportuit ergo Moysen, ut errorem istum proderet et auferret, manifestare mundi et hominis fabricati deum esse auctorem. accepta enim auctoritate

3 cf. Matth. 25, 41 17 cf. Act. 7, 22 19 cf. Ioh. 12, 31. 14, 30. 16, 11

1 qui *B* 4 sciret] scire *X* 5 facit *N* 6 aut (*mente supple:* damnauit eum)] et *NX* 7 facerat *N* scierat] sciest *C* sic erat *GA* ita *X* 9 accedit *X* naturam (*corr.*) *M* 10 QUOD *B* 13 prius ergo (ergo *eras.*) *N* descr•i•bi *M* hac *om. X* 14 erit (*corr.*) *C* adubi (*cf.* '*A Study of Ambrosiaster*' *p. 71*) *C* at ubi *cet.* 18 sacram (*corr. m2*) *M* salam *C* clám (*corr.* saclan *Bm3*) *NX* 21 saclam *PM*, (*corr.* salam) *CF*, (*corr.* saclan) *B* clam *N* satanan *G* satan *A* 26 istum *om. X* auferet *C* 27 dominum *MCNF*

per signa et prodigia, quae fecit, docuit sine dubio id uerum esse, quod testibus signis tradebat. quis enim non crederet ei, cuius tanta signa in rebus gestis existerent? denique hinc est unde qui contra disciplinam hanc sentiunt errare noscuntur, quia nudis uerbis adsertiones suas allegare nituntur.

2. Itaque ut nihil deo coaeternum doceret, ordinem ipsum creatarum rerum exponit, ut dum minora prius facta memorat, postea autem maiora, nihil horum infectum habeatur, quia quae tempore minora sunt uirtute maiora sunt, ut si illa praescribere de tempore se putent, ipsa infirmitate qua posterioribus subiecta sunt reuincantur, aut si haec de uirtute praesumendo primatus sibi uindicent, posteritate ipsa humilentur, ut nihil horum non initio subiectum uideatur. ante quidem caelum factum et terra; deinde lux, quae in officio dies est; post firmamentum, quod appellatum est caelum, et congregationes aquarum quas appellauit maria, ut appareret terra in qua posset habitari. terram autem quam post caelum factam dicit, non terram solam uult intellegi, sed materiam significauit, id est omnia inferna, quae in mundi omnem speciem profecerunt. caelum autem non hoc carnale, sed illud supernum, quod spiritale est, in principio factum contendit, ut cum caelum dicit primum factum, deinde terram, in caelo omnia inuisibilia et in terra omnia uisibilia a deo creata signaret. totius enim naturae summa et ima conprehendit, ut quicquid medium est procul dubio factum credatur. luminaria uero, quae ad gubernandum mundum instituit, quarta die

5 adsertione sua *N* alligare *MCNX* 6 ipsum *om.* (*add. m2*) *A* 7 creaturarum *PG* creaturam *C* creat..arum *F* 8 nihil *om. GA* infactum *C* 9 tempore (*alt. e m2 in ras.*) *M* tempora *X* minora] maiora *X* maiora] minora *X* sunt *alt. om. GA* 10 se putent] reputent *X* posteribus *M* 12 humelentur *C* humilientur *PX* 13 initio] in initio *C* in otio *GA* 14 terram *X* 15 dies (*corr. m3* diei) *B* diei *GA* 16 maria *om. FB* 17 possit *NX* 18 factum *M* solum *GA* 19 mundi] mundo s. *C* 20 proficerunt *CX* carne *X* 22 cum *om. X* primo *GA* in *om. NX* caelo *P* caelum *cet.* 23 inuis.] uis. *NX* uis.] inuis. *G*, (*corr. m2*) *A*

adserit facta, ut quanto magna sunt uirtute, tanto inferiora sint tempore. hominem autem sexto die constituit, ut in domum factam habitatorem induceret.

3. Hinc est unde quod quibusdam displicet dictum est: et uidit deus lucem quia bona est. ut, quia omnia a malo facta dicebantur et bona credi non poterant, Moyses ut bona quae facta sunt probaret, ipsi deo placita quae fecit ostendit, ut cui displicerent reum faceret. nam quo modo posset nescire lucem qui dixit: fiat lux et facta est lux? aliquis facit quod nescit? facta autem lux conplacuit ei qui se fecit. quis opifex in opere suo non laetetur? si dictum est: uidit deus lucem quia bona est, et de non sunt qui dicant 'mala est', quid, si sine testimonio esset relictum?

4. Igitur descripta mundi fabrica et primi hominis origine traducem tenuit generis Seth, qui redditus est pro Abel, et per ordinem uenit ad Abraham patrem Iudaeorum, ut ostenderet Abraham huic deo credidisse, qui opifex mundi est, et ipsum legem dedisse, in qua futurus Christus promissus est, qui liberaret genus hominum de dominio diaboli. ex his rationabilis probatur fides nostra; testimonium enim huic dat origo descripta, quia ab initio genus est Christianorum. ex Seth enim filio Adae uenitur ad Enoch, ab Enoch ad Noe, ex Noe ad Abraham, ab Abraham descenditur ad Dauid, a Dauid ex Maria de spiritu sancto nascitur Christus. priores ergo

4 Gen. 1, 4 9 Gen. 1, 3 11 Gen. 1, 4

1 quanta *CX* 2 tempora (*corr. m3*) *B* 4 unde *om. X* est *alt. om. X* 5 quia *pr.*] quod *N* 6 facto (*corr.*) *C om. N* bono *GA* 7 ipse *NX* 8 possit *NX* 9 *add.* et si *ante* aliquis *Bm3* 10 placuit *P* et placuit *CNX* ei *om. F,* (*add. m2*) *B* se *om. NX* 11 letetur (etet *m3 in ras.*) *B* si *eras. B* est *om. Bm1* 12 bonum *P* de non sunt *MCF* (*cf. p. 60, 2*), non desunt *P* denuo sunt *NGA* de...sunt (*add. ante s. l. m2* tamen non) *B* dicunt *GA* 13 esse *F,* (*corr. m2*) *B* 14 originem *Am1* 15 sedh *M* 19 humanum *M* 23 abraam *N* (*bis*) discenditur *N* (*corr.*), *FG* a dauid] *om. NX* a Dauid] ex (*corr. in* ad) mariam *add. C* 24 ex] ad (*corr.*) *C* ex (*s. l. add. m2* quo descendit) *B* de] de (*add. m2 s. l.* qua) *B* sancto (*s. l. add. m2* inpregnata) *B*

omnes quotquot fidem habuerunt unius dei, quam saluator praedicauit, iure Christiani dicendi sunt; ab initio enim saluator uenturus promissus est. unde in Apocalypsi ait: agnus qui occisus est a constitutione mundi. itaque semper Christianismus. hi enim omnes, quos supra dixi, a primo homine creato in mundo per quos tradux tenditur ad saluatorem, huius dei fidem habuerunt, de quo Christus locutus est dicens: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum et uerum deum et quem misisti Iesum Christum. potest dici e contra: 'si ante Christianismus, quae notitia per Christum?' hunc intellegentiae profectum aduentus contulit Christi, quia praedicati unius dei ostendit mysterium et quid cui personae conpetat demonstrauit et ad explendam legis iustitiam addidit quae reseruata erant.

IIII. QUARE LEGEM NON IN PRIMORDIO DEDIT?

1. Primum lex formata in litteris dari non debuit, quia in natura ipsa inserta quodam modo est et creatoris notitia ex traduce non latebat. nam quis nesciat, quid bonae uitae conueniat, aut ignoret, quia quod sibi fieri non uult alii minime debeat fieri? adubi autem naturalis lex euanuit pressa consuetudine delinquendi, tunc oportuit manifestari, ut in Iudaeis omnes audirent, non quod penitus oblitterata esset, sed maxima

3 cf. Apoc. 13, 8 8 Ioh. 17, 3

2 christiano (*corr.*) *M* 3 unde *in ras. M* in apocalyp *in ras. M* 5 Christianismus] christiani simus *P* christiani sumus *CN* christianissimus *F*, (*pr.* s *eras.*) *G*, (si *exp.*) *A* christiani sunt (sunt *m2 in ras.*) *B* hii *MX* 7 loc. est Chr. *P* 9 cognoscant te] cognoscant et *C* cognoscant tē *F* cognoscante *A* deum *P* dominum *cet.* 11 Christianismus] christiani sumus *CNFB* christianissimus *G* (*pr.* s *partim eras.*), *A* (*exp. et eras.* si) 12 intulit *N* quia] qui *C* 16 QUARE] *add.* DEUS *P* IN *om. B* 17 lex] lex et *P* 18 quod amodo *M* ex traduce] extraducem *N* (ex *eras.*), *CF* extra lucem *GA* 19 bonum *NFB* 20 ignorat *N* 21 at ubi *PNX* autem *eras. G* 23 oblittera esset (e *alt. exp. et eras.*) *A*

eius auctoritate carebant: idolatriae studebatur; timor dei in terris non erat; fornicatio operabatur; circa rem proximi auidi erant concupiscentia. data ergo lex est, ut et quae sciebantur auctoritatem haberent et quae latere coeperant manifestarentur. nam inuenimus ante Moysen non solum non latuisse, sed et uindicata esse peccata. quam ob rem et iusti fuisse reperiuntur multi; scientes enim deum uindicem timebant peccare. quod cum coepisset neglegi, legem naturalem reuelari oportuit, ut scirent cuncti aperta ratione dominum requisiturum actus humanos. quamuis per diluuium uindicatum legatur et in Sodomam et Gomorram, sed haec uetustatis obliuio texerat, unde per Moysen terroris causa ad disciplinam corrigendam et fidem in deum reformandam commemorata sunt. quare et apostolus: iustis, ait, lex non est posita, sed iniustis, idola colentibus, fornicatoribus, et talia.

2. Nunc uideamus an conueniat his, qui dei iudicium audientes rident futurum, si proderit an oberit, si ueritate munitur an caret ratione. lex quidem data est mundo, sed uidemus illam circa multos cessare: non ergo iustum uidetur. ut quid hic peccantes per potentiam securi sunt, alii leges inludunt, pauperes deprimuntur, iustis accusatio conponitur, bene agentes obprobrio sunt, pii indigent, mali florent, iniqui et corruptores in honore sunt, auari et raptores locupletantur, iudex uenalis est? nonne iniquum uidetur si conditor rerum non haec requirat,

10 cf. Gen. 7, 21; 19, 24. 25 14 cf. I Tim. 1, 9. 10

1 domini *GA* 2 terra *M* operebatur *MG* auida erat *P* auidierant (*corr.* audierant) *C* 5 inueniremus (*corr.*) *C* 6 uindicta *X* 8 coepissent *MC* neglegi legem] nec legem *NFGA* neclegi (e *alt. corr.* i) *B* (*add.* legem *s. l.*) 9 actos *M* (*corr. m2*), *F* 10 dilluuium *M* 11 in *ante* Gom. *add. N* gomurram (*corr. A*) *X* 12 causam *MCNX* 13 dominum *CNX* domino *M* apost. et *P* 14 posita] posita iustis *NX* 15 alia *B* 17 si ueritate munitur] si ueritatem unitur *Mm1* seueritate munitur *N* 18 illa *CF* 19 ut quid *Engelbrecht* ut qui *codd.* hic (i *m2 in ras.*) *B* peccant *e corr. B* 20 po..tentiam *N* sint *PGA* al.i *F* leges (*corr. m2* legi) *M* legis *GA* 23 ueneralis *M* 24 condidor *F*, *Bm1*

ut qui hic iniuste pressi sunt releuentur, et qui bene uiuendo indiguerunt remunerentur, et qui propter iustitiam obprobrio erant honorentur; illi autem qui per potentiam leges contempserunt aut tergiuersatione inluserunt iniquitatem sectantes, sic gloriosi in his, ut ipsi iustitiae insultare uiderentur, ut humiliati et confusi tormentis subiciantur in conspectu eorum, in quorum malis et despectatione gaudebant, ut et ipsi de poena illorum laeti deo gratias referant, apud quem solum personarum acceptio cessat?

V. UT QUID ABEL SACRIFICIUM ACCEPTATUM EST ET CAIN REFUTATUM?

1. Ex uerbis hoc ipsius lectionis potest colligi, quia non est litterarum arte uelata historia. nam Abel prudentem et deuotum in eo ipso sermo indicat scripturae, Cain uero neglegentem et inprouidum ac per hoc minus deuotum. Abel ergo de placitis potiora elegit, quae deo offerret creatori, ut de his utique quae creauerat praecipua illi offerret, per quod et dicationem suam et meritum eius probaret, ut et propriam reuerentiam et deum auctorem ostenderet. hoc Cain uelut rusticus praesentire nequiuit. totum enim animum terrae inserens mentis oculos ad caelum leuare non potuit, ut quid creatori dignum esset aspiceret; qualiacumque enim deo obtulit munera.

2. Quae causa etiam in Iudaeis obliquae mentis deprehenditur.

8 cf. Rom. 2, 11 etc.

1 reuelentur *A* 2 iustiam *MA* obproprio *Nm1F* 6 humilitati *Nm1* 7 despectatione *M* de ex(s)pectatione *CNX* despectione *P* 9 cessat] est (*post. add.*) *C* 10 habel *C* acceptum *NGA*, (*rubr., add.* ta *atr.*) *C* est *om. X* 11 reputatum *C* refutatum sit *B* 12 collegi *P*, *Fm1* 13 uolata *M* historiam *C* deuotum et prudentem *P* 14 sermone *GA* scriptura *G* neglegenter inprouidum *P* 15 hominus *C* ho•c minus *N* deuotum] idoneum *P* placitis *P* placidis *cet.* 16 offeret *MC* ut de] unde *FG* ut (*add.* de *m2*) *A* 17 offeret *MC* 19 actorem *M* 20 nequit *Mm1* annum terre *M* inferiens *C* mentes *C* 22 munera *om.* (*add. s. l. m3*) *M* 23 etiam] et *P*

saepe enim reprehensi sunt, cum munera sua inprouide dei altari offerrent, quae nec hominibus digna uiderentur dicente domino: caecas et luscas offertis mihi; non haec suscipiam de manibus uestris. offers ea praeposito aut duci tuo, si acceperit ea, cum constet apud omnes personae sublimi maxima debere offerri munera. ideoque Cain munera refutata sunt dicente ei deo: quid contristatus es et ut quid concidit uultus tuus? nonne si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti? quiesce. apud te conuersio eius, et tu dominaberis eius.

3. Vides ergo quia diuisio incurrit peccatum. dum non aestimat quid deo dignum esset, potiora reseruauit suis usibus. itaque non quia obtulit reprehensus est, sed quia indigna obtulit, nec ex eo damnatus est, sed factum emendare commonitus. ad te, enim ait, conuersio eius, et tu dominaberis eius, hoc est 'me non accipiente ad tuum dominium conuersum est munus a te oblatum', ut de cetero sciret quid faceret. hinc inuidia exarsit ut occideret fratrem, ut ab iniusto occideretur, qui iustitiam primus ostenderat, et exemplum malum daretur hominibus. sic enim aemulatione zeli caecatus est ut non solum gratias non ageret — eo quod reus factus non fuerat, sed et didicerat quo modo hoc emendaret —, uerum etiam adderet aliud grauius, per quod damnari mereretur.

4. Talis est causa inprouidi ac parricidae Cain, qualis et illius nequam serui, cui cum ignotum esset a domino, ingratus effectus

2 Mal. 1, 8 7 Gen. 4, 6. 7 14 Gen. 4, 7 24 cf. Matth. 18, 27—34

1 reprehen....si (*fuit* dis. [?]) *C* offerent *CF, Bm1* 3 accipiam *X* 4 offers ea] offerre a *C* offer ea *NX* aut duci tuo] tuo audaci *C* 5 acciperit *CX* 6 sublimis *M* offerre *N*, (*corr. m2 B*) *X* 7 reputata *C* es et] esset *C* 10 apud] apud ad *GA* conuersatio (*corr.*) *G*, (*corr. m2 mg.*) *A* 11 quia] quod *C* 12 dignum deo *AB* 13 quia] quod *C* quia] quod *C* 17 cetero] cero *M* enuidia (*corr.*) *M* 19 ostenderet (*corr.*) *C* 23 aliquid *P* damnari—*p. 28, 1* ignoto *in ras. M* 24 parricidiae *CG*, (*tert.* i *eras.*) *N* paricidię *F* 25 esset] fuit (*exp. et corr.* esset) *N*

sibi

dam-

con-

pacni-

5 hoc facto

pi

terrae

super

me.

ita

nus.

pi

mi hoc

ciaris.

10 emplum

fructus

Cain.

cepit iure

nam sub tali

15 pris coepit

nemus adspi-

nam adhuc

mutari si

20 supra quam

dictae.

---

4 paenetiret

deum *P*

add. s. l.) *F*

add. m2) *B*

25 no-

corr. m2

hoc etiam numero remunerandi sunt qui relictis omnibus dominum sequuntur et in futuro uitam aeternam habebunt. hoc est signum quod posuit deus in Cain, ne quis occideret eum omnis qui inuenisset eum. in parricida enim posita lex est, ut si quis homicidium fecisset, quia omne parricidium homicidium est, septiens reus esset, quam fuerat Cain, ut hac seueritate ceteri territi ab hoc se facinore inhiberent.

VI. SI LAMECH OCCIDIT CAIN, SICUT PUTATUR?

1. Frustra hoc putant, qui arbitrantur quod Lamech dixerit de Cain: occidi uirum in liuore mihi et iuuenem in uulnere mihi. iam enim quinta generatione natus erat Lamech a Cain, id est de Matusalam abnepote Cain. hoc autem idcirco memorat Lamech, ut ostendat acrius adstringendum eum qui sub manifestata lege peccauerit. ac per hoc si post Cain in imitatorem eius septiens uindicatum est, quanto amplius uindicandum in eum est, quem nec factum Cain et correptio nec post eum lata sententia terruit, ut a tam impio et crudeli facinore uoluntatem auerteret! post Cain ergo Lamech homicidium perpetrauit, qui sine dubio iuxta ea quae supra dicta sunt septem uindictas exsoluit. et quid post Lamech ei, qui hoc secutus fuisset, futurum esset ostendit dicens: de Lamech autem septuagiens septiens, ut quia malum opus paenitentia non subsequitur, septuaginta septem

1 cf. Luc. 5, 11 2 cf. Marc. 10, 30 etc. Gen. 4, 15 c 10 Gen. 4, 23 22 Gen. 4, 24 b

1 hii *add. m3 ante* qui *G* 2 et *om. N* 3 nequis (quis *eras. Nm1 Bm2*) *NB* occiderit *MGA* 5 parricidę *M* ·parricidium *N* paracidium *AB* (*corr. A, Bm2*) 6 est *om. C* 8 SI] Utrum *P* lamecech *P* 10 et iuuenem in uulnere mihi *om. X* 11 quinta (i *in ras.*) *F* quarta *GA* quanta *B* 12 a *om. X* (*add. Bm2*) mathusalam *C* matusala *X* 14 sub··manif·estata (*ex* manistestata) *M* lege] lite (*corr. m. rec.*) *M* 15 imit.] imit. (*pr.* i *eras.*) *M* imit. (m *s. pr.* i *eras.*) *C* 17 *ante* eum *add.* in *m. rec. C* sententia data *P* deterruit *M* 18 crudelissimo *N* crudelis (s *eras.*) *F, G* uerteret (*corr. m2 B*) *X* 21 quid *NF* (*corr.*), *G* 22 ··lamech *C*

exiens suffocabat conseruum suum, ut et de praeterito ignoto sibi facinore et de impietate in conseruum admissa inexcusabilis damnaretur. et tamen ad praesens damnatus non est Cain, sed confusus et reus sub terrore dimissus est super terram, ut, si paeniteret, ignosceretur ei. denique timens ne quis eum pro hoc facto occideret, ait ad deum: maior causa est mea relinqui me. si eicis me hodie a facie tua, et a facie terrae abscondam me et ero gemens et tremens super terram. et erit, omnis qui inuenerit me occidet me. territus Cain uerbis iusti iudicis dei timet despici a deo, ita ut et a conspectu hominum fugere se debere putet certus, quia qui irato deo uiuit etiam ab homine possit occidi. sed quid ei respondit dominus? non sic, inquit, hoc est 'non ad hoc te remisi, cum non merearis uiuere, ut ab aliquo occidaris, sed ut gemas et tremas, quasi qui primus malum exemplum dederis super terram, dum laboribus tuis non respondit fructus ex humo'. itaque omnis qui occiderit, inquit, Cain, septem uindictas exsoluet. haec sententia ostendit iure damnandum Cain. quando enim uidit legem datam sub tali comminatione, ne quis imitaretur factum eius, plus coepit timere, sciens quid mali admiserat.

5. Septem ergo uindictas promittit, si quis ad hoc facinus adspirasset, ut uidens ex hoc opere Cain reum factum, et cum adhuc legis manifestatio non erat, sciret se septemplici poena multari si non hoc uitaret, ut legis notitia sex plagas adderet supra quam meruerat Cain, ut cum plaga Cain septem numerarentur uindictae.

6 Gen. 4, 13. 14 13 Gen. 4, 15 a 17 Gen. 4, 15 b

1 exiens *N* conseruum (er *in ras.*) *M* conuerno (*corr.*) *N* 4 paenetiret *F* penetiret (*corr. m2*) *B* 6 occiderit (it *m2 in ras.*) *G, A* deum *P* dominum *cet.* est causa *P* relinque *CGA* relinqui (*add.* s *s. l.*) *F* 7 me eicis *G*, (*alt.* e *s. l.*) *A* 8 abcedam *N* ero (r *m1 in ras.*) *C* 10 dispici *CNFG* 12 rato *M* 14 te *om. N* ab *om. F*, (*add. m2*) *B* 18 haec est *M* 22 uindicatas *C* facinora deus pirasset *C* 25 notitia sex plagas] notitias ex plaga *C* notitias ex plagas *N, G* (*corr. m2* plagis), notitia sex plag (*corr.* plagas) *A*

hoc etiam numero remunerandi sunt qui relictis omnibus dominum sequuntur et in futuro uitam aeternam habebunt. hoc est signum quod posuit deus in Cain, ne quis occideret eum omnis qui inuenisset eum. in parricida enim posita lex est, ut si quis homicidium fecisset, quia omne parricidium homicidium est, septiens reus esset, quam fuerat Cain, ut hac seueritate ceteri territi ab hoc se facinore inhiberent.

VI. SI LAMECH OCCIDIT CAIN, SICUT PUTATUR?

1. Frustra hoc putant, qui arbitrantur quod Lamech dixerit de Cain: occidi uirum in liuore mihi et iuuenem in uulnere mihi. iam enim quinta generatione natus erat Lamech a Cain, id est de Matusalam abnepote Cain. hoc autem idcirco memorat Lamech, ut ostendat acrius adstringendum eum qui sub manifestata lege peccauerit. ac per hoc si post Cain in imitatorem eius septiens uindicatum est, quanto amplius uindicandum in eum est, quem nec factum Cain et correptio nec post eum lata sententia terruit, ut a tam impio et crudeli facinore uoluntatem auerteret! post Cain ergo Lamech homicidium perpetrauit, qui sine dubio iuxta ea quae supra dicta sunt septem uindictas exsoluit. et quid post Lamech ei, qui hoc secutus fuisset, futurum esset ostendit dicens: de Lamech autem septuagiens septiens, ut quia malum opus paenitentia non subsequitur, septuaginta septem

1 cf. Luc. 5, 11 2 cf. Marc. 10, 30 etc. Gen. 4, 15 c 10 Gen. 4, 23 22 Gen. 4, 24 b

1 hii *add. m3 ante* qui *G* 2 et *om. N* 3 nequis (quis *eras. Nm1 Bm2*) *NB* occiderit *MGA* 5 parricidę *M* ·parricidium *N* paracidium *AB* (*corr. A, Bm2*) 6 est *om. C* 8 SI] Utrum *P* lamecech *P* 10 et iuuenem in uulnere mihi *om. X* 11 quinta (i *in ras.*) *F* quarta *GA* quanta *B* 12 a *om. X* (*add. Bm2*) mathusalam *C* matusala *X* 14 sub···manif·estata (*ex* manistestata) *M* lege] lite (*corr. m. rec.*) *M* 15 imit.] imit. (*pr.* i *eras.*) *M* imit. (m *s. pr.* i *eras.*) *C* 17 *ante* eum *add.* in *m. rec. C* sententia data *P* deterruit *M* 18 crudelissimo *N* crudelis (s *eras.*) *F, G* uerteret (*corr. m2 B*) *X* 21 quid *NF* (*corr.*), *G* 22 ··lamech *C*

plagarum ictibus feriatur. unde et saluator etiam septuagiens septiens peccanti, conuerso tamen, remitti praecepit.

2. Sed ne putetur alius ante Lamech homicidium post Cain fecisse, quia dixit: de Cain uindicatum est, quasi iam factum. Lamech autem de se quo modo diceret quia uindicatum in eum erat, cum adhuc recens esset homicidium, quod confessus fuerat se fecisse, cum constet omne factum sententiam secum habere? quando enim alia spes non est, praeter quam quod expleto operi dignum scitur, futurum pro facto habetur. denique dictum Adae est: qua die manducaueritis, morte moriemini, et utique non statim mortui sunt, sed post longum temporis interuallum; sed quia iam spes inmortalitatis amissa erat, futura mors praesens dicta est, quia haec coepit in spe haberi. igitur Lamech iuuenem se occidisse fatetur et Cain, sicut claruit, usque ad hoc tempus peruenire non potuit aut si peruenit, quod inpossibile est, senior fuit.

VII. QUAE DECEM UERBA IN TABULIS DATA SUNT, AUT SINGULAE TABULAE QUOTENA UERBA HABUERUNT?

1. Decem sententias decem uerba appellauit, quia et saluator sensum uerbum significauit dicens inter cetera ad Iudaeos: interrogo uos et ego unum uerbum; respondete mihi: baptismum Iohannis unde erat, e caelo an ex hominibus? hunc sensum 'uerbum' appellauit. simili modo et in duabus tabulis decem uerba scripta dicuntur, qui

1 cf. Matth. 18, 22 4 Gen. 4, 24 a 10 Gen. 2, 17 22 Luc. 20, 3. 4

1 septugies (*corr. m3*) *M* 2 praecipit *CNFB* 5 autem *om. X* 6 adhuc recens esset] adrecensisset *C* 7 omnes *X* 9 expletur *NFGA* expleto... (o *m2*) *B* 13 in spe coepit *X* 14 habere (*corr.*) *C* 17 in tabulis (inta *in ras.*) *C* 18 quot dena *P* quot..... *C* quottena *N* quotena (en *eras.*) *F* quod *G*, (*corr.* quot) *A* 23 de *C* 25 dicuntur] dinoscitur *X* quia *P* quae *CB*

decem sensus sunt. denique dicit: non sint tibi dii alii praeter me — primum uerbum hoc est — et subiecit: non facies tibi ullam similitudinem, quae sunt in caelo sursum et in terra deorsum, neque in aqua quae est sub terra. deinde adiecit tertio: non sumes nomen domini dei tui in uacuo; non enim mundabit dominus, qui sumit nomen eius in uanum, hoc est 'non in mendacio nomen domini dei tui adsumes, ut perieres per illud'. dehinc quarto loco dicit: sabbata domini dei tui seruabis et non facies in illo ullum opus seruile. haec quattuor uerba sunt de decem; ista ad dominum proprie pertinent; haec sunt in prima tabula scripta.

2. Deinde in secunda tabula haec continentur: primum uerbum est: honora patrem tuum et matrem; secundum: non occides; tertium: non fornicaberis; quartum: non furaberis; quintum: non falsum testimonium dices; sextum: non concupisces quicquam proximi tui, et talia. haec in secunda tabula scripta probat apostolus Paulus dicens: honora patrem et matrem, quod est mandatum primum in promissione. quo modo esset primum, nisi in secunda tabula ab ipso coepisset? 'in promissione' autem ideo dixit, quia statim subiecit: ut sis longaeuus super terram et bene tibi sit. haec

1 Ex. 20, 3 (Deut. 5, 7) 2 Ex. 20, 4 (Deut. 5, 8) 5 Ex. 20, 7 (Deut. 5, 11) 9 Ex. 20, 8. 10 (Deut. 5, 12. 14) 14 Ex. 20, 12 (Deut. 5, 16) 15 Ex. 20, (13) 15 (Deut. 5, (17) 18); Ex. 20, (14) 13 (Deut. 5, 17) 16 Ex. 20, (15) 14 (Deut. 5, (17) 19); Ex. 20, 16 (Deut. 5, (17) 20) 17 Ex. 20, 17 (Deut. 5, (18) 21) 19 Eph. 6, 2 22 Eph. 6, 3

1 sin *M* 6 tui *om. M* mundauit *uel* mandauit *Cm1* mandauit *Cm2, NX* 8 peieres *P* periures *NX* per *om. X* 9 sabbato *C* sabbatum *Bm2* 11 de decem] dedecim *CNGA* proprie ad deum *P* 16 furaueris *C* 17 concupiscis (*corr.*) *N* 18 alia *NX* 20 promissione. (?) *C* 22 promissionem *MF* promisionem *N* qui *X* 23 longeuos (*corr.* longeuuos) *M*

est promissio facta his qui mandata custodiunt. itaque habes et mandata distincta et numerum eorum consummatum et quae et quanta in singulis tabulis scripta sunt.

VIII. UT QUID MOYSES DESCENDENS DE MONTE CUM TABULIS UULTUM SPLENDIDUM HABUIT ET INTOLERABILE?

1. Accepta potestate in peccatores cum honorificentia descendit de monte facie gloriosa. lex enim contra peccatores data est. Moyses ergo quia non peccauerat, gloriosus apparuit in tantum ut a peccatoribus uideri non posset. ostensum enim in eo est, quia peccatores gloriam dei non merentur aspicere. post simulacrum enim uituli fusilis et confractionem tabularum, in quibus data lex fuerat, rursus ascendens Moyses in montem cum tabulis, in quibus accepta lege cum descenderet, gloriosa facta est facies eius, ut non possent aspicere filii Israhel uultum eius, neque Aaron, quia et ipse peccauerat; sed interposito uelamine loquebatur ad illos, ut tam diu indigni essent gloria dei, quam diu in peccatis uerterentur.

2. Unde dicit apostolus: cum conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen, ut dono dei abluti digni fierent intendere gloriam dei. in confractione enim tabularum, quas ante acceperat, Iudaeorum populum reprobum significauit, eo quod peccatis studentes promissione dei indigni futuri

8 cf. Ex. 34, 29 17 cf. Ex. 34, 33 19 II Cor. 3, 16

3 quanta (*corr. m. rec.* quot) *N* 4 descedes *M* 6 intolerabile *N, Gm2, B* 9 peccauerit *M* 10 posset (*corr.* possit [?]) *C* 11 aspicere *om. add. mg. N* 12 fusilis (*corr.*) *C* confractione *MCX* 18 data lex] lex data (*corr.*) *N* russus *N* 18 gloria *M* gloriam *cet.* uerterentur (*exp.* te *et corr.* sa) *N* 19 fuerit (uer *m2 in ras.*) *B* 20 auferentur *M* ut] ad *M* 21 confractionem *N* 22 acciperat *CX*

erant. quod autem reiterata lex est, alter populus futurus significatus est, cui proficeret lex data in monte.

VIIII. SI OMNIA DEUS BONA FECIT ET BONA UALDE, QUID EST UT DICAT AD NOE: 'DE MUNDIS ET INMUNDIS INDUC TECUM IN ARCAM,' CUM IN ABSOLUTO SIT INMUNDUM BONUM DICI NON POSSE?

1. Per id quod multimodam rationem habent uerba, faciunt quaestiones. nam si ad causam de qua agitur referantur, nulla erit quaestio, quia per ordinem res ipsae se prodent. nam aliquando 'commune' dicimus quod indiuisum est, aliquando quod inmundum est; duobus enim modis appellatur 'commune'. denique Petrus apostolus: commune, inquit, et inmundum numquam intrauit in os meum, et apostolus Paulus: omne, inquit, quod non est ex fide peccatum est, et alibi: lex, ait, non est ex fide, et non tamen peccatum est. uides ergo, quia unus adque idem sermo non eadem semper significat.

2. Ideo et cum dicitur 'inmundum', considerandum est qua ex causa dicatur, quia aliquando ad conparationem meliorum inmundum dicitur, aliquando ad opera sordida refertur, ut malum intellegatur. nulla igitur substantia malum, quia quae per substantiam inmunda putantur ad conparationem pulcherrimarum rerum inmunda sunt. nam et panis inmundus dicitur et oleum et plumbum ad conparationem auri inmundum est et coruus ad pauum et, cum unius corporis membra sint, alia honesta, alia inhonesta uocantur, cum sciantur mala non esse. itaque omnia in sua natura bona sunt, quia utilia.

3 cf. Gen. 1, 31 4 cf. Gen. 6, 19. 7, 2 12 cf. Act. 10, 14 14 Rom. 14, 23 15 Gal. 3, 12 25 cf. I Cor. 12, 23. 24

3 ualde bona (*corr.*) *N* 5 arc(h)a *CNX* in *alt. om. CNX* absoluto (*corr.* solitum) *N* 8 ad] adhuc *F*, (*corr.* ad hanc *m2*) *B* ad hanc *GA* agitur *om. C* 9 erat *NX* 10 communi *M* in diuisum *C* 12 petrus petr (petr *eras.*) *N* commune] denique *add. C* 13 intrauit (r *in ras.*) *C* 18 qua ex] quia (*corr.*) ex *N* ex qua *X* 20 quae *om. N*

est promissio facta his qui mandata custodiunt. itaque habes et mandata distincta et numerum eorum consummatum et quae et quanta in singulis tabulis scripta sunt.


VIII. UT QUID MOYSES DESCENDENS DE MONTE CUM TABULIS UULTUM SPLENDIDUM HABUIT ET INTOLERABILE?

1. Accepta potestate in peccatores cum honorificentia descendit de monte facie gloriosa. lex enim contra peccatores data est. Moyses ergo quia non peccauerat, gloriosus apparuit in tantum ut a peccatoribus uideri non posset. ostensum enim in eo est, quia peccatores gloriam dei non merentur aspicere. post simulacrum enim uituli fusilis et confractionem tabularum, in quibus data lex fuerat, rursus ascendens Moyses in montem cum tabulis, in quibus accepta lege cum descenderet, gloriosa facta est facies eius, ut non possent aspicere filii Israhel uultum eius, neque Aaron, quia et ipse peccauerat; sed interposito uelamine loquebatur ad illos, ut tam diu indigni essent gloria dei, quam diu in peccatis uerterentur.

2. Unde dicit apostolus: cum conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen, ut dono dei abluti digni fierent intendere gloriam dei. in confractione enim tabularum, quas ante acceperat, Iudaeorum populum reprobum significauit, eo quod peccatis studentes promissione dei indigni futuri

8 cf. Ex. 34, 29 17 cf. Ex. 34, 33 19 II Cor. 3, 16

3 quanta (*corr. m. rec.* quot) *N* 4 descedes *M* 6 intolerabile *N*, *Gm2*, *B* 9 peccauerit *M* 10 posset (*corr.* possit [?]) *C* 11 aspicere *om. add. mg. N* 12 fusilis (*corr.*) *C* confractione *MCX* 18 data lex] lex data (*corr.*) *N* russus *N* 18 gloria *M* gloriam *cet.* uerterentur (*exp.* te *et corr.* sa) *N* 19 fuerit (*aer m2 in ras.*) *B* 20 auferentur *M* utl ad *M* 21 confractionem *N* 22 acciperat *CX*



cta
in
.eui,
.tem
· est
.aron
·o in
e est
tione.
unde
n, et
.arta
. quia
gypto.
e cum
attuor
Isra-

ST UT
QUEM

ertinet,
nmunis

, 13. 16

Gedson]
am (*corr.*
NG abra-
acta (*corr.*
genuit
ones (*corr.*
rr. m2) *M*
quid *P* ut *C*
X 21 bene-
nis *P* homi-

X. CUM DEUS DICAT AD ABRAHAM DE FILIIS ISRAHEL, QUOD QUARTA PROGENIE EXITURI ESSENT DE POTESTATE AEGYPTIORUM, QUID EST UT E CONTRA LEX DICAT: 'QUINTA PROGENIE EXIERUNT FILII ISRAHEL DE TERRA AEGYPTI'? UALDE UIDETUR CONTRARIUM.

1. Quantum ad uerba pertinet, uidetur esse contrarium; si autem sensus requiratur, inuenietur esse non dispar. sic enim lex loquitur, ut a diligentibus ac sedulis possit intellegi, ut ratio ueritatis non incuriosis, sed sollicitis se reuelet. nam utique deus dixit: quarta progenie, et Moyses scripsit: quinta progenie, quamuis utrumque Moyses retulerit et fallere eum inpossibile sit, in quo tanta uirtus operata sit. ac per hoc inuestigandus est sensus, quia non otiose aliquid aut inprouide diuina loquitur scriptura. itaque duae partes sunt, quas singuli memorauerunt. deus enim quattuor generationes significauit, quae natae sunt in Aegypto; Moyses autem addens his unam, ex qua hae ortum acceperunt, cum intrassent in Aegyptum: quinta, inquit, generatione exierunt filii Israhel. generationem enim quae intrauit in Aegyptum, et quattuor quae illic natae sunt, simul conplexus est. nam Abraham usque ad exitum filiorum Israhel de Aegypto generationes sunt octo. ducentis enim quindecim annis a promissione facta Abrahae habitauerunt in Chanaan et ducentis quindecim in Aegypto.

2. Hi sunt anni quos conprehendit apostolus ad Gala-

2 cf. Gen. 15, 16 4. 12. 19 Ex. 13, 18 11 Gen. 15, 16

1 abraam *MB* 4 filiis *M*, (is *eras.*) *G* 9 dilengentibus *M* ac sedulis *P* acredulis *MC* ac credulis *N* ac••delis (*corr.* ac fidelis) *F* acrudelis *G*, (a *eras.*) *A* crudelis (*corr. m2* acredulis) *B* 10 reuelet (*corr.* reuellet) *C* 14 ac *om. M* 16 memorūnt *M* 18 hae] hae• *N* hebr(a)ei *X* acciperunt *FG* 19 geratione *M* exiuerunt (*corr.*) *C* filiis *M* (*corr.*), *C* 21 Abraham] ab abraham *N*, *sed cf. p. 10, 10* israhel] ihsrahel (h *pr. m2 uel 3 s. l.*) *M* israhel qua *C* 24 chanan *C* hannan *N* quindecem *M* 25 hii *CX* galathas *NG*

tas dicens: post quadringentos et triginta annos facta est lex. igitur hae quattuor generationes natae sunt in Chanaan, id est in Isaac una, altera in Iacob, tertia in Leui, quarta in Gedson et Caath et Merari. cum intrassent autem filii Israhel in Aegyptum, Caath genuit Ambram — haec est prima generatio facta in Aegypto —; Ambram autem genuit Aaron et Moysen et Mariam, quae est secunda facta generatio in Aegypto; et Aaron genuit Eleazer et fratres eius, quae est generatio tertia; Eleazer autem genuit Finees quarta generatione. hae sunt quattuor generationes procreatae in Aegypto. unde ait deus ad Abraham: peregrinum erit semen tuum, et seruitio oppriment eos; ego autem liberabo eos, quarta generatione exient inde. uide si non apertum est, quia non aliud significauit deus, quam quod gestum est in Aegypto. Moyses autem ut etiam illam generationem poneret, quae cum Iacob patre suo intrauit in Aegyptum, ex qua istae quattuor originem habent, dixit: quinta progenie exierunt filii Israhel de terra Aegypti.

XI. SI UIRI IUSTI UOLUNTAS BONA EST, QUID EST UT ISAAC NON ESAU QUEM UOLUIT, SED IACOB QUEM NOLUIT BENEDIX⟨ER⟩IT?

1. Iusti hominis, quantum ad conscientiam eius pertinet, uoluntas bona est; quantum autem ad praescientiam, inmunis

1 Gal. 3, 17 3 cf. Ex. 6, 16—25 11 cf. Gen. 15, 13. 16 17 Ex. 13, 18 19 cf. Gen. 27, 23. 27—29

1 annis *X* 3 chanan• *C* channan *N* in *pr. om. CF* 4 Gedson] gedeon *P*, (*corr. m4* gedŝon) *M*, *CNX* cath *C* 5 ambram (*corr.* amram) *MNG* amram *B* 6 aegyptum *NX* ambram (*corr.*) *MNG* abraham (*corr.* amram) *A* amram *B* 7 generatio facta *GA* facta (*corr.* facto) *M* 8 eliazerh *C* eliazer (*corr. m2 AB*) *X* 9 eliazer *FG* genuit autem *GA* 10 haec *M* 11 et (t *in ras.*) *M* 15 gerationes (*corr. m4*) *M* 16 aegypto *MCNX*, *sed cf. lin. 5* 17 quanta (*corr. m2*) *M* 19 iusti uiri *B* bona est uoluntas *GA* quid est ut] ut quid *P* ut *C* quare *NX* 20 benedixit quem noluit *N*, (uoluit *corr. m2 A*) *X* 21 benedixerit *scripsi*, benedixit *codd.* 22 iusti enim *P* nominis *P* homines *C* 23 autem] enim *N* praesentiam *X*

est ab aduersis. deus enim solus est, qui de futuris iudicat. ac per hoc Isaac iustus, quantum ad praesentem humanitatem dignum est, maiorem filium suum benedicendum magis putabat. sed deus, qui occultorum cognitor est, minorem benedictionem mereri ostendit, ut in benedictione non hominis ostenderet esse beneficium, sed dei esse, et quia officii dignitas est, non hominis meritum, quam dei sequitur benedictio. denique dictum est a deo in Numeris ad Moysen et Aaron sacerdotes: uos autem ponite nomen meum super filios Israhel; ego dominus benedicam eos, ut gratiam traditio per ministerium ordinati transfundat hominibus nec uoluntas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis.

2. Quanta autem dignitas sit ordinis sacerdotalis, hinc aduertamus. dictum est autem de nequissimo Caipha, interfectore saluatoris, inter cetera: hoc autem a semet ipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius, profetauit. per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi aut digni aut indigni, sed ordinationem traditionis, ut quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, ut officium ministerii exhibeat. dei autem est effectum tribuere benedictionis.

XII. QUARE ABRAHAM FIDEI SUAE SIGNUM CIRCUMCISIONEM ACCEPIT?

1. Si uelis aduertere, non incongruum uidebis quod putas diuersum esse a ratione. credens enim filium se habiturum, in quo omnes gentes benedicerentur et a quo sanctimonium exortandum erat, illa in parte signum accepit, per quam gene-

4 cf. Dan. 13, 42 8 Num. 6, 27 15 Ioh. 11, 51 22 cf. Gen. 17, 10. 11. Rom. 4, 11 25 cf. Gen. 18, 18

4 est cognitor *P* 6 esse et *scripsi*, et *P* esset *cet.* 8 autem *om. PCNX* 11 transfundat (a *alt. in ras.*) *M* 14 de nequissimo] deniquissime *CF* 17 profeta *N* 19 quam (*add. m2* uis *AB*) *X* 20 ministerii (i *quart. in ras. m2*) *M* 22 circumcisionis *CNX* 23 accipit *C* 24 auertere (*corr. m2 AB*) *X* 25 diuersam *C*

ratio fit filiorum et cessat, ut sanctior sit. sed si aliquibus deformatio uidetur, animaduertant Abraham in eo gauisum et filios eius hoc testimonio fuisse gloriosos. nam Achior utique unus ex principibus gentilium uidens tantam uirtutem esse in deo Abrahae, ut Olofernem ducem exercitus Assyriorum, cuius potentiam tota terra tremebat, proprio gladio manu feminae decollaret, sponte se circumcidit, arbitratus ex eo ipso dignitatem sibi quaesitam. nonne prae se fert, si quis pro nomine Christi oculum aut aliquod membrum amiserit? nonne partem ipsam humanis uultibus ingerit, ut appareat gloriosus? pro fide enim aliquid ad tempus amittere lucrum est facere.

2. Ita et Abraham fidei suae signum accipiens non deformatus est, sed melioratus. spiritaliter uero hoc significauit, quia nebula carnis circumcidi haberet a cordibus hominum per fidem Christi, quia carnalis error obstabat caliginem praestans humanis cordibus, ne cognoscerent creatorem. Abraham autem, quia promissus est ex semine eius futurus Christus, qui hanc caliginem abstergeret, ideo circumcisus est, quia filium credidit se habiturum, qui errorem hunc amputaret. iam uide, si non congrue illa in parte uel tale signum accepit.

XIII. SI IUDICIUM DEI IUSTUM EST, QUARE INFANTES IN SODOMIS SIMUL CUM PARENTIBUS CREMATI SUNT?

1. Ut nimis impium facinus Sodomitarum possit aduerti, peccatum eorum peruenit usque ad necem filiorum ipsorum, ne

3 cf. Iud. 14, 6 5 cf. Iud. 13, 10 21 cf. Ioh. 5, 30 22 cf. Gen. 19, 25

1 cessat ut] cessauit *M* sanctior] scI**tior (*pr.* i *m2 in ras.*) *M* 2 animaduertant] enim aduertant *C* gauisu (*add.* sus *s. l.*) *M* 3 testimonium *M*, *G* (*corr.*) gloriosus *MC* 5 oloforne̅ *M* oloferne *C* olifernum *F*, (*corr. m2*) *B* holofernum *GA* exercitu* (*corr.*) *C* 6 manus *P* 8 prefert se *NGA* 9 aut (ut *in ras.*) *M* nonne (ne *in ras.*) *M* 13 melioratus haberet *X* 14 haberet *om. X* 16 nec *C* abrahae, (e *in ras.*) *M*, *NX* abarchae *C* 19 sed habituru *M* iam non (*exp.* non) *M* 20 accipit *C* 22 sodomitis *X* 23 sodomitarum facinus *C* 24 peccata *GA*

de origine illorum signum aliquod remaneret. nonne prouisum est in illis, ne diu uiuentes exempla sequerentur patrum? a gehenna enim liberi sunt in aliena causa occisi. parentes enim tam pro se quam pro his rei sunt, quia, ut illorum opera oblitterarentur, omnis progenies ipsorum erasa est. nam si bonis parentum laeti sunt filii et quod commendentur praerogatiua eorum, sic et de morte, quae pro malis illorum infertur, queri non possunt, ut, quem ad modum participes in lucro sunt, sint et in damno. similiter et in Aegypto pro noxiis patrum plexi sunt filii, sed ut ad emendationem eorum proficeret, ut quia ex aliis causis dominum credere et uenerari, qui in Moyse erat, noluerunt, hac plaga territi confiterentur cum satisfactione, ne grauius hunc iratum sentirent.

2. Haec ergo mors filiorum crimen est patrum. quoquo enim modo filii debitum spiritum reddiderunt, futuri accusatores parentum, quia perfidiam suam nec sanguine filiorum uincere potuerunt, non ergo in futurum, sed ad praesens tempus mala parentum filios inuenerunt. nec qualecumque beneficium est gloriosum non esse, nec tamen reum? nam si quidam cum precibus enituntur in postremis positi ad fidem ueri accedere, ut, si non coronam, uel ueniam mereantur, quo modo poterunt hinc aliqui queri, cum quibus ita actum est, ut neque esset unde ignosci sibi precarentur, neque sublimes haberentur qui minime laborauerant? confers nunc unius momenti cruciatum ad multi temporis poenam; arbitrare etiam multos laborare et, quia perseuerare non possunt, non solum effectum laboris amittere, sed et poena multari; adde etiam, quia difficile de malis nati

21 cf. Iac. 1, 12

2 diu uiuentes] rediuiuentes *X* 3 occidi (*corr.*) *C* 4 ut] aut *M* 5 omnes (*corr. m2 AB*) *X* 6 et] eo *P* praerogatiuae *CNX* 7 eorum] ipsorum (*corr.*) *N* illorum] eorum *X* 8 queri] quem *C* 11 deum *PNX* 12 moysi *X* haec *C* 13 hunc] hanc (*corr. m2 AB*) *X* 14 quoquo] quod quod *M* quo *NX* 16 sanguinem (*corr.*) *N* 17 in *Bm2, om. cet.* 20 accidere *C*, (*corr.*) *N* 22 est actum *P* esse *C* 24 laborauerunt *M* nunc] nude *M*

et inter nequissimos educati uel conuersati mentem suam temperant ad disciplinam dei sequendam: uide ergo, si non magis bene actum est cum filiis perditorum.

XIIII. QUID EST UT DEUS, QUI IUSTUS PRAEDICATUR, PECCATA PATRUM FILIIS SE REDDERE PROMISERIT IN TERTIAM ET QUARTAM PROGENIEM?

1. Nihil iniuste dominum facere aut dicere qui dubitat insanus est. itaque si uerba domini non subprimantur, sed omnia quae ad eandem quaestionem pertinent, proponantur, lucebit quod obscurum uidetur et pium aestimabitur quod minime iustum putatur. qui enim uerba subprimit quaestionis aut inperitus est aut tergiuersator, qui calumniae magis studet quam doctrinae. porro autem repromisit quidem deus reddere se peccata patrum filiis, sed qui oderint eum, hoc est qui in paternis malis uersati seruiunt idolis, sicut et patres illorum. iste enim inimicus dei est, qui honorem nominis eius uindicat creaturae. sicut enim iustorum filii et ipsi iusti nobilitant in se genus iustitiae, dum et patrum et sua iustitia sublimantur, ita et nequissimorum et ipsi filii nequissimi crementum faciunt malitiae, quia et malorum filii sunt et nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum.

2. Cum terrore ergo locutus uidetur deus, sed uerum est, et hoc habet ratio. quis enim malum et mali hominis filium non duplici genere exsecretur, quo modo bonum et boni filium duplici merito censet honorandum? idcirco autem in tertiam et quartam progeniem reddere se promisit, ut si

5 cf. Ex. 20, 5

1 edocati *MC, N* (*corr.*), (*corr. Bm2*) *X* 4 qui *om. C* 5 se] sed *P, om. cet.* 7 deum *P* 8 subprimatur *N* 10 uidebitur *MCN*, (*corr. B*) *X* 11 subpremit *M* aut] et *N* 12 terrigiuersator (ri *eras.*) *M* tergi uersatur *C* terginersatur *N* studeat *P* 14 oderunt *PGA* 15 iuste (*corr.*) *N* 18 et *pr.*] ad *CNF*, (*corr. m2*) *A* 21 exempla sunt *C* 24 duplice *G*, (*corr. m2*) *A* 25 merito non *N* meritum (*corr. Am2Bm3*) *X* 26 quarta *M* reddere se promisit ut si *om. N*

post patrem malum filius non sequatur perfidiam patris, nepos autem aui in malis imitator existens sciat se non inmunem futurum a seueritate sententiae, aut si et nepos forte non aui, sed patris secutus uestigia testamentum diligat dei, non ignoret pronepos ad se usque peruenire sententiam, si aemulus sit proaui perfidiae.

3. Hac legis manifestatione deterreri uoluit deus impios patres, ut agnoscentes quantum mali pareret sectatio idolatriae uel adfectu filiorum reuocarentur ad reuerentiam creatoris, aut filii timentes, ne incurrerent peccata patrum, dei legi obtemperarent. illi autem adtendentes ad nequitiam aliter hoc interpretari coeperunt dicentes: patres manducauerunt uuam acerbam et dentes filiorum stupuerunt, ut securi de inpunitate, eo quod filiis ipsorum redderentur peccata, illi tamen neque spiritus neque carnis haberent pietatem — hinc dicitur eis, non 'morietur filius pro patre' neque 'pater pro filio', sed: anima quae peccat ipsa morietur — et addiscerent non inpune sibi futurum, sed sic reddi peccata patrum filiis, ut, quia impietatem parentum secuti mala, quae oblitteranda erant, exemplauerunt, acerbius puniantur.

4. Postquam ostendit deus quid mali pariat idolatria, addidit statim quae bona diligentes se sequantur dicens: et faciens misericordiam in milia milium his, qui diligunt me et custodiunt praecepta mea, ut bonum patris non usque ad pronepotem, sed usque in milia milium reddat. ut puta, si quis ex semine Dauid diligat dominum, quem constat utique porro ante mille annos fuisse, huic additur misericordia

4 cf. Ps. 77, 10 12 Ezech. 18, 2 17 Ezech. 18, 20 22 Ex. 20, 6

2 nepus *X* imitatur *CN*, (*corr. Am2Bm3*) *X* 3 imonem *C* 5 sentiam *C* sententia *FG* 7 haec *CNX* 9 adfectus *MCN*, (*B corr.*) *X* 10 ut *N* dei legi] dirigi *P* diligi *CNGA* dilegi *F* dilige (*add.* nt *s. l.*) *B* 13 aceruam *C* acerbum (*corr.*) *N* obstipuerunt *X* 15 hic *N* 16 pro filio pater *P* filio] filiis *N* 20 aceruius *N* (*corr. m2*), *X* aceruus *C*, (*corr. m. rec.* aceruius) *G* 23—25 his..... milium *om. X* 26 deum *P* 27 ante] autem *NF* aut *G* añ (ñ *in ras.*) *A* ante (nte *m3 in ras.*) *B*

dei, ut in necessitate duabus suffragantibus causis misericordiam accipere mereatur, quia et ipse dei cultor est et ex eius semine est, qui amauerit deum. et in hoc clementia dei laudabilis est, ut odio habentibus se usque in tertiam et quartam reddat progeniem et non in milia milium, ut si in quintam progeniem tractum fuerit malum, inde iterum caput habere incipiat, ut ex eo numeretur usque ad tertiam et quartam progeniem.

5. Sed dicet quis: 'auctori magis amplius reddendum iustum uidetur, quam imitatori.' in auctorem congrua datur uindicta, filiis autem quod plus dicit reddi, poena est patrum. et si quaeras, accessu legis peccatores plus fiunt rei, sicut et Lamech et post Lamech. quibusdam tamen uidetur sic reddita esse peccata patrum in filios, dum in captiuitatem ducti sunt causa patrum et fuerunt ibi usque ad quartam generationem. quod si uerum est, non solum odio habentibus se deus reddidit peccata patrum, sed et diligentibus nomen suum, quia et Danihel abductus est et tres pueri et Baruch et Ezechihel et Hesdra illic natus est. liquido ergo apparet illud conuenire propositae quaestioni, quod supra diximus.

XV. CUM IUSTUM PRAEDICET LEX ET HIC UERE IUSTUS SIT, QUI PLENAM HABET IUSTITIAM, CONTRA SOLOMON: 'NOLI,' AIT, 'ESSE IUSTUS MULTUM.'

Nimia iustitia incurrit peccatum, temperata uero iustitia facit perfectos. non enim sine malitia est qui multum est iustus, quia peccantibus ad singula si respondeas, non deerit ubi pecces. denique dei temperata iustitia est. peccantibus enim

12 cf. Gen. 4, 24 22 Eccle. 7, 17 (16)

2 est] eius *C* 3 qui] quia *N* clementiam *M* 5 reddet *N, X* (*corr. ABm2*) milia in (in *eras.*) *M* 6 quinta *F*, (*corr. m2*) *B* 8 dicit *PX* 11 accessub (*corr.*) *C* accessum *GA* 13 captiuitate *NX* 17 ezechiel *MX* ez • echihel *N* 19 propostę questione *M* dixi *M* 20 lex praedicet *NX* et hic .... iustitiam *om. NX* 22 ait noli *P* 24 perfectus *C* 26 dei temperata] item peccata *M*

aliquando ignoscit, aliquando irascitur, aliquando reddit non quantum digni sunt; suffert enim eos, ut sint qui proficiant. lex enim, quia se ipsam mollire non potest, a nobis mitiganda est, ut possit prodesse sub se agentibus. hic ergo iustus non est multum, qui dei imitator est.

XVI. QUARE ANGELUS, QUI IN UIA OCCIDERE UOLEBAT MOYSEN, CIRCUMCISIONE INFANTIS PACATUS EST?

1. Quod sine consilio Moyses fecerat apparentia comminantis angeli emendauit. denique uidens, quod per neglegentiam fuerat praetermissum, cessauit ab ira. idcirco ergo sic infestum angelum in se uidit Moyses et paratum ad uindictam, quia uiri sublimis culpa graue peccatum est. quanto enim persona eius suspicabilis est, tanto magis leue delictum eius acerbissimum est peccatum. pergebat itaque ad filios Israhel missus a deo Abrahae et signum iustitiae Abrahae non ferebat, in quo gloriari sciebat Iudaeos, ut aut ipse sollicitator diceretur aut non ab eodem deo missus, qui Abraham elegerat. in Madia enim habitans filios suos minime circumcidit, quos aut ducere secum ad Aegyptum non debuit, qui ceteros ibat inde educere, aut certe circumcisos adsumere, propter quae supra diximus.

2. Seffora ergo uxor Moysi, quod conpendio loquitur scriptura, non ignorans qua causa uiro suo infestus angelus uidebatur, accipiens circumcidit filium suum, et recessit angelus. ea enim ratione mitigata est ira, qua fuerat et accensa. nam aliquanta conpendio loquitur scriptura, quae subintellegi uult ex proposita ratione,

6 cf. Ex. 4, 24. 25

5 est *alt.*] est (*in ras.*) *M* 6 qui *om. NX* uolebat in uia moysen occidere *NX* 7 circumcisione infantis pacatus est *om. NX* peccatus *P* placatus *C* 9 emadauit *M* quod *om. X* (*add. Am2*) 10 ira] arida *P* i-ra *N* sicut *GA* infertum *C, N* (*corr.* infestum *et tum* infeitum), *X* (*corr.*) 12 uiris *GA* (*corr.*) 13 delictum eius] delictum est eius *X* (est *eras. G exp. A*) 15 abrahae *om. CNX* 17 eligerat *GA* madian *PN, Am2Bm2* 21 sephora *P* sepfora *Bm2* moysi uxor *P* 24 est *om. C* 25 ex proposita] exposita *N*

sicut et illud, quod saluator dicit inter cetera ad Iudaeos: quare et uos praeteritis mandatum dei, ut traditionem uestram statuatis? nam dixit deus: 'honora patrem et matrem' et: 'qui male dixerit patri aut matri, morte moriatur'. uos autem dicitis: 'quicumque dixerit patri aut matri: "omne munus quodcumque fuerit ex me, tibi proderit", et non honorauit patrem aut matrem suam'. sine dubio per conpendium hoc dixit saluator, ut subintellegatur sacerdotes Iudaeorum, dum auaritiae studerent, dei legem spreuisse; impia enim conspiratione consilium dederunt filiis, ut male dicentes patrem aut matrem quodcumque offerrent quasi donum deo, per quod data sententia in maledicos solueretur, unde securi facti filii contra dei praeceptum contemnebant parentes. ita et Moyses, cum infestum sibi uideret angelum, intellegens causam quid fieri deberet ostendit uxori, ut recederet ab eo angelus, qui eum quaerebat occidere. hoc subintellegitur in hac causa, sicut et illud quod supra diximus in sacerdotes.

XVII. QUID EST UT MALEDICTOS DICAT QUI NON RELIQUERINT SEMEN IN ISRAHEL, PER ESEIAM AUTEM NIHIL OBESSE DICAT SPADONIBUS, QUIA GENERARE NON POSSUNT?

1. Quoniam aliter quam datum erat intellegi coeperat, idcirco Eseias profeta ostendit postea quo sensu dictum esset. cum enim hoc ex causa offensi dei sententiae loco positum esset, quia deserentes deum in eo percutiebantur, ne ducentes uxores semen relinquerent, sic hoc arripuit error humanus,

2 Matth. 15, 3—6 19 cf. Ex. 23, 26 cf. Deut. 7, 14 20 cf. Esai. 56, 4. 5

1 cetera] cera *M* 3 et *om. M* tuum *ante* et *add. CNX* 4 maledixerint *C* aut] uel *X* mortem *M* 7 honorificauit *P* 12 offerent *X* (*corr. m2 AB*) 13 unde] un et *M* 14 condempnebant *C* sibi uiderit *M* uideret sibi *GA* 19 maledictus *C* 20 relinquerit *C* reliquerit *F*, (*corr. m3*) *B* 27 semen— *M* reliquerent *C* relinquerint *G*

ut putarent reos esse apud deum, si qui aut uxores nollent aut accipientes, ut adsolet, generare non possent, quasi nihil aliud quam semen quaereret deus, sicut arguuntur per Malachiam profetam. Eseias ergo, ut consolaretur eos quos mala intellegentia contristauerat, docuit nihil obesse, si quis aut non posset habere filios aut nollet, dum modo dei legem seruaret. maledictum enim illis conpetebat, qui cum possent ac uellent, diuino obstante iudicio steriles erant, ne fructum haberent creationis dei, quem spernebant, ut cum uiderent aut generare se non posse aut genitos minime possidere, cognoscerent indignantis dei iram esse et conuersi satis facerent.

2. Nam et sancti uiri, cum cupidi essent filiorum et non id obtinerent, aestimabant peccata obstare et dolebant ignorantes dei esse prouidentiam, cui seruabantur. denique ad dei procurationem et Anna concepit et peperit Samuhelem et Helisabeth Iohannem et uxor Manoe Sampson. spiritalis tamen intellegentia in hac causa ista est, ut maledicti habeantur qui non reliquerint semen, quod uideat dominum, id est 'qui non inbuerit aut filium aut seruum aut proximum, qui dei timorem doceat super terram'.

XVIII. QUARE SAUL PECCANS PETIT ORARI PRO SE, UT IGNOSCERETUR EI, ET INPETRARE NON POTUIT, DAUID AUTEM PECCANS POSTULAUIT ET UENIAM CONSECUTUS EST?

1. Dei iudicium retractari non conuenit; nam humana inbecillitas adque inperitia dei se debet iudicio erudire, in quo non sapit,

3 cf. Mal. 2, 15 15 cf. I Reg. 1, 20 cf. Luc. 1, 24. 57 16 cf. Iudd. 13, 5. 24 19 cf. Ps. 33, 12 20 cf. I Reg. 15, 24—31 22 cf. II Reg. 12, 13

2 possunt *C* (*corr.*), *N* 4 ergo] autem *GA* 5 constristauerat (*corr.*; i *est s. l.*) *M* constrauerat *X* aut] autem (*corr.*) *M* 7 ac] aut *N* 9 sperabant *MN*, *X* (*corr. Am2 mg.*) 10 posse *N* cognoscerent (*corr.* cognosceret) *N* 11 cum uersi *C* 16 manue *PNX* 17 non *om. F*, (*add. m2 s. l.*) *B* relinquerint *C* reliquerunt *X* 18 deum *P* 20 orare *C* 21 ut ignosceretur ei *om. NX* 22 Dauid ... consecutus est *om. NX* 25 erudire] eridere *F* inherere erudire *G*, *A* (erudire *ex* erudere) subdere (*m3 in ras.*) *B*

ut ex sententia dei intellegat ueritatem et nihil aliud fieri debuisse, quam quod uidet fecisse dominum, quem scit acceptorem personarum non esse. si enim Dauid precem suscepit et Saul refutauit, nihil aduersum sentiendum est dominum fecisse. sciens enim qua mente locutus uterque est, eius petitionem accepit, quem uidit tribulato corde ueniam postulare; illum autem despexit, quia animum eius paenitentiae non tetigerat dolor, quia deus cordis auditor est magis quam uocis. hinc dictum est: homo uidet in facie, deus autem in corde. ideo et fallimur, quia simulatio in uerbis et uultu circumuenit nos; in corde enim quid sit, uidere non possumus.

2. Quam ob rem dei iudicium sequi nos oportet, qui secundum cor, in quo unius cuiusque sententia est, examinat singulos. hoc etiam inuenimus et saluatorem fecisse. scribam enim se offerentem non suscepit, sedentem autem Leui ad teloneum ciebat, quia uerba scribae non secutum est cor, Leui autem tacens hoc in corde habebat, quod scriba in uerbis. Iesus autem, qui iuxta quod scriptum est sciebat quid esset in homine, Leui elegit. praeterea Dauid non alium pro se uoluit humiliari sicut Saul, sed ipse supplex tribulato corde ueniam precabatur.

XVIIII. QUAERENDUM SI ADAM FACTUS CORPUS INMORTALE HABUIT AN MORTALE.

Deus hominem fecit, qui quam diu non peccaret inmortalitate uigeret, ut ipse sibi auctor esset aut ad uitam aut ad

2 cf. Act. 10, 34 6. 20 cf. Ps. 50, 19 9 I Reg. 16, 7 14 cf. Matth. 8, 19. 20 15 cf. Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. 28 18 Ioh. 2, 25

2 uidit *C* deum *P* personarum acceptorem *P* 3 suscipit *C* 4 reputauit *C* deum *P* 6 accipit *C* 7 dispexit *N, X* (*corr. m2 B*) 8 auditor est cordis *P* audit (*corr. m3*) *M* quam *om.* (*add. m3 s. l.*) *M* 9 uidit *C* faciem *CX* 10 et fallimur] exfallimur *NF* expellimur *G, A* (*corr.*) et nos fallimur (t *in ras. et* nos *s. l. m2* [?]) *B* 11 uideri *M* 14 enim *om. X* 15 suscipit *C* toloneum *MC* teleoneum (e *tert. s. l.*) *F* telonium (*corr. m2*) *AB* ciebat *scripsi* sciebat *PM* suscepit *CNX* 16 scribae *om. P* 17 qui] quia *M* 19 pro se] posse *N* 20 suplex *M* 21 quęrendam *C add.* est *NX* 22 inmortali *C* 24 uigiret *C*

1. Nulli dubium est bona omnia a deo esse, mala autem quae dixit nobis mala sunt, dum uindicatur de nobis. poena enim quamuis iuste inferatur, patienti tamen mala uidetur. nam et per profetam ad peccatores loquitur deus dicens: faciam uobis mala, id est 'poenis uos agam'. uita autem et mors sic a deo est, quia legem dedit, quae seruantibus se uitam promittit, contemptoribus uero mortem, sed illam quae secunda dicitur. dum enim unum quemque adiudicat quid mereatur, ab ipso est siue absolutio ad uitam siue reatus ad mortem. non ergo inuentor mortis est, sed iudex, quia mortis auctor peccatum est. quo modo ergo deus poterat facere mortem, qui nescit peccare? sed cum peccatis retribuit, ab ipso dicta est esse mors, cum non ex ipso sit, sed ex hoc qui peccauit.

2. Eadem ratione paupertas et diuitiae a deo sunt. quidam enim habentes timorem dei luxuriam spernunt, uitam prodigam fugiunt, ab egeno uel paupere oculum non auertunt: huius modi crementum faciunt bonorum. scriptum est enim in Prouerbiis: paupertatem et ignobilitatem aufert disciplina. at hi autem qui timorem dei non habent, solutius uiuentes et egenum despicientes, sicut scriptum est, in inopia erunt, non solum

3 Sap. 1, 13 4 Eccli. 11, 14 6 cf. Iac. 1, 17 9 Hier. 18, 11 12 cf. Apoc. 2, 11 etc. 15 cf. Rom. 6, 23 21 cf. Eccli. 4, 4. 5 23 Prou. 13, 18

1 his—loquitur *om. C* 4 et *pr.*] et in *GA* uitae (*exp.* e) *N* 7 ..dum *M* uindicantur *X* 8 inferantur *X* 10 uobis] uos *X* id est] uel *P* 13 unum] unum quem (quem *eras.*) *M* iudicat *P* audicat *M* 14 ab] ad *M* 15 ergo] enim *N* que *C* 16 mortem (r *in ras.*) *C* 17 dum *P* dicto *C* 18 sed] sed et *N* 20 prodignam (*corr.*) *M* 21 enago *M* 23 aufret *M* discipline (*corr.*) *C* at] ad *MC* hii *PCX* 24 sollertius *P* 25 dispicientes *CNX* in *M om. cet.* inopiae *CNX*

neclegentes et inprouidi circa se, uerum etiam contemptores datae legis. hoc modo facit deus pauperes et diuites, quia, dum offensio legis parit egestatem, a deo fieri dicitur auctore legis et, cum aliqui terrore disciplinam legis custodiunt, a deo auctore legis diuites fiunt.

XXXV. QUA RATIONE DAUID SAUL, POSTQUAM DEUS AB EO RECESSIT, CHRISTUM DOMINI UOCAT ET DEFERT EI?

Non nescius Dauid diuinam esse traditionem in officio ordinis regalis idcirco Saul in eadem adhuc traditione positum honorificat, ne deo iniuriam facere uideretur, qui his ordinibus honorem decreuit. dei enim imaginem habet rex, sicut et episcopus Christi. quam diu ergo in ea traditione est, honorandus est, si non propter se, uel propter ordinem. unde apostolus: omnibus, inquit, potestatibus sublimioribus subditi estote. non est enim potestas nisi a deo; quae enim sunt, a deo ordinatae sunt. hinc est unde gentilem, in potestate tamen positum, honorificamus, licet ipse indignus sit, qui dei ordinem tenens gratias agit diabolo. potestas enim exigit, quia meretur honorem. nam ideo Pharaoni futurae famis somnium reuelatum est et Nabuchodonosor aliis secum adstantibus solus filium dei uidit in camino ignis non utique merito suo, qui in idolo se adorari uoluit, sed merito ordinis regalis.

6 cf. I Reg. 26, 16. 17 9 cf. Rom. 13, 1 12 cf. Rom. 13, 4 15 Rom. 13, 1 20 cf. Gen. 41, 1—7 21 cf. Dan. 3, 92 (25) 23 cf. Dan. 3, 5

1 non contemptores *P* 3 auctore legis] actor elegis *C* 4 aliquit(d) errore *X* 7 recesserit *N* 8 defert ei] defertes *C* differt ei *NX* 11 qui *om. C* 12 et *om. GA* 13 ergo] enim *N* 17 quae] quia *C* 19 indignum *M* 20 exegit *C, N (corr.), X* quia] qua *Engelbrecht* 21 nabocodonosor *C* nabochodonosor *NFB* 22 solum (*corr.*) *C* 23 adorare *NX*

XXXVI. SI 'ANIMA QUAE PECCAT IPSA MORIETUR', QUID EST UT ACHAR FILIUS CHARMI PECCAUERIT ET XXXVI UIRI OCCISI SUNT IN CAUSA EIUS?

Alio sensu scriptura locuta est quam propositum est. non enim de hac morte quae communis utique omnibus est dixit, sed de illa quae appellatur secunda. haec enim peccatores suscipit, illis autem qui in pugna mortui sunt non peccatum Achar redditum est, sed obfuit illis, ne protectione diuina adiuti inualescerent hostibus. nec enim causa Achar infirmati sunt, sed dei auxilio minime muniti, ut, dum fortiter facere nequeunt, occiderentur. nam pauci fuerunt contra multos, unde et superati noscuntur. nulla ergo iniustitia in uoluntate dei est. in potestate enim habet, si adiutare uult, ut si adfuerit, misericors sit, si noluerit, iustus; nec enim talibus debitor est, ut teneatur obnoxius. hinc est enim quod Iesu Naue contristatus scidit uestimenta sua intellegens non sine causa dominum auxilium suum subtraxisse.

XXXVII. QUID EST UT MISSA MORS IN IACOB UENERIT IN ISRAHEL, CUM IACOB IPSE DICTUS SIT ISRAHEL?

1. Unius populi duo nomina posuit, ut ex nominibus merita eorum possint intellegi. nam utique qui Israhel cognominatus est prius Iacob dicebatur. conluctans enim cum saluatore intellexit deum esse, quem in specie corporis uidebat, ideoque appellatus est 'homo uidens deum'. populum ergo, quem Iacob nuncupat, hoc loco et in hac causa carnalem significat, quo modo nomina quae natis a parentibus inponuntur. sed hi, id est Iudaei, propter mala opera non Israhelitae dicti sunt, quia

1 Ezech. 18, 20 2 cf. Ios. 7, 1. 5 6 cf. Apoc. 2, 11 etc. 18 cf. Esai. 9, 8 22 cf. Gen. 32, 24—32

2 agar *NX* carmi *NX* 3 uiginti *P* XXVI *MCNX* 4 alios sensus *C* qua *C* 5 mor (*eras.*) morte *C* 7 suscepit *X* 8 agar *NX* 13 adiuuare *GA* 15 enim *om. PCNX* iesus *P* hiesu *G* hie•su *A* 16 dominum] a domino *CNX* 17 suum *om. M* 22 cum luctatus *X* 23 in *om. NX* 26 hii *CX* 27 dictae *FB*

uaccis et lucis sacrificabant in Samaria studio et imperio Hieroboam regis. ille autem populus, qui in Hierosolymis in templo domini hostias offerebant per sacerdotes dei, Israhel appellatus est. Samaria ergo propter impietatem suam tradita est captiuitati et morti, Hierusalem autem reseruata est, propter quod habuerit reges diligentes deum. adubi autem et ipsa Hierusalem impietatem secuta est Samariae, sententia illam conprehendit data in Samariam.

2. Ideo ergo dictum est: misit deus mortem in Iacob — id est in populum Samariae, qui carnaliter conuersatus est. sicut supra diximus — et uenit in Israhel, hoc est in populum Hierusalem, quia idolatriam secuta est imitata Samariam. ut simili modo abduceretur in captiuitatem a Nabuchodonossor, sicut et Samaria a Salmanassar rege Assyriorum. hoc est aperte: sententia data malis inuenit et bonos, dum desierunt esse iusti. missa enim mors in Iacob, sicut supra ostensum est, peruenit in Israhel non praetermittens Samariam; sed dum causa, qua missa est in Samariam, inuenta est et in Hierusalem, missa illuc uenit etiam in eum locum, in quo eadem res erat, quia uindicta causam sequitur, non discernens personam.

XXXVIII. SI EQUUS ET MULUS NON HABENT INTELLECTUM, QUANTO MAGIS TERRA RES SINE SENSU? QUID EST ERGO UT DICATUR TERRA BENEDICERE DEUM?

Non est sic intellegendum ut sonant uerba. opus est enim. quod licet mutum sit, clamare dicitur laudem creatoris; hor-

1 cf. IIII Reg. 17, 16 4 cf. IIII Reg. 18, 9—11 9 Esai. 9, (7) 8 21 cf. Ps. 31, 9 23 cf. Dan. 3, 74 25 cf. Ps. 144, 10

1 uaccis *C* 2 ioroboam *P* hierosolyma *P* hierusolimis *CF'* 3 offerebat *P* offerebant (*corr.* offerebat) *C* 6 at ubi *PNX* 7 sententię *M* 8 samaria *GA* 12 secuta est imitata Samariam *om. add. mg. M* 13 nabuchodonosor *PA* nabocodonosor *C* nabochodonosor *NFB* nabuchodonor *G* 14 salmanasar *NX* assiriorum *CNGA* asyriorum *FB* 15 haec *P* dat (*corr. m2* data) *NA* mal-s (o *s. ras.*) *C* ..et *M* dum] quidam *C* 16 desiuerunt *C*, (*corr. m2* desiuerint) *N*, *X* 17 seddum (eddum *in ras.*) *M* 18 causam *N* missa] ipsa *C* samariam (*corr.* samaria) *C* 19 missam *C* in *alt. om. CNX* 22 terrę *C* quid—deum *om. P* 25 sic *CNX* dicatur *P*

tatur enim aspicientes se benedicere opificem, sicut et omne uas bene conpositum laudat artificem, quippe cum legatur in Psalmis: numquid confitebitur tibi, ait, puluis aut adnuntiabit ueritatem tuam? in omni ergo insensata substantia non uoluntas, quae utique nulla est, sed opera benedicunt auctorem. si autem spiritaliter uis hoc accipere, terram hominem significatum intellege secundum dictum profetae — memento, enim ait, domine, quoniam terra sumus —, quem opera creaturae in laudem conditoris sui prorumpere exhortatur.

XXXVIIII. QUID EST QUOD LEGITUR IN SOLOMONE: 'SPES EST', INQUIT, 'IN TENEBRIS; MELIOR EST CANIS LEONE MORTUO'?

Tenebrae gentilitatem et ignorantiam significant. spem ergo in gentili esse quam in apostata, uult intellegi per id quod subiecit dicens: melior est canis leone mortuo, quia sicut leo omnibus feris fortior est, ita et Christianitas omnibus sectis. si quis ergo ab hac destiterit, amittit salutem, ita ut deterior gentili sit. potest enim fieri ut credat gentilis et adquirat salutem, quam perdidit apostata. ac, si non credat, peior est apostata, quia deterius est amisisse salutem, quam non habuisse. 'canem' autem 'gentilem' significatum saluator ostendit dicens: non licet accipere panem filiorum et mittere canibus.

XL. QUID EST QUOD DICIT PROFETA: 'LAETARE STERILIS, QUAE NON PARIS, ABRUMPE ET EXCLAMA, QUAE NON PARTURIS, QUIA MULTI FILII DESERTAE MAGIS QUAM EIUS QUAE HABET UIRUM'?

Quoniam filii Hierusalem terrenae apostatarunt a deo, non potest huic gaudium adscribi, sed maeror. ad obprobrium ergo

3 Ps. 29, 10 8 Ps. 102, 14 11 Eccle. 9, 4 15 Eccle. 9, 4 22 Matth. 15, 26. Marc. 7, 27 28 Esai. 54, 1 (Gal. 4, 27)

3 ait] aut *P om. X* 4 adnuntiauit *C* 11 canis] uiuus *add. X* 15 canis] uiuus *add. GA* 16 rectis *M* 18 gentili *GA* gentile *cet.* 19 ac—apostata *om. M* 24 erumpe *NA* 27 terrae *X* apostauerunt *N* (*corr.* apostatauerunt), *X* 28 describi *N* discribi *X* sed] et (*corr.* set) *C*

huius Hierusalem profeta illam superiorem Hierusalem laetari debere dicit, quam apostolus matrem nostram appellat, quia sine gemitu et doloribus multo plures filios habet, quam haec quae cum lacrimis generat carnaliter — Iudaeos utique —, illa autem Christianos per fidem spiritaliter, quam ideo desertam dicit, quia ipsa est uita, quam deseruit Adam primus et secutus est mortem. cum regenerantur ergo homines, reuertuntur ad eam, quam deseruerant, uitam. haec uita Christus est, quia ipse dixit: ego sum uita. est et deus pater uita, quia ait dominus: sicut habet pater uitam, ita dedit filio uitam. sine dubio et spiritus sanctus uita est dicente domino: quia de meo, inquit, accipiet. de uita itaque qui accepit, uita est. tres ergo sunt una uita. haec est uita, per cuius fidem regeneramur. ipsa est mater nostra, sicut et in Genesi legimus: quia ipsa est, inquit, — id est uita — mater omnium uiuorum. qui sunt qui uiuunt, nisi qui credunt?

XLI. AN SPIRITUS, QUI SUPER AQUAS FEREBATUR, SANCTUS SPIRITUS INTELLEGATUR, QUIA DICTUM EST: 'SPIRITUS DEI FEREBATUR SUPER AQUAM'.

1. Si ideo a quibusdam sanctus spiritus putatur, quia dei spiritus esse legitur, inualida et inanis adsertio est. non solum enim ordo hoc non patitur et ratio abnuet, sed et uerba ipsa

2 cf. Gal. 4, 26 6 cf. Gen. 3, 20 9 Ioh. 14, 6 10 Ioh. 5, 26 12 Ioh. 16, 15 14 cf. I Petr. 1, 3 15 Gen. 3, 20 19 Gen. 1, 2

1 laetare *F*, (*corr. m2*) *B* 5 desertum *C* 6 ipse *GA* 7 regeneratur *M* 8 deseruant (*corr.* deseruerant) *M* est Christus *C* 9 uita *alt.*] uita* *C* *uita *N* 12 accepit] accipit *NX* 15 legitur *P* ipse *M* (*corr.*), *X* inquit id est] inquit dñe *P* inquid *C* id est] in id est *NX* 17 ferebatur super aquas *P* ferabatur *C* 19 aquas *NX* 20 *ante* si *add. Nmg* uidetur hic errasse in ista sententia; non est accipiendum quod dixit *glossema antiquissimum* (*uide etiam l.* 21) (*partim excisum*), *X* et *post* ideo *add. NX* a *om. MX* spiritus sanctus *CNX* 21 esse spiritus *P* inanis et inualida *P* solum] *add.* uitatur hic errasse in ista sententia non accipiendo quid dixit *C* 22 abnuet *tempus praesens* (*cf. Thes. Ling. Lat.* abnueo)] abnuit *P* ipsa.... *N*

infirma probantur ad causam istam adstruendam. nam his uerbis frequenter aliud inuenimus significatum in lege; inter cetera enim ait dominus deus: non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia sunt caro. et in subiectis: sed deleam, inquit, omnia ab homine usque ad pecus, propterea quia diluuium facturus erat super terram. numquid hic spiritus sanctus potest intellegi? nonne de animabus locutus est? nam non solum nostrae animae spiritus dicuntur, sed et pecorum. sic enim scriptum est: et mortua est omnis caro in aqua, in qua erat spiritus uitae et in Ezechiel profeta sic dictum est, dum de reformatione hominum promittit dicens deus: haec dicit dominus ossibus istis: extendam super uos cutem et dabo in uobis spiritum meum, et uiuetis. numquid de sancto spiritu locutus est et non de anima?

2. Omnia quidem caelestia spiritus sunt, sed differunt ab inuicem, et deus spiritus est, sed longe aliter. omnis itaque spiritus dei est; non tamen deus est, nisi spiritus qui de ipso est, cuius significatio haec est ut 'sanctus' dicatur. nam et homines filii dei uocantur et Christus dicitur filius dei; sed interuallum est, quia hic uerus est, illi adoptiui. sic et inter spiritum dei diuersitas est. spiritus enim sanctus de deo est, consubstantiuus ei; reliqui uero spiritus dei esse dicuntur, sed creatura sunt. sed nec ordinis est ut spiritus sanctus ferri super aquas intellegatur, cum super aquas spiritalem creaturam esse tradat ratio, et quae super se habeat potiorem alteram creaturam, quia creatura a creatura

3 Gen. 6, 3 4 Gen. 6, 7 9 cf. Gen. 7, 21. 22 12 Ezech. 37, 5. 6 17 cf. Ioh. 4, 24 et II Cor. 3, 17 20 cf. Matth. 4, 3 etc. 21 cf. Eph. 1, 5 etc.

3 permanebis (*corr.*) *N* 4 quia] que. (*corr.* qui) *C* 6 hic *om.* *X* 10 iezechiele *P* ezechihel *N*, *B* (h *alt. exp.*) 11 formatione *M* 12 dominus] *add.* deus *N* 18 est *pr.*] misericordiam et *P* 19 haec] hoc *P* 20 dicitur] deus *C* 21 dei (*in ras.*) *C* deus (*corr.* dei) *N* ille *X* adoptiuis (*corr.*) *C* adoptiuus *X* 22 dei] et spiritum dei *add.* *P* 24 sed nec ordinis—aquas intellegatur *om.* *NX* ut] et *C* (*corr.*) 26 tradatur *C*

differt claritate. quicquid enim prope sedem dei acceditur, clariora sunt ministeria. unde dicit Raphahel angelus inter cetera: ego sum, inquit, unus ex septem angelis sanctis, qui adstamus et conuersamus ante maiestatem dei.

XLII. CUR ANGELUS MISSUS LOQUI AD MOYSEN IN IGNE ET RUBO APPARUIT IN MONTE?

Deus excelsus est; dignum ergo fuit ut in alto appareret, in loco qui uicinus est caelo. et quia ignis semper superiora adpetit sursum crescendo ad caelum, in eo debuit caelorum dominus adparere, qui de humo ad superna contendit. in rubo uero causa fecit ut appareret delictorum. quia enim peccatorum causa legem descenderat dare, spinae autem in peccatis significantur — quia sustinui, inquit, ut faceret uuam, fecit autem spinas — et lex non statim uindicare uenerat, sed prius ostendere, ideo ignis rubum non conbussit, id est data lex non fecit reos de praeterito peccatores. nam quia et peccata non sunt de natura, sed ex accidenti, rubi, id est spinarum materia non habet radicem spinis armatam. ratione ergo factum est, ut ita dominus appareret Moysi.

XLIII. CUM SCIAMUS ABRAHAM PROHIBITUM A DEO NE FILIUM SUUM IMMOLARET, QUARE IEPTHAE, CUM FILIAM SUAM LIBARET, NON EST PROHIBITUS, SED HUMANO SANGUINE DEO UOTUM EXSOLUIT?

1. Multum interuallum est inter causam Abrahae et Iepthae. primum quidem Abraham legitime natus est, Iepthae uero

1 cf. I Cor. 15, 41 3 Tob. 12, 15 5 cf. Ex. 3, 1. 2 13 Esai. 5, 2 20 cf. Gen. 22, 12 21 cf. Iudd. 11, 39

1 *ante* claritate *add.* a *M*, *C* (*in ras.*), *NFB add.* in *GA* acciditur *MC*, *N* (*corr.* accenditur), *FB* 2 raphael *P* rafahel *X* 4 ..uersamur (*add.* con *s. l.*) *C* 6 in *ante* rubo *add. N* 7 apparet *X* in *om. P* 10 de.. *M* 12 discenderat *C*, *N* (*corr.*), *FG* 13 sustenui *CF* facerent (*corr.*) *N* 14 autem *om. M* 15 conbusit *CB* combusit *N* cubusit *F* data est *C* 16 facit *M* nam (n *in ras.*) *C* 17 accedenti *X* rubus *PC* 19 dominus *om. P* 25 quidem *om. C* habrahae *M*

spurius; erat enim filius meretricis. deinde Abraham conuersationis optimae, Iepthae autem princeps latronum. Abraham uir iustus et in temptatione probatus; in Iepthae enim nullum iustitiae testimonium.

2. Abrahae itaque praeceptum est, ut filium suum deo offerret et ut ostenderet hominibus quantum deo crederet Abraham, qui nec filium suum iubente eo dubitauit occidere. qui enim contra mundi spem nasci eum potuit facere de sterili et anicula, non fuit ambiguum quod contra mundi rationem posset eum resuscitare a mortuis. hoc facto cumulatus est iustitia Abraham. ostendit enim deus, quia non sanguinem pueri poposcerat, sed ut famulus suus Abraham hoc facto auctior fieret. diligentes enim se aliquid pati uult, ut iuste illos promouere uideatur.

3. Nam Iepthae homo facinerosus et inprouidus stulta deuotione munus deo promisit dicens: quicquid mihi redeunti a caede occurrerit ante ostia domus meae, hoc offeram deo. numquid coactus deuouit aut numquid intellexit quo modo deberet uotum facere? quid enim si canis illi aut asinus occurrisset, quod deus offerri prohibuit. aut si filius alienus, aut si uxor, ut in dolore alieno exultans redderet uotum? idcirco inprouidae menti quod in alienam perniciem deuouerat, in illum ipsum iudicio diuino retortum est. et usque adeo insensatus fuit Iepthae, ut nec postea stulte se deuouisse cognosceret, ut error eius, qui ab ipso coeperat, per ipsum et emendaretur. intellegere enim debuit deum non tali sacrificio delectari et rogare pro stultitia sua

1 cf. Iudd. 11, 1 2 cf. Iudd. 11, 3 5 cf. Gen. 22, 2 15 Iudd. 11, 31 19 cf. Deut. 23, 18 (19)

3 in temptatione] in tentione (*corr.* tẽtatione) *C* interpr(a)etatione *GA* 5 offeret *MCF* 6 ut *om. PCNX* ostenderetur *P* de deo *P* 7 non (*eras.*) dubitauit *N* 8 anic.la *M* 9 possit *M* 10 comulatus *MCF* 11 poposceret *C* 12 auctor *NX* 13 promoueri *NFB* 14 facinerosus *PCNX* 15 deuotionem unus *M* nouit nemonus quam *C* 16 a caede] caedi *C* 19 offeri (*corr.*) *N* offerre *X* 20 aut *ali.*] aut (*corr.* ut) *C* si *alt. om. M* alterius *P* 21 inprouide *CF*, (*corr. m2* inprouida) *G* 23 est *om. M* 24 quia *P* 25 et *om. CNX*

et aliud offerre quod contra legem non esset. sed fidelem se praestitit fatuus parricidam, cum constet fidem stultam non solum minime prodesse, sed obesse. in casu itaque filiae suae ipse mactatus est, unde et deus a tali sacrificio dissimulauit. si enim hoc prohibuisset, aliud offerre sibi illum uoluisse uideretur, cum sciret ut indignum non debere illum offerre. filia autem eius lucrum fecit, quia innocens in malis patris mortua poena caruit inferi, quod diu forte uiuendo adipisci nequisset.

4. Ut autem triumphus uictoriae Iepthae prosequeretur, non meritum eius fecit neque populi; nec enim legitur supplices illos fuisse deo, ut daret eis defensorem. aut numquid ipsum Iepthae deus misit aut adlocutus est? sed quia allofili deos suos laudabant, quasi qui subiectos illis facerent filios Israhel, uituperantes deum Abrahae, idcirco propter honorem nominis sui deus uindicauit in allofilos, si non propter istos, uel propter meritum Abrahae et suum culmen. aut numquid, quia spiritus domini insiluit in Sampson meretricantem, dignus dicetur, cum hoc factum intellegatur ad allofilorum perniciem?

XLIIII. ADUERSUS IUDAEOS.

1. Scriptum est in Eseia profeta: domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus. sed forte dicant Iudaei: 'domus dei, id est synagoga, omnibus patet.' nec renitimur, ita tamen ut, sicut semper, circumcisi applicentur ad

17 cf. Iudd. 15, 14 etc. 21 Esai. 56, 7.

2 parricida *PNX* 8 causa *PNX* 4 mactatus (ta *partim eras.*) *M* mactus (*corr. m2*) *B* 7 patriis (*corr.*) *N* 8 inferri *P* inferni *GA* nequiuisset *P* 10 fecit] fecerit (*corr.*) *N om. X* 12 allofilli *M* 13 quas siqui (*corr.*) *C* illis deum suum *P* 17 insiliit *PCN* samson *P* samsaan (*corr.*) *M* samson *CNX* meritricantem *MN* 18 dicetur] dignetur *C* dicitur *NX* 20 aduersum *NX* 21 est *om. CNX* 23 remitetur (?) (*corr.* remitemur) *M* 24 ita tamen] itaĩ (*corr. add.* ta *s. l.*) *C* sicut *om. N* applicantur *M*

legem. lex enim eorum est qui iussi sunt more Abrahae circumcidi. nihil ergo nouum hoc exemplo profetae poterit uideri, quia ex quacumque gente quis ueniens non est prohibitus adiungere se legi ab exordio Iudaismi. nihil nouum a profeta dictum poterit aestimari; immo superflue, si semper admissi sunt seruire gentiles deo Abrahae nec aliquando prohibiti inueniuntur. et uerum est, quia subicientes se legi numquam non suscepti probantur. si igitur haec ita sunt, superflue uidetur admonuisse profeta, quod semel traditum custoditum est semper.

2. Et aliquis tam hebes poterit inueniri. qui dicat tantum profetam rem superfluam et inanem locutum? nescio cui hoc tutum sit uel audire et non prohibere. nam cum Iudaicus utique populus propter peccata, quae in dominum delinquebant ab idolis suffragia requirentes, a profetis saepe correpti paenitentiae iter ingredi nollent, ut reuerterentur ad deum, ad exprobrationem illorum domum suam deus aperturum se omnibus gentibus ad orandum significauit, ut abdicatis Iudaeis alios in loco illorum positurum se ostenderet. nam si semper admissae sunt gentes ad legem, sicut supra dictum est, quo modo hoc profeta dicebat futurum, nisi quia aliud significauit quam praeceptum erat prius? non enim posset dicere de re quae cottidie fiebat, quia futura erat. unde manifestum est istud ad necem proficere Iudaeorum, quibus ostendit profeta, quod alii his amotis uocandi essent ad recepturum donum gratiae dei, quod promissum fuerat Iudaeis.

3. Quid sit autem promissum, Eseias profeta docet dicens:

1 enim *om.* *NX* 2 poterit] uoluit *GA* 3 uidere *N* 4 adiungens *C* adiungeri *N* (*corr.*), *F* adiungi *GA* iudaisma *C* iudaismo *NX* 6 prohibiti (i *ult. eras.*) *M* 7 muniuntur *N* (*corr.*). *X* 8 non *om.* *P* prohibebantur *P* 10 habes *MG* haebets (*corr.* hebets) *C* inuenire *M* dicati (- *eras.*) *M* 12 hoc *om.* *NX* totum *codd.* probire (*corr.* proibere) *C* 13 deum *PNX* 16 deus] dicitur *C* 17 apertorum *C*, *N* (*corr.*), *F* orandum] adorandum *GA* 21 quam] quod *N* 22 possit *X* dicere de re] dici reddere *C* 25 percepturum *P* 27 prophete *M*

ueniet ex Sion qui eripiet et auertat impietatem ab Iacob; et hoc illis a me testamentum. igitur hoc testamentum abolitio peccatorum est. hoc est enim testamentum nouum. quod promissum est per Hieremiam dicentem: ecce uenient dies, dicit dominus, et consummabo domui Israhel et domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus illorum in die, qua adprehendi manum illorum, ut educerem illos de terra Aegypti, quia ipsi non permanserunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit dominus. haec est praeuaricatio illorum: quando simulacrum uituli fecerunt, tunc testamentum corruperunt. unde et tabulae in quibus data lex fuerat, sub monte confractae sunt ex eo quod grauia praecepta meruerunt accipere.

4. Sed quia clemens et misericors deus est, promisit per profetas mutare se legem, ut aliud testamentum daret, quod differret ab eo quod dederat prius. ut non solum quod graue erat mutaretur, sed et illa quae in figura data erant, id est sabbatum et circumcisio, ut, quia diu pressi erant, per omnia releuati supplices deo gratias agerent. et quia in praeuaricatione paterna durantes animos ab idolis auertere noluerunt, gentes cum residuis, qui fidem seruauerunt, testamento frui, quod futurum dixerat, contestatur, ut duplici modo grauati excruciarentur perfidi Iudaei; et ad tempus enim grauati sunt praeceptis et in futurum congruas poenas exsoluent, quia neque in ueteri neque in nouo testamento fideles inuenti sunt.

5. Nouum ergo testamentum dare se dixit, ut cessaret uetus,

1 Esai. 59, 20. 21 (Rom. 11, 26. 27) 4 Hier. 38 (31), 31. 32 (Hebr. 8, 8. 9) 11 cf. Ex. 32, 4 12 cf. Ex. 32, 19


3 est *pr. om. CNX* enim *om. CNX* 4 hieremiam prophetę *M* 5 ueniant *C* 11 uituli simulacrum *C* 12 corruperunt] eiorruperunt *F* eius corruperunt *B* 13 data est *C* 15 est deus *P* 16 se mutare *GA* 17 differet *CG* dederat] deerat *G*, (*corr.*) *A* 18 erat *NX* 20 releuati *M* 22 testamentum *NX* 23 grauiti *M* 25 praecepti sed *C* exsoluant *GA* 27 ergo *om. GA*

legem. lex enim eorum est qui iussi sunt
circumcidi. nihil ergo nouum hoc exemplo pr
uideri, quia ex quacumque gente quis ueniens
bitus adiungere se legi ab exordio Iudaismi.
profeta dictum poterit aestimari; immo superfl
admissi sunt seruire gentiles deo Abrahae nec aliq
inueniuntur. et uerum est, quia subicientes se
non suscepti probantur. si igitur haec ita sunt, s
admonuisse profeta, quod semel traditum custodi

2. Et aliquis tam hebes poterit inueniri.
tum profetam rem superfluam et inanem l
cui hoc tutum sit uel audire et non prohil
Iudaicus utique populus propter peccata, qu
delinquebant ab idolis suffragia requirentes,
correpti paenitentiae iter ingredi nollent.
ad deum, ad exprobrationem illorum dom
aperturum se omnibus gentibus ad orandu
abdicatis Iudaeis alios in loco illorum positur
nam si semper admissae sunt gentes ad leg
dictum est, quo modo hoc profeta dicebat fo
aliud significauit quam praeceptum erat p
posset dicere de re quae cottidie fiebat, q
unde manifestum est istud ad necem prof
quibus ostendit profeta, quod alii his amoti
ad recepturum donum gratiae dei, quod p
Iudaeis.

3. Quid sit autem promissum, Eseias prof

1 enim *om. NX* 2 poterit] uoluit *GA* 3 uider
adiungeri *N* (*corr.*), *F* adiungi *GA* iudaisma *C* iu
hibiti (i *ult. eras.*) *M* 7 muniuntur *N* (*corr.*), *X*
hibebantur *P* 10 habes *MG* haebets (*corr.* hebe
dicati (- *eras.*) *M* 12 hoc *om. NX* totum co
proibere) *C* 13 deum *PNX* 16 deus] dicitur *C*
(*corr.*), *F* orandum] adorandum *GA* 21 quas
sit *X* dicere de re] dici reddere *C* 25 per
phete *M*



Enoch, ut transferretur,
solus inuentus est iustus
umcisus est, iustificatus
m deo, et reputatum
is est, ut signum esset in
filium se habiturum. non
ham, sed fides. ideoque
onem, ut filii sint Abrahae
his non est opus circum-
l credidit Abraham. Iudaei
. ut fidei Abrahae signum
ii eius secundum carnem
i eius et in iustificationem.
tentis eum qui inpotens sit,
enim dignitosi filium esse
icisio carnis nullius meriti
s per Hieremiam profetam
si non fuerint circumcisi
qui circumcisi corde prae-
sine cordis circumcisione
umcisi sunt carne, genus
. nam qui circumcisi sunt
lum fidem, quia circumcisi
entur parentem. quid ergo
si fides defuerit in Iudaeo, ad

2 cf. Gen. 7, 1 4 Gen. 15, 6

r.), *B* 2 inuentus] seruandus *M*
ergo] enim *N* 9 *alt.* circum-
ircumdi *M* signum non (non
C sed] non (*m2 in ras.*) *C*
dignitosi] dignitas si *P* digitosi
dignito *G* dignato (*corr.* dignito
nam] non *G*, (*exp.*) *A* merit *M*
ndignetur *C* 20 quia nemo] qui-
umcisio] cisio *M* si] n (*eras.*) *N*

quod datum erat patribus. ac per hoc qui in hoc testamento seruit deo, neque sabbatum neque neumenias neque circumcisionem custodit nec escarum discretiones, sed tantum dei habet timorem in fide, quia non ex lege iustificatur. sed ex fide dicente Abacuc profeta: quia iustus ex fide mea uiuet, ut non utique iam multis utatur praeceptis ad deum promerendum, sed paucis, Eseia iterum de hoc sensu eadem dicente; ait enim: si fuerit numerus filiorum Israhel tamquam harena maris, reliqui eorum salui fient. uerbum enim consummans et breuians in aequitatem, quia uerbum breuiatum faciet deus in uniuerso orbe. reliquis, qui in fide promissionis perseuerauerunt ceteris diffidentibus, breuiatum legis uerbum ostendit, hoc est nouum testamentum quod promisit. quod non aliter testamentum diceretur. nisi simili modo etiam hoc sanguinis testimonio firmaretur. sicut et testamentum uetus, ut nomen unum utriusque, sed in ueteri multa, in nouo autem pauca sint praecepta. sicut promisit, ut, quia Abraham patrem multarum gentium futurum dixerat, eodem modo iustificarentur filii. sicut fuerat iustificatus et pater, ut cessantibus quae post fidem Abrahae coeperant suscipientes fidem, per quam iustificatus est idem Abraham, filii essent Abrahae, sicut dictum est a domino. quod quidem nec mirum nec inauditum est, ut sine cura sabbati et circumcisione et reliquis huius modi mandatis iustificentur homines.

5 Hab. 2, 4 (Rom. 1, 17 etc.) 8 Esai. 10, 22. 23 (Rom. 9. 27. 28) 18 cf. Gen. 17, 4 22 cf. Ioh. 8, 37

1 testamento hoc *P* 2 numenias *M* neuminias *CF* 6 iam non (non *eras.*) *N* uitatur (*corr.*) *C* 8 filiorum] populi *P* 9 harrena *M* arena *CNGA* reliqui *M*, (*add.* ę *s. l.*) *C* reliqui(a)e *cet.* salui *MC* saluae *cet.* 10 (a)equitate *PGA* 11 breuiatum faciet uerbum *P* 12 perseuerarunt *M* perseuerant *X* defidentibus *CNFB* 15 simili modo] simili mudo *N* similitudo *X* testimonii *CNX* 16 ut] et *GA* nomen] nouum *M* 17 sunt *M* sint (*corr. m2* sunt) *CA* 18 quia *in ras. N* multarum] daret *G*, (*exp.* dar) *A* 19 sicuti *CX* 23 nec mirum] nimirum *NX* curra *M* 24 reliqui (r *in ras.*) *M*

6. Nec enim per hoc placuit deo Enoch, ut transferretur, neque Noe haec seruando in diluuio solus inuentus est iustus neque ipse Abraham, postquam circumcisus est, iustificatus est: credidit, enim inquit, Abraham deo, et reputatum est ei ad iustitiam. tunc circumcisus est, ut signum esset in eo, quia credidit, cum senior esset, filium se habiturum. non ergo circumcisio commendat Abraham, sed fides. ideoque credentibus sufficit fides ad iustificationem, ut filii sint Abrahae in fide, non in circumcisione, quia his non est opus circumcisione. non enim hoc creditur, quod credidit Abraham. Iudaei autem idcirco iussi sunt circumcidi, ut fidei Abrahae signum haberent, non suae fidei, sed ut filii eius secundum carnem scirentur: si autem credant, erunt filii eius et in iustificationem.

7. Quid enim prodest dici filium potentis eum qui inpotens sit, nisi quia magis obest? dedecus est enim dignitosi filium esse sine honore. nam in tantum circumcisio carnis nullius meriti est, ut uindicaturum se dicat deus per Hieremiam profetam in omnes circumcisos praeputia, si non fuerint circumcisi corde. illis autem non indignatur, qui circumcisi corde praeputiati sunt carne, quia nemo sine cordis circumcisione placuit deo. quicumque ergo circumcisi sunt carne, genus significant Abrahae iuxta carnem; nam qui circumcisi sunt corde, genus significant dei secundum fidem, quia circumcisi omni mundano errore deum profitentur parentem. quid ergo prodest carnis circumcisio, quando, si fides defuerit in Iudaeo, ad

1 cf. Gen. 5, 24. Hebr. 11, 5 2 cf. Gen. 7, 1 4 Gen. 15, 6 (Rom. 4, 3 etc.) 17 cf. Hier. 4, 4

1 enoch *C* transferetur *MC, A (corr.), B* 2 inuentus] seruandus *M* 4 deo abraham *GA* 5 ei *om. C* 7 ergo] enim *N* 9 *alt.* circumcisione (*corr.* circumcisionis) *C* 11 circumdi *M* signum non (non *eras.*) *C* 12 non] sed (*m2 in ras.*) *C* sed] non (*m2 in ras.*) *C* 13 iustificatione *GA* 15 estenim *M* dignitosi] dignitas si *P* digitosi (*corr. add.* n *s. l.*) *M* dignito si *CFB* dignito *G* dignato (*corr.* dignito *m1, tunc corr. m2*) *A* 16 honorem *M* nam] non *G*, (*exp.*) *A* merit *M* 18 fuerit *M* fuerunt (*corr.*) *N* 19 indignetur *C* 20 quia nemo] quianimo *C* 24 omni] sunt *C* 25 circumcisio] cisio *M* si] n (*eras.*) *N*

meritum Abrahae peruenire non poterit? aut quid obest praeputium, cum nemo, nisi qui aemulus fuerit fidei Abrahae, peruenit ad iustitiam eius?

8. Superflue igitur gloriantur de carnis circumcisione, cum uideant illam apud deum meritum non habere. et si, sicut est ostensum, melius est fidem habere quam circumcisionem. meliores sunt gentes Iudaeis, quia isti fidem habent, Iudaei circumcisionem. et quos, putas, magis agnoscat filios Abraham: qui iuxta carnem similes illi sunt, aut qui in fide? sed Abrahae fides testimonium perhibet, ac per hoc non in carne, sed in fide gloriatur. ideoque istos in filios suscipit, quos uidet imitatores esse gloriae suae. quo modo enim illos potest filios appellare, quibus uidet abhorrere unde placuit deo et iustificatus est? non ergo filios hos, sed inimicos poterit iudicare. inuidi enim eius uidentur spernentes fidem, per quam glorificatus est.

9. Nec mirum si Iudaei diffidentes deprehendantur minime suscipientes nouum testamentum, cum sciamus illos nec in ueteri fuisse fideles. semper enim contra deum rebelles et contumeliosi fuerunt, unde talia praecepta acceperunt, per quae ceruices illorum, quae inflexibiles erant, premerentur. numquam enim bona de deo sperare uoluerunt, cuius tanta beneficia et uirtutes tam mirandas agnouerant. hinc est unde inter cetera dicit Ezechihel profeta: leuaui manum meam inter eos in deserto, ut dispergerentur inter gentes et disseminarentur in regionibus, eo quod iustificationes meas non fecerunt et praecepta mea reppulerunt; et in subiectis: et ego dedi illis praecepta non bona et iustificationes, in quibus non uiuent in

23 Ezech. 20, 23. 24 27 Ezech. 20, 25

2 qui] per *P* quia *C* (*corr.*), *A* 5 et—habere *om. P* 7 iusti *P* 8 et *om. C* 9 qui in fide] utique *C* 11 fide] corde *N* gloriantur *P, G* (*corr.*) ideoque istos *om. C* in *om. N* suscepit *MNX* 12 potest illos *P* 15 iustificatus *P* 19 talia] et alia *P* acceperunt *X* 22 agnouerunt (*corr.*) *C* 23 iezechihel *P* ezechiel *CNX* 28 iustificationes] meas *add. C*

eis. ostendit qua causa data sint illis praecepta tanta et tam aspera, ut, quia ingrati tantis bonis exstiterunt dictante iustitia. praeceptis seuerioribus premerentur. idcirco enim 'non bona' ea dixit, cum iusta sint, quia non illis ad iustificationem proficiebant, sed ad exitum, et poena, licet digne inlata, patienti tamen bona non est. post haec tamen, quia pius est deus. nouum testamentum daturum se promisit, in quo adbreuiatio facta legis iustificaret credentes, sicut iustificatus est Abraham, ut cessantibus neumeniis et sabbato et circumcisione et ceteris praeceptis — non quae naturalis legis sunt, id est homicidium. adulterium et talia — ita iustificarentur, sicut et Abraham. renouata enim fide Abrahae omnia uoluit cessare, ut tale tempus esset, quale fuerat quando credidit Abraham.

10. Sed forte dicant Iudaei: 'si ea, quae a Moyse data sunt, cessare dicta sunt per adbreuiationem legis, numquid circumcisio a Moyse data est ut cesset? ac per hoc signum patris nostri habemus, quia sumus filii Abrahae, quod propter testimonium generis cessare non debet'. tempore quidem suo seruanda fuit circumcisio, id est, antequam nouum testamentum daretur. quod promissum erat. adubi autem dei gratia praestante onera legis cessare iussa sunt, quid opus est circumcidi? idcirco autem noua lex data est, id est spiritalis, ut cessarent carnalia et suscipientes eam signum eius acciperent, ut, sicut in ueteri Abrahae signum habuerunt, ex quo coepit testamentum uetus. ita et in nouo signum habeant saluatoris, qui noui testamenti

22 cf. Rom. 7, 14

1 quia *X* (*corr. GA*) 2 ingratis *C* (*corr.*) *B* (*corr. m2*) dictant et (nt *eras. et dub.*) *C* 3 senioribus *P* seuerioribus (*corr.* seuioribus *m2*) *C* seuioribus *N* enim *om. CNX* 5 exitum (*corr.* exitium) *Am1Bm2* p(o)enam *GA* 7 se... *N* 9 cessentibus (*corr.*) *M* numeniis *M* neomeniis *CX* 11 et adulterium *GA* sicut et] ut *P* ut et *N* 12 fidem *FB* 13 qualis *NFB* 14 a Moyse] a moysen *M* moysi *X* 16 nostri• *C* 20 at ubi *P*, (at *eras.*) *N*, *X* adubi (*corr.* at) *C* autem *eras. C* 21 censare (*corr. m. rec.*) *M* 23 acceperunt *N* 24 abarchae *CX* 25 habeat *M* nouo (*corr.*) *M*

constitutor est. quem ad modum enim ex Habraham Hebrei dicti sunt, sic et ex Christo Christiani dicuntur. quicumque ergo adhuc Hebrei dicuntur, nouum testamentum quod promisit deus non receperunt beneficium et misericordiam dei in irritam deducentes, qui populum suum iam hominis nomine nolens censeri sub filii sui nomine constituere illos dignatus est.

11. Qua igitur audacia dicunt Iudaei non nostra nos lege uti, sed sua, cum dicat Dauid: confitebor tibi in gentibus et iterum: epulamini, gentes, cum populo eius? et ad Hieremiam profetam dicit dominus: prius quam te formarem in utero, noui te; et ante quam exires de uulua, sanctificaui te et profetam in gentibus posui te. Iudaismus certe proprias habet significationes; aut enim populus iste in Iacob significatur aut in Samaria aut in Hierusalem aut in Iuda aut in Israhel. de gentibus autem apertum est quia aliter illos significat, quam sunt Iudaei.

12. Noster ergo profeta est Hieremias. quamuis enim in omnibus profetis gentes participes doni sui ostenderit deus, ad Hieremiam tamen specialiter dicit, quia nobis illum dedit profetam. hic enim nouum testamentum futurum significauit, quod plus gentibus proficeret quam Iudaeis, quod nunc declaratum uidetur. cum enim in uniuersa terra noui testamenti sit praedicatio, tam raro et difficile Iudaeus fidelis inuenitur, ut omnes ecclesiae noui testamenti gentium nominentur, sicut dictum erat in Osee profeta: uocabo non plebem meam plebem meam et non dilectam dilectam. repulsis ergo Iudaeis conuocat gentes ea misericordiae gratia.

8 Ps. 17, 50. 56, 10 9 Ps. 46, 2 (?). 116, 1 (?) 10 Hier. 1, 5 25 Rom. 9, 25. cf. Os. 2, 23

1 constitor *M* 2 sicut *F*, (*exp.* ut) *B* ex] ∘ *M* 5 non *ante* hominis *N* hominibus (*corr.*) *M* 7 quia *PMG* auditia *M* dicit *C* 8 gentibus in gentibus (*eras.* in gentibus) *C* 11 quã∘∘∘ *M* 12 sanctificauit *M* 18 particeps *M* ostenderet *N* (*corr.*), *GA* dꝰ *M* 23 et] aut *N* (*corr.*) ut *X* (*corr. A* aut) iudęis *C* iudaeos *FB* fideles *C* 24 nominetur *M* 25 osę *C* oseꝰ (∘ *dub.*) *N* ose *F* 27 repul∘sis *M* misericordia *CNX* et *ante* gratia *add. NX* gratię *M*

qua dignatus est uocare et Abraham. nec enim Abraham non uocatus cognouit dominum. itaque qui dignatus est Abraham, idem ipse dignatus et gentes.

13. Cur ergo dicunt: 'nostra est lex,' cum manifestum sit donum dei omnium esse uolentium? cesset itaque ista usurpationis temeritas, quia gratia dei communis est omnibus. quo namque pudore negant Christum nostrum in lege promissum, cum uideant omnia signa in eo, quae lex futura praedixit? quia et secundum Abrahae promissionem omnes gentes iustificantur in eum credentes et secundum Eseiae profetiam de uirgine natus est in Bethleem ex tribu Iuda. sicut fuit promissum, ex semine Dauid et, iuxta quod Hieremias profetauit, nouum testamentum, quod deus futurum promiserat, praedicauit et post omnia signa uirtutum ostensa humiliauit se secundum dicta profetarum et omnia, quae praedicta sunt, passus tertia die resurrexit, quem ad modum scriptum est in profeta.

14. Et si tempus promissionis requirant, sicut Danihelo profetae ostensum est, inuenient inpletum tempore quo natus et passus est Christus, quia a tempore primi anni Darii regis Persarum usque ad natiuitatem et passionem domini et excidium Hierusalem, quod factum est per Uespasianum imperii Romani principem, inpletae sunt ebdomadae LXX, qui sunt anni CCCCXC, qui conputus per regna et per successores imperii manifestus est, quo modo etiam a Tertulliano conputatum inuenitur in libro, quem scripsit aduersus

5 cf. Ioh. 4, 10 9 cf. Gen. 22, 18 11 cf. Esai. 7, 14 12 cf. Esai. 9, 7 (6) 13 cf. Hier. 38 (31), 31. 32 15 cf. Esai. 53, 3 etc. 17 cf. Dan. 9, 24 25 cf. Tert. adu. Iud. 8

1 uocare dignatus est *PNF* 4 cur] cum *A* cur (r *m2 in ras.*) *B* 5 domum (*corr.*) *M*, *A* dōnum (˙ *eras.*) *G* ista ista (*alt. eras.*) *N* iusta *X* 10 esaiam prophetam *GA* 11 bethlem *CFA* betlem *N* 13 profetauit] propheta ut *X* (*corr. A*) 14 ostensa *M* 15 quae *om. C* 17 danielo *P* danihel *M* 18 propheta *MCNX* tempus (t *in ras.*) *N* 19 a *GA om. cet.* 20 ad *om. CNX* 21 et excidium] exercituum *X* uespassianum *CAB* uespasionem *N* 22 romani (r *in ras.*) *M* 23 qui—CCCCXC *om. P* cōputus (u *alt. in ras.*) *M* conputus *NX* 24 tertuliano *MCNFB* 25 compotatum *CNFG*

Iudaeos, quod ne ad iniuriam eius proficeret, quia recte conputauit, praetermisimus.

15. Et quis ambigat de hoc numero, cum trecenti circiter anni nunc super hunc numerum inueniantur? inpudentis ergo est post tantum superadditum numerum aduentui saluatoris dicere: 'non uenit'; sub apostolis enim aut tempore ipso, quo agebat dominus inter homines, se poterat occultare malitia contradicens ueritati, ut, cum omnia signa promissi Christi uideret in saluatorem, de tempore tamen ambigere se diceret, ut perfidiam suam celaret. post autem, cum super promissum numerum supercrescere multi anni coeperunt, quae inpudentia est negare uenisse, quod etiam et signis et temporibus adinpletum scitur! nam quando aliquid plenum est et non superabundat, potest contentiosus aliquis dicere non esse plenum; nam si superabundet, clauditur os contentioso.

16. Ita et Iudaei tempore saluatoris potuerunt dicere, licet per fallaciam, non bene conputatum a Darii tempore usque ad dominum Christum, ut ipse dicatur esse qui promissus est. fallimur enim in annis et mensibus et diebus imperatorum et ad liquidum non collegimus. adubi autem creuerunt tempora super numerum praescriptum annorum promissi Christi, nulla potest praetendi excusatio, ut non ipse esse Christus dicatur, qui uenit, nisi, quod absit, mentitus dicatur esse qui promisit.

1 ad iniuriam] aiuriam (iu *in ras.*) *M* 2 compotauit *CNG* 3 cum] quod *N* tricenti *CN* 4 nunc* *C* inpotentis *C* 5 super aditum *FB* aduentu (*add.* i *s. l.*) *M* 6 tempore ipso] temperei pro *C* temporei pro *N*, (*corr. A* tempore pro) *X* 7 agabat *M* poterat se *P* 8 ueritaque *M* 9 saluatorem *P, M* (*corr.* saluatore), *CNX* (*cf. Study of Ambrst. p. 110*) tamem *M* 10 se diceret] seddiceret (*corr.* sed eiceret) *C* se dicere *X* 12 negare (nega *in ras.*) *M* 14 superabundant *M* contentiosus aliquis dicere potest *P* aliquid *X* 15 superhabundat *CGA* clauditor *NF* contensioso *M* 16 licet *om. P* 17 a *om. C* 18 dicatum (*corr.*) *C* esse pro (*exp.* pro) *M* 19 anis *M* in *ante* mensibus *add. M* 20 ad liquidum] alliquidum *M* colligimus *CGA* adubi] at ubi *PNX* 21 perscriptum *C* promissum *P* promissa *NX* 22 ipse*** *N* esse *om. M* 23 mentitur *C* esse *om.* (*add.*) *C* promisit—tempus *om.* (*add. m2 mg.*) *M*

quando enim tempus promissionis emensum est et negatur uenisse qui promissus est, quid aliud quam mendacii arguitur qui promisit? sed ueracem esse qui promisit signa omnia docent, quae praedicta sunt et reperta in Christo noscuntur. Iudaei autem, dum emendare erubescunt, non cogitant futurum iudicium. nihil enim peius est, quam si neget quis uerum esse. quod intellegit non esse mendacium.

XLV. DE IMAGINE.

1. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem et similitudinem nostram. hoc quibusdam ex alia parte lectionis intellegendum esse uidetur, ex hac uidelicet, in qua legimus dixisse deum: uenite, descendamus et confundamus linguas eorum, quia, quantum in superficie uidetur, simile est; unius enim uox est plurali numero loquentis, sed discrepat sensu, quia et dissimilis ratio est. illic enim de creando homine dicit, quem ad imaginem et similitudinem suam deus uult creari. illud autem quod dicit: uenite, descendamus et confundamus linguas eorum, ad hoc pertinet, ne se intellegerent homines; unde ad angelos potest uideri locutus deus, quasi imperator ad exercitum. communiter enim dixit, quia facturus erat per illos, utpote creator illorum, ac per hoc: confundamus, inquit, linguas eorum. nam cum dicit: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, non potest dici angelis locutus, quia non potest dici una esse imago dei et angelorum, sicut imperatoris et comitum, quia quorum imago una est, non potest dissimilis esse dignitas uel

9. 22 Gen. 1, 26 12. 17. 22 Gen. 11, 7

4 et] ut *X* 5 emendare] *om. P* emendari *C* emendari *NX* erubescant *C* 6 iudicium—quod *om. NX* 7 intelligit (t *alt. eras.*) *N* 8 IMAGINE *add.* DEI *P* 9 inquit *om. M* 14 est uox *P* 19 ad] et *C om. X* 21 utpute *N* (*corr.* utpite), *X* 22 confundamur *A* (*corr.*), *B* 25 imperatorum *X* 26 est una *C* una est *om. NX* potes *M* uel] et *X*

natura. denique adiecit: et fecit, inquit, deus hominem; ad imaginem dei fecit eum, ut deus dixerit et deus fecerit, non alter deus aut differens, sed idem deus.

2. Quod enim unus ad unum dixit, non aliam naturam significauit, sed personam. cum enim deus unus sit, tres tamen personae sunt; et ideo unus est deus, quia, siue in filio siue in sancto spiritu, dei unius substantia est, quia non potest non hoc esse, quod de ipso est, quod ipse est. dei ergo patris persona est dicentis: faciamus; filii uero facientis hominem ad imaginem dei; siue ad patris siue ad suam, nihil interest, quia utriusque una imago est. fecit ergo filius per spiritum sanctum. sicut enim pater per filium dicitur facere, ita et filius per sanctum spiritum ipso dicente: quia ego in spiritu dei eicio daemonia. igitur una trium imago est, quia, siue pater siue filius siue sanctus spiritus, unus est deus. ac per hoc unus factus est homo ad unius dei imaginem. in eo autem imago dei est homo, ut, sicut unus est deus in caelis, ex quo omnia subsistunt spiritalia, ita unus esset in terris homo, ex quo ceteri haberent carnalem originem.

3. Aliquibus tamen uidetur, quia in dominatione imago dei factus est homo, quia dixit: et dominetur piscium maris et uolatilium caeli et totius terrae, cum non solum uiro, sed et mulieri ista cernantur subiecta, quam constat dei imaginem non habere. quod quidem duplici modo caret ratione; per hoc enim neque ad filium dixisse deus adseritur: faciamus hominem ad imaginem et simili-

1 Gen. 1, 27 9 Gen. 1, 26 13 Matth. 12, 28 21 Gen. 1, 28 26 Gen. 1, 26

1 deus inquit *P* 2 et] ut *M* 3 aliter *PB* defferens (*corr.*) *F* deferens *GA* 4 significat *P* 5 unum *P* 7 spiritu sancto *CGA* 8 ipso] ipsa *C* 9 faciam *C* fili *C*, (*corr.*) *F* 11 una *om. C* 12 sita *N* 13 spiritum sanctum *GA* ego] inquit *add. P* 14 eiecio *CF* una *om. N* 15 sps scs *PCNX* 17 deus *om. M* 19 et ceteri *X* carnale *C* 21 dei] dei est (*corr.*) *C* homo quia] quia homo *C* dominentur *X* 25 ratio *X* 26 et] ad *C*

tudinem nostram, sed ad dominationes caelestes, quas apostolus memorat, si imaginem dei homo in dominatione habet, et mulieri datur, ut et ipsa imago dei sit, quod absurdum est. quo modo enim potest de muliere dici, quia imago dei est, quam constat dominio uiri subiectam et nullam auctoritatem habere? nec docere enim potest nec testis esse neque fidem dicere nec iudicare: quanto magis imperare!

XLVI. DE SAMUHELE.

1. Sunt quidam inter nos, qui partim negotiis saecularibus occupati, partim minus studiosi circa sacras scripturas, errorem patiuntur putantes Samuhelem sacerdotem fuisse, id est, ex Aaron habere originem, ex cuius progenie constituit dominus deus nasci, non fieri sacerdotes. nec alicui praeter filios eius concessum est, ut poneret in altare incensum. ex quibus aliqui plus errantes negant quidem Samuhelem de genere fuisse Aaron, hoc est, non illum dicunt natum sacerdotem, et nihilo minus sacerdotio illum adserunt functum. quibus prius respondendum est. peius est enim negare Samuhelem natum fuisse sacerdotem et tamen adserere functum illum esse sacerdotio, quam dicere sacerdotem illum fuisse ex filiis Aaron. hic enim ignorantia est, illic stultitia. cum enim didicerint, qui illum putant natum sacerdotem, ex filiis Aaron non esse, manifestum habebunt non illum fuisse sacerdotem ignari, quia non licuit agere alicui sacerdotium, nisi ei qui esset ex semine Aaron. conpertum enim habent; manifestum est enim, quia Chore, cum non esset ex filiis Aaron et uoluisset super altare inpo-

1 cf. Col. 1, 16. Eph. 1, 21 13 cf. Ex. 28, 1 26 cf. Num. 16, 18. 32. 33

2 memorati *C* dominationem *NX* 3 absordidum (*corr.* absordum) *C* 4 quomodo—est *om.* (*add. inf. mg.*) *C* mulieri *C* 5 sub-iectam *M* 7 nec] neque *CNX* impetrare *X* 9 quidem *NX* 10 partem *F, A* (*corr.*) 11 sacerdotum *M* 15 errant et *M* 17 primis *P* 18 enim *om. CNX* 21 est *om. X* dicerint *X* 22 non esse ex filiis Aaron *P* 23 habebant *C*

nere incensum, hiatu terrae absumptus est cum sociis suis. et Ozias rex, cum non utique esset ex semine Aaron, sed ex tribu Iuda, et praesumpsisset agere sacerdotium, stans ante altare percussus lepra in fronte est et sic exspirauit.

2. Illi autem, qui dicunt Samuhelem non natum esse sacerdotem et nihilo minus egisse illum adserunt sacerdotium. satis stultum est quod dicunt. et stulto suadere quod bonum est, laboris est maximi. quanta enim hebetudine ducuntur, ut sole apparente super terram dicant quia nox est! cum enim legant et non uno loco legant hoc a deo esse decretum, ut nemo auderet sacerdotium agere praeter Aaron et filios eius. obstinata mente contendunt sacerdotem fuisse Samuhelem. non enim intellegunt, quia si natus sacerdos non est Samuhel et sacerdotium egit, praesumptor dicitur, quia hoc deus statuit. ut nascerentur, non fierent sacerdotes. et de Samuhele hoc sentire puto tutum non esse. quo modo enim posset fieri, ut uir laudabilis et dei testimonio commendatus hoc ageret, quod inconcessum sciebat? cuius etiam praesumptionis uindictam pro certo habebat semel et iterum factam. nec enim dei iudicio poterat ad hoc adspirare, quem inmutabilem sciebat; a quo, si forte hoc audisset, temptari se potius credidisset sciendo deum nullo modo sententiam suam posse rescindere. posset enim magis sub dei apparentia et nomine id agi secum credere, ut circumueniretur a parte aduersa, quam iudicium suum deum posse mutare.

3. Denique cum Balaam prohibitus esset a deo, ne iret ad Balac.

2 cf. II Par. 26, 16—21 26 cf. Num. 22, 12—30

1 assumptus *P* adsumptus *NB* 2 utique cum non *P* uti.que *M* 5 natum] mentum (*corr.*) *M* 8 habetudine *M* dicuntur *M* (*corr. m2*), *X* (*corr. Am2*) 9 aparénte *X* (*corr. Am2*) 10 decretum] dicere decretum *CNX* 12 obtinata (*corr.*) *M* 13 si (i *in ras.*) *M* 14 et] . *C* hoc *om. X* 16 totum *C, X* (*corr. Am2*) . totum (*corr.*) *N* 18 incessum *M*, (*corr.*) *F* uindicta *NGF* 19 semel] samuhel *NX* non *X* iudicium *N* 22 dominum *P* 24 circum ueneretur *CF* a parte] aperte *M* 26 balaham *NGA* balaac *X*

et postea iterum requisisset, an iret, indignatus ei deus exemplo asinae corripuit eum, quia prohibentem angelum uidens asina coeptum iter implere nolebat. Balaam uero prohibente deo, ne iret, iterum interrogans, an ire illum uellet, sic de deo quasi de homine iudicauit, qui per id, quod inpraescius est, uarius et mutabilis est. sed Balaam nullo diuino testimonio commendatur — erat enim ariolus —, Samuhel autem uir deo carus et iudiciorum eius sciens fixam esse sententiam, quo modo aliud fieri debere crederet, quam sciebat a deo esse constitutum?

4. 'Sed Heli', inquiunt, 'mortuo et filiis eius sacerdotibus Samuhel coepit agere sacerdotium': quod nec lectio docet nec ratio ammittit. hoc enim dicentes nullum putant tunc fuisse, qui ageret sacerdotium, ut his tribus mortuis, nisi Samuhel populi munera obtulisset, sacerdotium agi desisset; quae adseueratio dei est inimica. his enim deus inprouidus iudicatur; quasi nescius enim id statuit, quod permanere non possit. ut quid enim nulli alii quam filiis Aaron sacerdotium agere usque in saeculum statuit, hoc est usque ad tempora aduentus Christi. si hoc deficere sciebat? si autem nescit — quod absit! — inprouidus fuit; et ideo potest, ut Samuhel fuerit illis deficientibus sacerdos. si autem prouidus et praescius deus est, permansit quod statuit; et si permansit quod statuit, Samuhel non egit sacerdotium, quia de non erant sacerdotes. in uateri lege nasci decreuit deus sacerdotes, in noua uero fieri dominus iussit sacerdotes.

5. Eligant nunc unum e duobus: aut natum probent Samu-

6 cf. Verg. Aen. IIII 569

1 ei] est ei *M* 2 eum] eam (*corr.*) *M* 3 balam *NF* balaham *GA* 4 quasa (*corr.*) *M* 5 qui *om. MC, N* (*add.*), *X* 6 multabilis *C* commend'datur (d' *eras.*) *M* 10 et] ut *FB* 12 amittit *M* iam mittit *C* amittit (*corr.* admittit) *N*, (*corr. m2* admittit) *A* 13 agerent *N* 15 inimicam, (*alt.* m *eras.*) *N, FB* 16 posset *GA* 19 si autem] aut si *GA* nesciit *P* 20 ide *M* iideo (*corr.*) *N* 23 de non erant] denumerant (*corr.*) *N* non deerant *GA* 24 legi *C* deus *om. M* 24 in noua—iussit sacerdotes *om. M*

helem sacerdotem aut factum. sed consentiunt non illum natum esse sacerdotem, quia sciunt illum non esse ex filiis Aaron. si ergo natus non est sacerdos Samuhel, factus autem non legitur nec probatur, quia nec statuerat deus fieri sacerdotes. in absoluto est Samuhelem minime sacerdotem fuisse.

6. Sed contradictores clausis oculis: 'si sacerdos', inquiunt. 'non fuit, uicem tamen egit sacerdotis, quoniam legitur deo sacrificium obtulisse.' quis audeat negare quod scriptum probatur? obtulit enim deo sacrificium Samuhel, sed non inde uicem sacerdotis egisse cognoscitur. ipse enim semper dicitur offerre, cuius oblationes sunt, quas super altare inponit sacerdos. et Saul obtulit hoc utique genere, id est per sacerdotem, sicut et nunc offertur, et Dauid obtulit et Solomon obtulit et ceteri similiter obtulerunt. numquid omnes uicem sacerdotis egerunt? quamuis enim proprio sacerdos fungatur officio, ille tamen offerre dicitur, cuius nomine agit sacerdos; ipsi enim inputatur, cuius munera offeruntur. et qui non fuit sacerdos, quo modo uicem agere poterat sacerdotis? numquid diaconus potest uicem agere sacerdotis? praefectus etenim potest agere uicem praefecti et praetor praetoris, non tamen priuatus potest agere uicem potestatis alicuius: quanto magis sacerdotis uicem agere non potest, qui non est sacerdos!

7. Quo enim consilio ad hoc adspirare audet, quod sibi scit non licere? nam si sacerdos alicubi desit, potest alterius loci sacerdos rogatus uenire et uicem eius agere, non tamen profeta, quamuis sanctae uitae sit, agere potest quod sibi scit minime esse concessum. aliud est enim bene uiuere et aliud potestatem alicuius officii accipere. sicut enim, qui sacerdos est, non ex eo uitam suam commendatam putare debet, ita et, qui sanctae conuersationis et uitae est, non iam ex eo sibi

7 cf. I Reg. 7, 9

6 contra dictoris *X* 16 ipse *N* (ps *in ras.*), *X* 20 praefeciti (*corr.*) *C* 21 uicem potest agere *PX* 27 aliud *pr.*] alicud (*corr.*) *N* 30 et uitae *om.* *X* ex eo sibi] exeosibios (*corr.*) *C*

sacerdotium uindicare debebit. quamuis enim bonum sit sacerdotium, tamen malum erit ei, cui concessum non est et praesumit. nam si respiciamus quod scriptum est de sancto Samuhele, uidebimus quale testimonium det ei scriptura dicens: et innotuit, inquit, omni populo, quoniam fidelis est Samuhel in profetam domino; et in psalmo: fiant, inquit, Moyses et Aaron in sacerdotes eius et Samuhel inter eos qui inuocant nomen eius. quis non aduertat ex hac distinctione diuisas esse personas dignitatum causa, ut Moyses et Aaron sacerdotalem dignitatem adepti noscantur, Samuhel uero inter profetas deo dignus exstitisse habeatur, qui precibus deum inuocabant ad protegendum populum suum, sicut legitur? in tantum autem sacerdotes minime defuisse probantur, ut reuocata arca baiulis Leuitis uiri Bethsamys obtulerint deo sacrificia absente Samuhele. rege autem facto Saul Achimas erat pronepos Heli sacerdotis, qui portabat efut.

8. 'Sed hinc', inquiunt, 'uidetur sacerdos fuisse Samuhel, quia uestitus erat efut.' quasi non hodie diaconi dalmaticis induantur, sicut episcopus. efut autem etiam Dauid legimus fuisse indutum, et duplicem efut. Samuhel autem adhuc puerulus succinctus erat efut: numquid puerulus deo potuit populi munera offerre? uides ergo, quia efut unum quidem nomen est, sed non unam rem semper significat. sacerdotes enim

5 I Reg. 3, 20 7 Ps. 98, 6 14 cf. I Reg. 6, 14. 15 16 cf. I Reg. 2, 28; 14, 3 19 cf. I Reg. 2, 18 20 cf. II Reg. 6, 14

1 uindicaret *M* 2 non *om.* *X* praesummit *M* 3 prospiciamus *P* 4 eis *C*, (*corr.*) *N* dicens *om.* *N* 6 in prophetam (*corr.* propheta, *eras.* in) *N* 7 sacerdotibus *M* 8 quis] qui *N* 9 auertat *N* (*corr.* auertit *m2*), *X* diuisas esse] diuisa fessa *C* 10 adepti. *M* 11 nascantur *N* (na *eras. fort. casu*), *X* 14 baiulis Leuitis] baiulis leuiti *F* allophilis leuitę *X* 15 bethsamis *PC* bethamis *NX* obtulerunt *CG* 16 achemas *N* pronemos *P* pronepus *CGA* 17 sacerdotes *C* ephot *PN* efoth *C* efod (effod) *X* 18 sed] si *C* 19 non] nunc *X* 21 et *om.* *C* 22 succinctis (*corr.*) *M* poterat *P* populi] pro populo *X* 23 uidetis *X*

portabant, non uestiebantur efut; reges uero et Leuita Samuhel induebantur efut. aliquando ergo uestis, aliquando quasi armariolum, quod portabant sacerdotes ad interrogandum dominum, significatur efut.

9. Quantum apparet, probatum est Samuhelem non sacerdotem, sed profetam fuisse. nunc his respondemus, qui ignorantes quia Samuhel non est de filiis Aaron sacerdotis, aestimant illum sacerdotem fuisse; nec enim fas erat, ut de origine Aaron descendens sacerdos non esset. quos primum uolo cognoscere quia, si sacerdos erat Samuhel, sine dubio et Helcana pater eius sacerdos fuit. congruum quoque fuerat et filios eius sacerdotes fuisse, quos, quia sacerdotes non erant, iudices illos constituit filiis Israhel, sicuti et idem ipse erat Samuhel. sic enim legimus: quia iudicauit filios Israhel. Helcana autem pater Samuhelis, propter quod sacerdos non erat: ascendebat, inquit, ex diebus in dies de ciuitate sua Armathen adorare et sacrificare deo omnipotenti sabaoth. et ibi erat Heli et duo filii eius, Ofni et Finees sacerdotes domini.

10. Quid tam apertum, quia ueniebat Helcana offerre munera sua ante dominum per sacerdotes tempore conpetenti, secundum quod statuerat Moyses, ut tribus temporibus anni offerrent munera et decimas suas, ubi fuisset arca domini et sacerdotes, quippe cum et duas uxores habuerit tempore uno, quod inlicitum est sacerdotibus? erat enim Helcana ex Leuitis, sicut generationum ordo se continet in libro Paralipomenon. adhuc enim Leuitae non erant habentes ordinem constitutum ministerii circa sacerdotes

1 cf. I Reg. 14, 18 13 cf. I Reg. 8, 1 14 I Reg. 7, 6 16 I Reg. 1, 3 22 cf. Ex. 23, 14 24 cf. I Reg. 1, 2 cf. I Tim. 3, 2 26 cf. I Par. 6, 34 (19)

1 uestiabantur *C* 2 quasi *om. N* armiliolum *C* 7 filiose *M* sacerdotes *CF* 8 fas] uas *P* proas *C* origine] uirgine *X* 9 euolo *C* 13 illos (s *in ras.*) *M* sicut *P* ipsi erant (a *exp.*) *C* 16 accendebat *C* (*corr.* asccendebat), *F* accedebat *X* 17 amathen *P* 18 fili *N* 20 tã** *M* opertum *CNX* 22 offerent *CX* 23 suas *om. P* sacerdo*tes *M*

et arcam domini. Dauid enim in regno suo disposuit uices sacerdotibus et Leuitis, ut a uiginti annis et supra, in lege autem a uiginti quinque annis et supra, inciperent exhibere seruitia dominicis caerimoniis, ut essent ex filiis Aaron, id est de Finees et Ithamar traduce, classes sacerdotum uiginti quattuor, quae uices suas agerent certis temporibus. Leuitae autem constituti sunt, qui essent tabernaculi ianitores et qui baiuli arcae domini et qui excubias obseruarent et qui uasorum essent custodes et qui promiscuas susciperent oblationes. et uiginti quattuor classes institutae sunt cantantium et citharizantium et musicorum ceterorum, ita ut etiam hi, id est omnes Leuitae, haberent temporum uices, quia necesse erat eos et otium habere, ut et domorum suarum agerent curam.

11. Et non solum haec proficiunt ad causam supra dictam, quoniam Samuhel non fuit de filiis Aaron, sed et illud quod dicit mater eius ad dominum: quia si mihi, inquit, dederis filium, commodo eum domino omnibus diebus uitae suae. non hoc diceret, si esset natus sacerdos — oportebat enim illum seruire altari —, sed quia Leuita erat et adhuc lex Leuitis non erat posita, sed unus quisque pro uoluntate sua agebat, ita ut oberrantes inlicita praesumerent. Ionatham enim filius filii Moysi, cum inter Leuitas deputatus esset, sacerdotium agere praesumpsit tribui Dan. ac per hoc legimus in libro Iudicum, quia unus quisque, inquit, placita sibi faciebat, eo quod non esset rex in Israhel. idcirco

1 cf. I Par. 24, 3 seqq. 17 I Reg. 1, 11 22 cf. Iudd. 18, 30 25 Iudd. 17, 6

def.P 8 baioli *CNX* 9 *post* oblationes *lacuna in P usque ad quaest. 101 (p. 198, 14)* 11 cytharazantium *C* ut *om. X* hii *MCX* 13 et otium] cito cum *C* 14 curam] cirem (*corr.*) *M* 15 haet proficiant *M* 17 ad dominum] ad deum (*om. add. s. l.*) *M* quia (*in ras.*) *M* 18 quomodo *C* (*corr.* comodo), *X* 20 altarii *C* 22 ionatham *C* ionathã *M* ionatha *NX* 23 leuitis (*corr.*) *N* 24 tribubi *C* tribu *NX* Dan *om. NX*

uouit Anna dicens: commodo eum domino, ne cum ceteris oberraret.

12. Et ut plenius quaestio discuti possit, etiam illud tractemus, quod dictum est de Helcana, quia ueniebat ex diebus in dies offerre munera sua et decimas. quo modo decimas offerebat, qui nihil possidebat? Leuitae enim non acceperunt agros, quia de decimis, quae a plebe dabantur, uictum quaerebant. sed potest fieri et sic datur intellegi, quia potuit habere possessionem uxoris suae aut emptam, quia de aliis tribubus accipiebant uxores non solum hi, sed et ceteri, ita ut et sacerdotes acciperent sibi de aliis tribubus uxores. nam Ioadae sacerdos magnus uxorem duxit de tribu Iuda filiam regis Ioram.

XLVII. DE ESEIAE LECTIONE PROFETAE: 'ET ADPREHENDERUNT SEPTEM MULIERES UNUM HOMINEM DICENTES: PANEM NOSTRUM MANDUCABIMUS ET UESTIMENTIS NOSTRIS OPERIEMUR, UERUM TAMEN INUOCETUR SUPER NOS NOMEN TUUM, AUFERS OBPROBRIUM NOSTRUM.'

1. In absoluto est septem mulieres septem ecclesias esse significatas; quamuis enim una sit, sed septiformis dicitur, ut corpus unum septemplici numero constet membrorum. non

1 I Reg. 1, 11 4 cf. I Reg. 1, 3 12 cf. IIII Reg. 11, 2. II Par. 22, 11 14 Esai. 4, 1

def. P 1 nouit *N* uocauit *X* commendo (*corr.*) *C* quomodo *X* 4 est *om. M* 5 diebus (u *in ras. m. rec.*) *N* offerri *C* 6 offerabat *M* possedebat *X* 7 acciperunt *MCX* de *om. M* 8 uic⁹ (tum *s. l.*) *N* 9 aut] ut *X* 10 accipiebant—tribubus *om.* (*add. inf. mg.*) *C* hii *CX* 11 et *alt. om. MG* 12 tribul *M* 14 LECTIO DE ESAIAE (ESAIA *A*) PROPHETE (PROPHETA *A*) *GA* LECT *C* lectio *FB* propheta *F* (*corr.*), *B* *uerba scripturae titulo incorporaui* adpr(a)ehenderunt *MCFG*, (*corr.* adpr(a)ehendent) *NAB* 15 septem] IIII *C* 18 auferis (i *eras.*) *M* aufrrs (*corr.*) *C* aufer *GA* 20 septem *pr.*] IIII *C* 22 numerum *F*, (um *pr. in ras.*) *B*

solum enim nos, sed et superni caelestes ecclesiae membra sunt, cuius caput Christus est. siue igitur una siue septem dicantur ecclesiae, non discrepat. una enim dicitur, quia unum habet caput, quod est Christus; septem autem ideo, quia, sicut membra diuersa sunt, ita et potentiae spiritales, inter quas et nos deputamur, diuersae sunt uirtutes, propter quod et egere dicuntur. idcirco enim diuersae sunt, ut non omnia singulae possint, sed simul omnes corpus sint Christi, quia ipse est caput corporis ecclesiae, ex quo totum corpus subsistit, id est ex quo omnia in caelis et in terra habent originem.

2. In hac ergo quae in terris est ecclesia omnium ecclesiarum facta est mentio, quia, cum huic sacramentum creatoris praedicatur, etiam caelestibus huius modi intimatur doctrina. inferioribus enim cum insinuatur, necesse est ut audiant et superni. unde apostolus: mihi, inquit, minimo omnium sanctorum data est haec gratia inter gentes euangelizare inconprehensibiles diuitias Christi et inluminare omnes, quae sit dispositio mysterii absconditi a saeculis in deo, qui uniuersa creauit, et innotescere principibus et potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientiae dei. per hanc ergo ecclesiam superni docentur, quia ueritas, ait, de terra orta est. ut enim mentio superiorum fiat, hic septem ecclesiae nuncupantur in una plebe, quas septem ecclesias supplices profeta inducit saluatori facto homini. intellexerunt enim ad hoc natum esse Christum, ut

2 cf. Eph. 5, 23 7 cf. I Cor. 12, 24. 25 9 Col. 1, 18 cf. Eph. 4, 16. Col. 2, 19 16 Eph. 3, 8—10 24 Ps. 84, 12

def. P 1 enim] autem *NX* cęlestis *M* 7 egēre (- *m. rec.*) *N* agere *GA* 10 suesistit *M* 19 dispotio *M* 20 ministerii *X* 21 innoctescere *M* 22 in caelestibus *om. X* sapientiae (*corr.* sapientia) *N* 23 docetur *M* 25 nunccupantur *M* nuncupatur *X* uno *C*

auferret obprobrium, primum quidem sub lege sua agentium, deinde ceterorum. habebant autem in memoria scriptum esse: ueniet ex Sion qui eripiat et auertat impietatem ab Iacob.

3. Hae ergo septem ecclesiae adprehenderunt hominem unum, id est natum Christum, dicentes: panem nostrum manducabimus et uestimentis nostris operiemur. uerum tamen inuocetur nomen tuum super nos, aufer obprobrium nostrum. quid est hoc quod precantur? si enim pane proprio utuntur et uestimentis suis induuntur, id est, et uiuunt et nudae non sunt, quid eis deest? si enim panis ad uitam significatur et uestitus ad dei deuotionem — quia qui sine deo est, nudus dicitur; unde apostolus: qui in Christo, ait, baptizati estis, Christum induistis et iterum: si expoliati, inquit, non nudi inueniamur —, quid est quod poscunt ut auferatur ab eis obprobrium, nisi quia hic populus signatur in septem ecclesiarum numero, qui sub lege agens Christum expectabat promissum ad abolenda peccata? ideo dicunt: panem nostrum manducabimus — hoc est, uerbis legis, quae unum tradunt deum, pascemur, quia non in pane tantum uiuit homo sed in omni uerbo dei — et uestimentis nostris operiemur, id est, creatoris nostri nomine censemur, quia hoc unus quisque indutus dicitur, quod et est et profitetur.

3 Rom. 11, 26. cf. Esai. 59, 20 6 Esai. 4, 1 13 Gal. 3, 27 15 II Cor. 5, 3 19 Esai. 4, 1 21 Deut. 8, 3 (Matth. 4, 4) 22 Esai. 4, 1

def. P 1 auferet *C* 2 est (*exp. N*) esse *CN* 3 ueniat *M* 5 hae (e *in ras.*) *M* haec *CX* 7 manducauimus *G*, (*corr. m2*) *A* 9 praedicantur *MC* 10 panem *A* (*corr.*), *B* induantur *M* 11 et uiuunt] inueniuntur *M* si *om. C* 12 ad *alt.*] a *A* (*corr. m2*), *B* deuotionem] induitionem *edd.* 13 nudus**** *M* 16 aut (*corr.*) *NB* 18 ad abolenda] abobolenda *X* (*ex* adobolemda *F*, (*corr.*) *A*, (dobo *m3 in ras.*) *B*) 21 in *pr. om. GA* 22 uestimenti *M* 24 prophetetur *C* prophetatur *NX*

4. Denique senatores uel officiales ex uestibus intelleguntur quid sint. sed quia haec satis non faciunt ad deum promerendum, hoc etiam statuit, ut per sacramentum cognitionis unius dei heres esset homo regni caelorum. per fidem enim peccatis ablutus et a morte secunda, quae ex sententia data in Adam homines apud inferos detinebat, alienus nullo detinente pergit in paradisum dei patris, in quo dixit dominus latroni, quod secum esset futurus. quamuis enim populus supra dictus, qui in septem ecclesias significatus est, sub dei lege esset et deuotione a mundi ipsius origine, indigebat tamen purificatione tam proprii quam paterni delicti, quia omnes, inquit, peccauerunt et egent gloria dei. idcirco orant supra memoratae ecclesiae, ut auferatur obprobrium earum inuocatione nominis Christi, quia qui signum eius habent, quo uicit mortem, ab inimico teneri non possunt. et non solum istae ecclesiae Christi nomen super se inuocari precantur, sed et supernae spiritales in caelestibus degentes. quamquam enim spiritales sint et caelestes potentiae, obprobrio tamen subiacent, si a creatore suo fuerint alienae, et nec membra erunt corporis, quae caput suum non cognoscentes oberrant.

5. Et quia aliud non est quam explanauimus, in subiectis profeta testatur dicens: in illa autem die inluminabit

5 cf. Apoc. 2, 11 etc. 7 cf. Luc. 23, 43 11 Rom. 3, 23 16 cf. Eph. 3, 10 22 Esai. 4, 2

def. *P* 2 quia si (si *eras.*) *M* 3 etiam] enim *codd.* heres esset] hereses sed *C* heres esse et *N* heredes esse et (de *fort. in ras.*) *F* heres esset et *G* heresse esset et (*pr.* se *exp. et eras.*) *A* heresesesse et (*alt.* es *eras.*) *B* 4 et et *C* 5 secundę *M* dicta *M* 6 alienos *X* 8 dictis *C* 9 uotione (*corr.*) *M* deuotionem *X* a mundi ipsius origine indigebat tamen purificatione *om. NX* 10 tamen] tunc *C* 11 dilecti *C* (*corr.*), *F*, *G* (*corr.*) quia] qua *M* 12 gloriam (m *eras.*) *X* orant] erant *M* memorata *CF*, (ta *s. l. m3*) *B* ecclesia *FB* 13 auferetur *M* 14 habent eius *GA* 17 et caelestes] incaelestes *FB* incaelestis *GA* 19 ca...put *N* 21 explenemus (i *s. l.*) *M* 22 inlumnauit *CX*

deus in consilio super terram et adiecit: quoniam abluet dominus, inquit, sordes filiorum et filiarum et sanguinem purgabit de medio eorum. quid tam euidens, quia in illo die, id est quo promissum dei impletum est et fidei sacramentum declaratum est hominibus, inluminati sunt, ut per creatoris cognitionem purificati, qui rei fuerant mortis, fierent aeternae uitae heredes? promiscue igitur profeta locutus est, ut omnes dono dei indigere significaret, ut. siue peccatores siue iusti, dei misericordiam expectasse noscerentur, peccatores propter delicta propria, ut de faucibus mortis eriperentur, iusti uero paterno absoluti peccato deleta sententia data in Adam, per quam cuncti tenebantur a morte, libertate accepta in dei regnum intrarent, iam non serui, sed filii dei.

QUAESTIONES NOUI TESTAMENTI.

XLVIII. DEUS CERTE PERFECTIO EST ET NULLIUS EGENS: QUID ERGO OPUS FUIT CHRISTO SALUATORE UT NASCERETUR DE DEO ET FILIUM HABERET DEUS PER QUEM OMNIA FACERET?

Cum ea quae non erant deus uoluisset existere et maiestati suae minime opus hoc condignum sciret, prius de se, cum sit natura simplex et incorporeus, filium generauit, qui nihil ab eo distaret, ut magnitudini suae congruus responderet effectus. quid enim ultra posset facere, quam ut se alterum, qui perfectus est, generaret? hoc ergo perfectum opus est, quo

1 Esai. 4, 4 16 cf. Act. 17, 25

dcf. *P* 3 purgauit *CX* tam euidens quia] *cf. Study of Ambrosiaster p. 83* 6 fuerint *C* 9 nosceretur *M* 10 ut] aut *C* 11 delecta *M* 13 in *om. NX* ·····iam *M* iam (*in ras.*) *N* non *om. C* 15 INCIPIUNT *ante* QU(A)ESTIONES *add. GA* 16 et] ut *G, A* (*corr.*) 17 Christo *om. N* saluatori *NX* 20 existeret (*corr.*) *C* magiestatis (g *eras.*) *N* maiestatis *CFB* 23 magnitudinis *FB* magnitudini *A* 24 faceret (*corr.*) *C* se alterum] saul terum (*corr.*) *M* 25 perfectus est] perfectis *C* ergo (go *in ras.*) *N* quod *X*

nihil possit uideri praestantius. cetera enim omnia minora sunt; quanto enim excellentior his omnibus Christus est, tanto magis creatio illorum inferior est generatione eius. est et aliud. deus enim. ex quo sunt omnia, uolens condere creaturam uerbum prius, quod in mysterio apud se habebat, generauit, hoc est fecit exsistere. quod uerbum idcirco filium nuncupauit, ut ostenderet de se illum exstitisse et esse sibi consubstantiuum, ut lex, qua filii de parentibus sunt, hoc credibile faceret, per quod manifestaret creaturae mysterium, quod latuit in eo ex aeterno.

XLVIIII. CUR SALUATOR, CUM SANCTUS NATUS SIT ET CHRISTUS DOMINUS IN IPSA NATIUITATE APPELLATUS, BAPTIZATUS EST, CUM BAPTISMUM PURIFICATIONIS CAUSA SIT ET PECCATI?

1. Uerum et manifestum est saluatorem baptismo non eguisse, quia Christus non factus sed natus est dicente angelo pastoribus: ecce natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus. denique sciens Iohannes sanctitatem eius prohibebat eum a baptismo, saluator uero institit fieri oportere, non utique propter peccatum, sed propter implendam iustitiam. dignum enim erat, ut ipse exemplo esset futuris filiis dei, qui per baptismum filios dei fieri docebat; et qui credentibus spiritum sanctum dari promittebat, debuit istud in semet ipso uisibiliter demonstrare, quo conperto credentes inuisibiliter accipere se spiritum sanctum in spe haberent.

5 cf. Ioh. 1, 1 12 cf. Luc. 2, 11 13 cf. Matth. 8, 15. 16 17 Luc. 2, 10. 11 19 cf. Matth. 3, 14. 15 22 cf. Ioh. 1, 12 23 cf. Luc. 11, 13

6 P 3 inferios *M* inferius *CNX* · generationi *NX* 5 ministerio *codd.* 9 ministerium *C, G* (*eras.* ni), *A* 11 cur saluator *om. N* sancti *C* 13 baptismo *X* 14 et peccati *eras. C* 18 iohañ· (o *in ras.*) *M* iohannis *CFG* 21 erat enim *GA* ipso *C* 24 demonstrare *om. M* quo conp. cred. inuisib. *om.* (*add. mg.*) *M* 25 se *om. MB* sanctum *quod sequitur litura C* in spe] in se *GA*

nam saluator utique, cum de spiritu sancto nascitur, purificatum corpus habuit. unctio enim carni eius spiritaliter in utero data est; spiritus enim sanctus purificauit quod de Maria uirgine in corpus saluatoris profecit. et haec est unctio carnis corporis saluatoris, quare et natus 'Christus' est appellatus. quod enim per olei unctionem praestabat deus ministerio profetarum his, qui in reges unguebantur, hoc praestitit spiritus sanctus homini Christo addita expiatione, quia anteriores christi solam potestatem imperii accipiebant per unctionem. saluator autem et potestatem accepit homo natus et purificatus est natus. incongruum enim erat. ut dei filius in corpore peccatis subdito nasceretur.

2. Hominis ergo causam suscipiens et per regenerationem filios dei fieri docens baptizari debuit, ut in se hoc ostenderet ratum. facile enim probatum habetur et suadetur quod dicitur. si a magistro fieri uideatur. sic utique et uirtutum insignia oportuit fieri, ut iam filius dei apparens per mysterium regenerationis medellam daret corporeis passionibus, ut exemplo esset futuris fratribus, quia per regenerationem accipit unus quisque potestatem uirtutis.

L. SI IDEO SALUATOR BAPTIZATUS EST, UT EXEMPLO ESSET, QUARE CIRCUMCISUS CETEROS PROHIBUIT CIRCUMCIDI?

Circumcisio praeteriti temporis mandatum est, quam usque ad Christum oportuit habere auctoritatem, ut tam diu carneret, quam diu Christus nasceretur promissus Abrahae, ut de cetero cessaret circumcisio promissione impleta. in figura

22 cf. Luc. 2, 21

def. P 2 enim] ** *N* spiritaliter ***** *N* 3 sanctus enim *GA* 4 proficit *CGA* est unctio ca *litura deleta C* 5 appellatus] se *add. C* 6 **ministerio *N* 7 ungebantur *N, A (corr. m2)* 10 et *pr.*] ex *G, A* (?) potestate *GA* accipit *N* 13 suspiciens *M* 14 et baptizari *X* se *eras. C* 15 reatum *X* 16 sic (*corr.* sicut) *G* sicut *A* 17 ministeriam *N* 18 corporis *NX* 19 generatione *M* accepit *NX* 25 tam *litura celatum C* 26 abrehe *M*

enim Christi Isaac promissus est. dixit enim ei deus: in semine tuo benedicentur omnes gentes, quod est Christus. fides enim, quam Abraham acceperat, restaurata a Christo est, ut in semine Abrahae, quod est Christus, omnes gentes benedicerentur, sicut promissum fuerat Abrahae. circumcisio itaque signum fuit promissi filii, id est Christi, quo nato cessare oportuit signum promissionis, ita tamen ut ipse promissus adueniens signum patris acciperet, ut sciretur is esse, qui promissus fuerat omnes gentes iustificare per fidem in circumcisione cordis. quia enim patri Abrahae carnaliter nascentis filii signaculum circumcisionis corporale fuit, ita et eorum, qui spiritaliter nascuntur, spiritale signum est circumcisio cordis, ideoque rectius post Christum non adhuc oportuit carnaliter circumcidi.

LI. QUO MODO INTELLEGATUR, QUOD DICENTI MARIAE AD ANGELUM: 'ET UNDE HOC SCIAM, QUIA UIRUM NON COGNOUI?' RESPONDIT GABRIHEL ANGELUS: 'SPIRITUS SANCTUS SUPERUENIET IN TE ET UIRTUS ALTISSIMI OBUMBRABIT TIBI.'

Ambigenti Mariae de conceptu possibilitatem angelus praedicat dicens: spiritus sanctus superueniet in te, hoc est: 'ne dubites, quia uirum nescis; quod enim dixi', ait, 'quia concipies, spiritus sanctus superueniens in te operabitur, ut concipias sine uiro.' et uirtus altissimi, inquit, obumbrabit tibi. 'altissimi uirtus' sine dubio Christus est; hoc enim ad ipsius personam pertinet. superueniens ergo spiritus

1 Gen. 22, 18 16 Luc. 1, 34 18 Luc. 1, 35 21. 24 ibid.

2 benedicetur *M* 5 benediceretur *MFB* 6 xpi (*in ras.*) *N* 8 scieretur *CF*, (*corr.*) *B* is *om. GA* 10 qui *C* 12 noscuntur (*corr.*) *C* 13 rectus *CN* rectos *X* xpm (xp *in ras.*) *M* 15 dicente maria *X* 18 in te] dne *M* 19 obumbrauit *CX* 20 praedicabat *C* 21 hoc est—in te *om. C* 22 dixi ait] dixi ait (*m2 corr.* dixit) *N* 23 sanctus spiritus *N* 24 concipies *X* inquit *M* obumbrauit *CX*

sanctus in uirginem sanctificauit eam opere suo efficiens corpus sanctum ex ea, in quo uirtus quae dicitur dei filius nasceretur. cuius obumbratio in uirginem haec est, ut de inmensitate diuinitatis aliquid esset in utero uirginis, quantum posset capere natura humana, quod quasi ex splendore obumbratio diceretur uirtutis dei essetque dei uirtus nec non et deus: nihil enim de deo est, quod non dicatur deus. nam hoc corporeum est, ut sit in carne aliquid et caro dici non possit, ut pili et ossa et cetera.

LII. SI DE SPIRITU SANCTO NATUS EST CHRISTUS, ID EST EFFECTU EIUS EX MARIA CARO FACTUS, CUR DICTUM EST: 'SAPIENTIA', QUAE UTIQUE CHRISTUS EST, 'AEDIFICAUIT SIBI DOMUM'?

Quaestio ista gemina ratione debet intellegi. primum enim domus Christi ecclesia est, quam aedificauit sibi sanguine suo. deinde potest et corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur et templum eius. si enim propter habitationem dicitur templum dei, non absurde dicetur et domus, sicut legimus in lege. sed si effectu spiritus sancti factum est corpus, quod et domum posse dici arbitramur, quare ad personam Christi relatum est, quaeritur. factum filii factum patris est, quia utriusque una uirtus est. simili modo etiam factum spiritus sancti factum filii dei est propter naturae et uoluntatis unitatem. siue enim pater faciat siue filius siue spiritus sanctus, trinitas est quae operatur; et quicquid tres fecerint, dei unius est operatio.

12 Prou. 9, 1 15 cf. Act. 20, 28 16 cf. Ioh. 2, 21 18 cf. Ps. 25, 8 etc.

def. *P* 5 ex splendore] explendore *FB* 6 diceret *X* uirtutis] uirtus *N* (*corr.*), *X* 13 aedificabit *GA* 18 dicitur *X* 21 est *pr.*] esse *M* 22 spiritum *C* 23 est dei *GA* propter naturę (propter natu *in ras.*) *M* 25 unius dei *GA*

LIII. SI OMNIA RATIONE FACTA SUNT, QUID EST UT OCTAUO K̄L IANUARIAS SALUATOR NATUS DICATUR?

Nemo sic poterit hebetari, ut neget omnia facere deum cum ratione. ideo ergo Christus descendens de sacris sedibus ad salutem mundo tribuendam, ut etiam mundum ipsum et tempora a se instituta doceret, tum nasci homo uoluit ad deminutionem humani generis augmentandam in deum, quando ex magna deminutione lux, quae dies est, crementum incipit accipere, ut tempus natiuitatis eius rationi congruat doctrinae diuinae, quae ex umbra mortis homines coepit multiplicare ad uitam.

LIIII. SI EX SEMINE DAUID CHRISTUS FILIUS DEO FACTUS EST SECUNDUM CARNEM, HOC EST, NATUS IAM FILIUS DEI EST IN UTROQUE, QUIA SANCTUS NATUS EST, QUO MODO ERGO, POSTQUAM BAPTIZATUS EST, DICTUM EI A DOMINO DEO EST: 'TU ES FILIUS MEUS, EGO HODIE GENUI TE'?

Christus dei filius ex aeterno est secundum spiritum sanctitatis, iuxta carnem uero ex semine Dauid natus est filius deo, ut in utroque non factus deo filius habeatur, sed natus. illud autem quod in baptismo audit, mysterii, non sua causa est. nam hoc omnibus audit qui baptizantur. ipse autem demonstratur tantum modo, ut ex hoc appareat in homine uirtutibus deus, ceteri uero firmantur, quia ex hoc incipiunt esse filii dei, cum sanctum accipiunt spiritum. quamuis enim sanctum natum sit corpus domini, non tamen sacramento regenerationis

12 cf. Rom. 1, 3 16 (Ps. 2, 7) Luc. 3, 22

dei P 1 si omnia ratione factę (*sic*) sunt *adnexa priori quaestioni* (*corr.*) *in C* 2 VIII *CNX* senator *N* est *post* natus *add. C* 3 habitari *C* hebitari *N* (*corr.*), *F* faceret eum *C* 7 demunitionem *M* demi•n•tionem (u *s. alt. ras.*) *C* diminutionem *NX* 8 demunutione (*corr.*) *M* demi•tione (nu *s. ras.*) *C* 9 ut ad *N* 12 si ex *om. M* Christus *om. X* dei *CNX* 14 utereque *FB* utero *GA* 19 dei *X* 20 dei *X* 21 mysterii non sua *in ras. M* 26 natum *om. C*

firmatus fuerat homo Christus esse filius dei, nisi spiritum sanctum accepisset, iuxta decretum renascibilitatis donum. nam et Iudaei filii dei dicti sunt in deuotione, non in sacramento quod nunc operatur, ut accepta remissione peccatorum superueniente sancto spiritu dicantur filii dei. saluator ergo et natus est secundum carnem filius dei et post in mysterio firmatus. nec enim poterat quod de sancto sanctum natum est non deo nasci, sed ut propositum mysterii impleretur, superueniente spiritu non deminutum est, sed auctum.

LV. QUID CAUSAE FUIT UT ILLO TEMPORE CRUCI SE PERMITTERET DOMINUS, QUO OCTAUO KL APRILES PASCHA EGERUNT IUDAEI?

Omnia propriis locis et temporibus gessit saluator. ut enim omnia se nutu patris recte condidisse doceret, tunc uoluit passione sua mundum redimere et reformare, quando eum et creauerat, id est in aequinoctio, unde mundus initium cepit et dies super noctem increscere. in regno itaque agens Romano non nisi octauo $\overline{\text{Kl}}$ Apriles pati debuit, quando aequinoctium habent Romani. tunc enim utique primum haec pars mundi inluminata est et ex eo dies coepit crementum accipere ideoque et passione saluatoris tunc a tenebris ad lucem perducta. nulla itaque uituperatio auctoris poterit uideri, quando lapsam creaturam tunc reformauit, quando et fecerat. nec enim reprehendi poterit rei lapsae initium creationis, cum ad id redeat instauratio. eadem enim die uoluit esse renouationis gaudium, quo fuerat et dedicationis.

def. P 3 dixti (*corr.*) *C* 5 spiritu sancto *X* 6 et *pr. om. MF* 7 natus *N* 8 •misterii *N* 9 diminutum *NX* 10 causa *C* cruci•• *C* 11 quod *GA* VIII *NX* aprilis *NX* 13 locus (*corr.*) *C* 15 redemere *C, N* (*corr. m. rec.*), *F, B* (*corr.*) 16 caepit *C* coepit *NX* 18 octauo romano *C* VIII *NX* aprilis *FB* aprelis *A* 19 utique enim *GA* pras *M* 20 caepit *C* 22 uituperatione *X* 26 *an legendum* qua? dedictionis *C*

LVI. QUARE IN MATHEO PATER IOSEF IACOB SCRIBITUR ET IN LUCA HELI, UT AUT DUOS PATRES HABERE INPERITE DESCRIPTUS SIT AUT CERTE, QUI UERE PATER EIUS SIT, NESCIATUR?

1. Non est ambiguum patrem Iosef Iacob fuisse. ordo enim a Dauid per Solomonem tramitem suum tenens recto cursu peruenit ad Iacob. cuius filius est Iosef: Heli autem filius Matthiae, qui a Dauid per Nathan. filium eiusdem Dauid, ordinem tenet usque ad tempus, quo saluator aduenit. unde singuli euangelistae a Dauid singulorum fratrum generationum ordines prosecuti quasi furcam fecerunt, ut Matheus a Dauid per Solomonem descenderet ad Iosef; Lucas uero ab Heli, qui tempore fuit saluatoris, ascendit per traducem Nathan filii Dauid et Heli et Iosef utriusque iunxit tribum ostendens unius generis esse utrumque, ut, cum Heli sociat Iosef, non discrepare eos in generatione, sed fratres ostendat, ac per hoc non solum Iosef filium esse saluatorem, sed et Heli. ipsa enim ratione, qua Iosef filius dicitur saluator, ipsa est et Heli filius et ceterorum omnium, qui de eadem tribu sunt. hinc est quod dicit apostolus: quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem. diuino etenim nutu permotus Lucas est, ut ab Heli per traducem Nathan ascenderet ad Dauid et per Tharam patrem eius ascenderet ad Sem filium Noe et adhuc super diluuium peruenire ad Seth filium Adae, qui redditus est pro Abel, et eadem ratione faceret filium Adae saluatorem, qua dicebatur

1 cf. Matth. 1, 16 2 cf. Luc. 3, 23 20 Rom. 9, 5

def. P 1 MATH̄ *N* iosep *MN* 2 patris *C* 3 inperit (*corr.* inpériti) *C* discriptus *NX* quia *C* 4 nesciantur (?) *C* 8 matthię (*pr.* t *uid. esse in ras.*) *M* mathiae *CNX* qui a] qui. (i *in ras.*: a *s. ras.*) *C* natha *MF* matha *N* natham *X* 9 tenet usque] tenetur qu(a)e *CX* tenetur qm̄ *N* 11 ordinem *GB* prosequuti *MF* persecuti *X* 13 nathā *M* natham *CX* 14 heliae *C, N* (*corr.*), *X* unxit *G*, (*corr. m2 add.* i *s. l.*) *A* 15 socia *GA* 18 in ipsa *X* enim *om. GA* 19 ipse *GA* ,et *pr. in ras. M* 22 luctus *C* ut] et *C* 23 natham *N* 24 peruenit *X* 26 quia *C*

filius esse Iosef et Heli, super Adam autem transcendens adsignaret ante omnem carnem Christum filium esse dei.

2. Illud autem, quod quibusdam uidetur, quia Heli acceperit uxorem Iacob, quo modo lex mandauit, ut, si quis mortuus fuisset sine filiis, acciperet frater aut propinquus uxorem eius et resuscitaret semen fratris sui, et ita factum, ut Heli generasset Iosef Iacob, cuius uxorem acceperat, et per hoc iungi generationem, ut non inmerito Iosef patrem habere Heli dicatur, hoc nec probabile est et ad nullam rem proficit.

3. Illud autem, quod supra dictum est, et [per] generationem iungit per duos fratres filios unius et Christum ostendit filium dei esse ante omnem generationem. euangelista enim cum refert dicens: et ipse Iesus erat incipiens fere annorum triginta, filius sicut putabatur Iosef. qui fuit Heli, id est, Iesus filius aestimabatur Iosef et non solum Iosef erat filius, sed et Heli. non quia Iosef filium dicit Heli, sed eodem genere, quo Iosef uocabatur filius esse Iesus, ita erat etiam filius Heli, propter quod fratrum filii erant Iosef et Heli, id est Solomonis et Nathan filiorum Dauid, ut per Dauid ascendens ad Abraham et Noe et Seth et ad ipsum Adam et super Adam doceat esse Christum filium dei. cum enim dicit: qui fuit filius Seth. qui fuit filius Adae, qui fuit filius dei, Christum utique ita dicit Adae filium, sicut dicebatur filius Iosef. ait enim Maria ad Iesum: fili, quid fecisti nobis? et enim ego et pater tuus maesti et tristes ambulan-

4 cf. Deut. 25. 5 13 Luc. 3, 23 22 Luc. 3, 38 25 Luc. 2, 48

def. P 1 filios *C* 2 ante] super (*corr.*) *N* 3 autem *om. CNX* acceperat *NFAB* acciperat *CG* 4 mandatauit (*corr.*) *M* 5 fuisset *N* acciperat *C* uxorem eius (ei *A*) aut propinquus *GA* 6 factum est *GA* 7 acceperat (*corr.* acciperat) *C* acciperat *N* (*corr.*), *G* 8 merito *MG* 10 per *seclusi* 11 per *eras. N* duo (*add.* s *s. l.*) *N* 13 fere *M* 15 existimabatur *MFB* existimabatur *CNGA* 16 et *om. CA* 17 quod *N* 18 *pr.* filiis *C* 19 natham *CNX* 20 e--filiorum (filior *in ras.*) *M* 21 Adam *pr. om. X* 22 qui fuit—Adae *om. M* 23 filius *pr. om. N* 25 iesum] eum *CNG* nobis] sic *add. C* (*in ras.*), *N*

tes quaerebamus te. super Adam autem iungit Christum patri deo, ut qui horum, id est ab Adam usque ad Iosef et Heli, filius dicebatur, ante istos omnes dei uerus filius intellegeretur, ad confusionem Fotini, qui Christum non nisi ex Maria nec ante fuisse contendit. quorum enim non erat, filius dicebatur et dei, cuius uere filius erat, negabatur.

4. Si enim, quod inprobabile est et ad nullam rem proficit, Iosef Heli filius dicatur secundum quod supra diximus, non dixisse uidebitur de Christo, quia fuit filius dei, sed de Adam. per ordinem enim singulorum filiorum patres subiciendo uenit ad Enos, cuius patrem dicit Seth, patrem autem Seth dicit Adam, Adae uero patrem dicit deum. nescio quae utilitas sit sic adseuerare. si autem per ordinem, sicut diximus, singuli patres Christi dicantur, sicut et filius dicebatur Iosef — quia dictum est: quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem —, ipso ordine legitur filius esse Seth et filius Adae et super hos omnes adsignatur filius dei, ut ante ipsos dicatur esse, quorum filius nuncupatur.

LVII. QUID EST HOC UT, CUM IN MALACHIA PROFETA SCRIPTUM SIT: 'ECCE MITTO ANGELUM MEUM ANTE FACIEM TUAM, QUI PRAEPARET UIAM TUAM', MARCUS HOC EUANGELISTA IN ESEIA PROFETA SCRIPTUM ADSERAT?

Non potuit latere Marcum, quid scriberet; nec enim expers erat lectionis, qui ab infantia diuinis litteris imbutus exerci-

15 Rom. 9, 5 20 (Mal. 3, 1) Marc. 1, 2

def. *P* 1 iunxit *N* 4 photini *C* 6 deus *M* filius uerus *N* 7 nullum *C* 10 subbiciendo *M* 11 Enos] nos *MN* eos *X* 14 dicatur (*corr. m2*) *M* dicuntur *X* 15 quorum] coram *C* 18 dei *om. NX* esse] esset *CNF* nuncupatur *om.* (*add. m2*) *N* 19 hoc] hoec (*alt.* c *exp.*) *M* *om. GA* malahie (a *add. s.* e) *C* 20 scirtum *M* 21 prepararet *M* 22 scriptum adserat] scriptum adseret *C, N* (*corr. m. rec.* adserit), *FB* adiseret scriptum *G*, (a *exp. et eras.*) *A* 24 potest *N* quod *G, B* (*corr. m2*)

tatus erat in lege, maxime cum apostolos sit secutus. sciens autem omnia ad auctorem referenda dicta, haec ad Esaiam reuocauit, qui sensum istum prior intimauerat dicens: uox clamantis in deserto: parate uiam domino, rectas facite semitas dei nostri. denique post uerba Malachiae statim subiecit euangelista dicens: uox clamantis in deserto, ut iungeret uerba utriusque profetae ad unum sensum pertinentia sub prioris profetae persona.

LVIII. QUA RATIONE NEGAT SE IOHANNES CHRISTUM SCISSE ANTE BAPTISMUM, CUM UENIENTI EI AD BAPTISMUM DICAT: 'EGO A TE DEBEO BAPTIZARI, ET TU UENIS AD ME?' QUO MODO IGNORABAT EUM, QUEM PROHIBUIT, HUMILIANS SE EI?

Tanta sanctitate praeditus est etiam ab ipsis cunabulis Iohannes, ut nec falli nec fallere credatur nec dominum suum, qui eum in utero per spiritum sanctum inluminauerat, nescire. ac per hoc uerum est, quia et descendente in eum spiritu agnouit eum et, priusquam ad baptismum ueniret, non ignorauit eum. sciebat enim eum, sed an ipse esset, qui donum dei patribus repromissum ministraturus esset, nesciebat, hoc est, quod tunc se didicisse profitetur, cum uidit in eum spiritum descendisse. sic enim se a deo instructum dicit Iohannes: super quem uideris, ait, spiritum descendentem et manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. hoc etiam apostolus contestatur: dico

3 Esai. 40, 3. Marc. 1, 3 9 cf. Ioh. 1, 31. 33 11 Matth. 3, 14 18 cf. Ioh. 1, 34 23 Ioh. 1, 33 25 Rom. 15, 8

def. P 1 apostolus *MG*, *A* (*corr. m2* apostolum) 3 intimarat (*corr.*) *C* 4 parete *M* 7 derto *N* 8 priores *C* 9 iohannis *CG* 10 scisce *M* scire *C* 11 debeo a te *GA* 12 eum] cum (*rubr.*) (*corr. atr.*) *M* 14 praedictus *C* cunabilis *C* 15 iohannis *N* (*corr.*), *F* fallere] fallare *C* 20 nec sciebat *C* 21 est] est se (se *eras.*) *C* se *om. X* 22 se] si *M* iohannis *CF*

enim, inquit, Christum ministrum fuisse circumcisionis pro ueritate dei ad confirmandas promissiones patrum. hoc est in quo nesciebat dominum Iohannes; quamuis enim magnificentiam eius non ignoraret, hoc tamen latuit eum, quia per ipsum fides Abrahae implenda erat.

LVIIII. SI BAPTISMUM CAELESTE MYSTERIUM EST, CUR NICODEMO, CUM DE BAPTISMO DUBITANTI LOQUITUR DOMINUS: 'SI TERRESTRIA,' INQUIT, 'DIXI UOBIS ET NON CREDITIS, QUO MODO, SI DIXERO CAELESTIA, CREDETIS?'

1. Qui baptismum putat carnali ratione consistere, hic non est spiritalis; nec donum caeleste poterit consequi, qui se non per aquam, sed per fidem inmutari non credat. aqua enim cernitur, sed qui non uidetur spiritus operatur, ut fides in eo sit. quia sicut sordes corporeas aqua, ita spiritus animam abluit a peccatis, ut quo modo uisibilia uisibilibus, ita et spiritalibus prosit spiritus. ac per hoc spiritalis ratio uertitur in baptismo. plus est enim ibi quod auditur quam uidetur.

2. Cum hinc ergo Nicodemus carnali constrictus ratione dubitaret, saluator, ut eum ad fidem adtraheret, exemplo usus est congruo. ut ad rem inuisibilem firmandam uisibile daret exemplum, quod solo auditu consistit, non uisu; et non negatur, et est tamen terrenum, quia mundi rem operatur. ait ergo dominus ad Nicodemum suadendo illi: spiritus ubi uult spirat, et uocem eius audis, sed nescis unde ueniat uel quo eat; sic est omnis qui renascitur ex aqua

8 Ioh. 3, 12 12 cf. Hebr. 6, 4 24 Ioh. 3, 8

def. *P* 3 iohannis *CF, A* (*corr. m2*) 6 baptismum *M* 7 nichodimo *C, N* (*corr. atr.* nichodemo) nichodemo *X* 9 si *om.* (*add. s. l. atr.*) *M* dixero] *add.* uobis *NGA* 10 creditis *X* 11 carnale *G, A* (*corr. m2*) 13 sed] sed (*corr.*) *N* 18 quam] *add.* quod *C,* (*s. l.*) *N* 19 instructus *N* 20 ut eum] autem *X* 22 uisi *M* uisum *N* 23 tamen *om.* (*add. s. l.*) *N* mundo *C* 26 uel quo eat] et quo uadat *GA*

et spiritu sancto, ut quo modo uox uenientis spiritus. id est uenti, auditur quidem, non autem uidetur, sicut dictum est, sic et ratio baptismi auditur quod dicatur, non tamen quo modo per spiritum fit uidetur; auditur tamen cum quid futurum est ab eo, qui uerba insinuat, praedicatur, ut fieri credatur quod auditur, non tamen ratio facti reddatur.

3. Cum autem nec per exemplum Nicodemus duceretur ad fidem, tunc audit a saluatore: si terrestria, inquit, dixi uobis, et non creditis, quo modo, si dixero caelestia, credetis? ista uerba terrena dixit, quae ad exemplum protulit, hoc est: 'si per rationem terrenam', inquit, 'exempli dati, spiritus uenti, non creditis posse fieri, quia quo modo fiat non uidetur, qui fieri poterat, ut, caelestia si darem exempla, quae utique nescitis, crederetis?' potest enim homini suadi quod nescit, per id quod scit; ut puta, deus dicit de Christo, quod filius eius sit uerus, quod quo modo sit, conprehendi non potest; per id quod autem scimus secundum carnem quo modo sint filii. credimus ideo deum dixisse: 'Christus filius meus uerus est', ut de semet ipso illum esse significaret. hoc modo et saluator rem, quae nec uerbis nec animo explicari potest, per id quod sensibile est et auribus auditur, uoluit commendare, hoc est. per exemplum spiritus, qui est uentus, quem et sensibilitas capit et auris audit, sed unde ueniat nescit, factum spiritus sancti, quod capi non potest, uoluit facere credibile.

4. Sed et in Actibus Apostolorum eodem modo legitur:

8 Ioh. 3, 12 15 cf. Matth. 3, 17. Marc. 1, 11. Luc. 3, 22

def. P 1 ut quo modo *pleonastice dictum* 5 est.. *C* 6 quod *M* 9 dixero] *add.* uobis *GA* creditis *C*, *N* (*corr. m. rec.*), *X* (*corr. Am2*) 11 *post* spiritus *add.* id est *m. rec. s. l. N* 13 qui *scripsi* quin *MNX* qui in *CF* si darem caelestia *N* 14 crederetis—nescit *om.* (*add.*) *M* crederitis *C* hominis suadi *M* hominis uaderi (*corr. fort. m2*) *C* 15 dixit *GA* 16 eius.. *C* per id quod autem] *cf. Study of Ambrosiaster p. 77* 19 saluator rem] saluatorem *CX* 20 explicare *X* quod] ut *C* 21 auditor *C* (*corr. m2 fort.*), *N* (*corr. m. rec.* auditorum), *F* 22 uenturus *X* sensibilitas (i *tert. in ras.*) *M* 23 capit (*corr.*) *C* 25 et] det (*corr.*) *C om. X*

et factus est, inquit, subito de caelo sonus tamquam aduenientis spiritus ualidi et repleuit totam domum et cetera. ecce aperte exemplo uenti spiritum sanctum insinuat ita de caelo aduenisse et sonuisse, quem ad modum ualidus uentus super terram. nam et Hieremias uentum spiritum uocat dicens: uentus spirat in omni regione. qui propterea quod in hoc mundo est et per diuersa circumfertur loca, unde ueniat uel quo eat, nescimus. spiritus autem sanctus de caelo uenit, sicut legimus, ut credentes inluminet.

5. Quo modo ergo quibusdam uidetur de spiritu sancto saluatorem dixisse: spiritus ubi uult spirat et uocem eius audis, sed nescis, unde ueniat uel quo eat. cum constet exempli causa locutum haec saluatorem? denique subiecit: sic est, inquit, omnis qui renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. quid tam apertum, quia spiritum uentum significauit? sed ideo putant non uentum significatum, quia ait: ubi uult spirat, quasi non omnis creatura e lege sibi posita arbitrio remissa sit proprio. et nos enim imus et facimus, quod uolumus, agentes sub lege. quare et rationem praestabimus aut possibile putatur et nec stultum uidetur, ut effectum uolens sancti spiritus insinuare illum ipsum daret exemplum. igitur omni genere quaestionem solutam arbitror.

1 Act. 2, 2 6 Ep. Hier. 60 12 Ioh. 3, 8 15 Ioh. 3, 8

def. P 1 tamque *C* 3 aperti *C* aperto *N* exemplum *N* 6 uetus (*ut uid.*) *M* uentum *C* 7 qui] qua *G, A* (*corr.* quia *add.* i *s. l.*) quod (u *eras.*) *N* modo (*corr.*) *C* 9 sicut] sic et *CNX* 13 ueniet *C* uenia (*corr. m2 add.* t *s. l.*) *N* uel] et (*corr.* uel) *C* 14 constat *M* 18 ait] aut *N* omnis creatura e *Engelbrecht* omnes creaturae *MC, N* (*corr.* omnes creatura), *FB* omnis creatura *GA* 19 pro proprio (*eras. pr.* pro) *N* imuss *M* 22 ut] et *X* insinuaret *G.* (t *exp.*) *A*

LX. SI 'LEX ET PROFETAE USQUE AD IOHANNEM', QUO MODO SALUATOR AD SACERDOTES MITTIT OFFERRI MUNERA PRO EMUNDATIONE LEPRAE?

Hoc quidem non fuit temporis, sed ad condemnationem factum est Iudaeorum, ut, cum ueritatis culmen meliorati temporis non intellegerent ad lucrum salutis suae factum. inclinaret se ueritas ad accusationem eorum. cum enim uelut inimicum legis haberent saluatorem, quia misericordiae causa ab onere illos legis uolebat liberare, sicut praedictum erat ab Hieremia profeta — ait enim inter cetera: et dabo illis testamentum nouum, non quale dedi patribus eorum —, tunc saluator, ne inimicus, sicut putabant, appareret noua praedicans, eum, qui mundatus fuerat a lepra, ad sacerdotes misit offerre munera pro emundatione sua, sicut praeceperat Moyses. et ut ad accusationem eorum hoc proficere testaretur, in testimonium, inquit, illis, ut in iudicio haec res contra illos testis esset, qui saluatorem inimicum legis dicebant. hoc secutus est et apostolus Paulus. cum enim praedicaret iam non oportere circumcidi, ipse Timotheum circumcidit propter scandalum Iudaeorum — maluit enim rem superfluam facere, quam tumultum excitari a falsis fratribus —, quod quidem errori profecit Iudaeorum. satis enim eis factum est ad horam, per quod in perpetuum errarent.

1 Luc. 16, 16. cf. Matth. 11, 13 2 cf. Matth. 8, 4. Marc. 1, 44. Luc. 5, 14 10 Hier. 38 (31), 31. 32 14 cf. Leu. 14, 1—4 16 Matth. 8, 4. Marc. 1, 44. Luc. 5. 14 18 cf. Act. 21, 21 etc. 19 Act. 16, 3

def.P 2 ad] et (*corr.*) *C* offerre *X* 3 munere (*corr.*) *C* pro] post *uel* per *C* mundatione *C* 4 contemnationem (*corr.*) *C* 5 melioratis *N* (*corr.*), *X* (*corr. Am2*, *B*) 9 honere *C. A* (*exp. et eras.* h), honore *G* (*corr.*), *B* (*corr. m2*) lege *N* liberaret (*corr.*) *C* 10 hieremie *C* prophetęa *C* 12 nouam *GA* 14 munere *C* praeciperat *CG* 15 moysis *M* praeficere *N* 16 res contra] uestra *C* 19 circucidi *M* ipsi *C* 20 superfluum *C* 21 quam tumultum] quantum multum *C* a *om. N* 22 proficit *CX*

LXI. QUID EST UT IUDAEIS DISCIPULOS ACCUSANTIBUS, EO QUOD SABBATUM UIOLARENT. SPICAS MANIBUS CONFRICANTES ET COMEDENTES, SALUATOR EXEMPLUM DAUID PROFERRET, QUIA MANDUCAUIT PANES, QUOS NON LICEBAT EI MANDUCARE NISI SOLIS SACERDOTIBUS, PER QUOD NON UIDENTUR EXCUSARI. SED SIMUL CUM DAUID REI FIERI, QUIPPE CUM NEC SABBATIS FECERIT HOC DAUID?

1. Saluator hypocrisin Iudaeorum multis uult exemplis arguere maiora ostendens admissa in lege et nullum ausum fuisse accusare, ut non solum semel et iterum sabbatum in lege uiolatum monstraret, uerum etiam sacerdotalem panem ipso sacerdote concedente praesumptum inlicite et, quod maius est, a sublimi auctoritate uiris. primus enim Iesus Naue diuino praecepto sabbatum non seruauit, quo facto muri Hiericho ultro ceciderunt. quantum profuit sabbatum non custodisse, sed fidem! et Machabaei, cum prius caesi fuissent. sabbatis dimicarunt et de hostibus triumpharunt et sacerdotes, ut dominicis caerimoniis inseruirent, in templo sabbatum contemnebant. Dauid autem iam unctus in regem. postquam dei uirtute interfectum armis spoliauit allofilum in itinere positus, necessitatem famis passus a sacerdote panem accepit. quem non illi licebat manducare — sed excepta necessitate non licebat; licitum autem erat, si necessitas exegisset —; denique sacerdos uidens necessitatem non negauit et Dauid a deo electus sine cunctatione accepit.

1 cf. Luc. 6, 1—4. Matth. 12, 1—4. Marc. 2, 23—26 14 cf. Ios. 6, 15. 20 17 cf. I Mach. 2, 38—44 18 cf. Num. 28, 9. 10 20 cf. I Reg. 21, 6 (7)

def. *P* 1 ut *om. FB* 3 confrigantes *MNFB* confringentes *CGA* 5 dicebat *M* 6 uidemur *M* 8 sabb *M* 9 hypocrisin] pocris sin *F* procrissin *X* 10 nullam *M* 14 iesu *C* hiesus *GA* 15 praecepta *M* 17 primus *FB* primis *GA* 18 dimicauerunt *X* triumphauerunt *X* 21 armis] carnis *X* espoliauit *F* ex(s)poliauit *X* alophilum *NFG* 22 accipit *CGA* 24 liticum *M* exigisset *GA* 26 contagione *GA* accipit *C* acceperit *N*

2. Talis causa est et sabbati, quare et circumcidi in sabbato non prohibetur. haec enim, quae periculosa non sunt, sic seruanda mandata sunt, ut non obsit, si ex necessitate fuerint admissa, quia non ad salutem, sed ad reuerentiam mandata sunt. illud autem quod omnino non licet semper non licet nec aliqua necessitate mitigatur, ut admissum non obsit. est enim semper inlicitum quod legibus, quia criminosum est, prohibetur. superiora autem illa, quae diximus aliquando licere, talia sunt, qualia ieiunia legitima, quae in necessitate soluta non faciunt reos, si stomachi fuerit causa aut infirmitas febrium. haec igitur scientes dolosi Iudaei discipulos accusabant, quasi sabbatum uiolarent, sicut supra dictum est. saluator autem noluit illis de tempore impletae legis praeiudicare, ne plus ad insaniam prosilirent, sed de praeterito, unde sabbatum uindicandum magis putabant, calumniosos illos ostendit, et non solum in sabbati causa, sed et in sacerdotali pane confusi sunt, sicut supra ostensum est.

LXII. QUID EST UT OCCISIS FILIIS LIAE, QUI ERANT EX TRIBU IUDA, RACHEL FILIOS SUOS PLANGERE DICATUR?

Quantum ad historiam pertinet, Rachel filii tribus Beniamin porro olim pro maleficiis propriis, operibus scilicet Sodomitarum, et stupro, quod in concubinam uiri Leuitae gesserant, a reliquis tribubus extincti et erasi sunt. quam ob rem consolationem recipere uelle negatur sciens nullam spem

2 cf. Ioh. 7, 22 18 cf. Matth. 2, 18 (Hier. 38 (31), 15) 23 cf. Iudd. 19 et 20

def. P 2 qui *FB* periculosa non sunt] periculosi (*corr. m2*) *M* sic] hic *C* 3 obsunt *M* 7 perhibetur *X* 8 liceret *CNF* talia] ita alia *N* 10 aut] autem *M* 11 dolore *C* dolose *NX* 13 praedicare *N* 16 sed et *om. M* 18 LXIII *M* luce *M* 19 plangire *M* 21 storiam (*corr.* istoriam) *C* 23 sedomitarum *C* quid *C* 24 quam (*m2 in ras.*) *M* 25 re *M* consulationem *N*

eorum qui perisse noscuntur. filii autem Liae in primaeuis annis in saluatoris causa occisi sunt, unde horum causae planctum non nult adscribi, quia et innocentes occisi sunt et propter deum, a quo sine dubio mercedis gratia aeterna uita donati sunt. quapropter planctum Rachel filiis conpetere, qui et in praesenti et in futuro erasi sunt, illi autem carnaliter plancti spiritaliter consolati sunt; filii autem Rachel carnaliter conuersati flammis spiritalibus consumentur. idcirco autem Liae filiis occisis adimpletum planctum Rachelis euangelista testatur, quia tunc plangere filios suos coepit, quando filios sororis suae in tali causa uidit occisos, ut aeternae uitae heredes exsisterent. cui enim aliquid aduersum euenit ex felicitate alterius, infausta sua miserius luget.

LXIII. QUA RATIONE MAGI CHALDEI PER STELLAE APPARENTIAM CHRISTUM REGEM IUDAEORUM NATUM INTELLEXERUNT, CUM STELLA INDICE TEMPORALIS REX SOLEAT DESIGNARI?

Hi magi Chaldei non maliuolentia astrorum cursum, sed rerum curiositate speculabantur. sicut enim datur intellegi. traditionem Balaam sequebantur, qui cum arcessitus esset a Balaac ad maledicendum populum dei, diuino nutu benedicere coepit. ex huius ergo relatione conpertum habebant futurum dei prouidentia ex Iacob qui regnaret. hic enim, quod non est occultum, profetauit dicens: orietur stella ex Iacob et cetera. istam ergo traditionem magi secuti uidentes stellam

14 cf. Matth. 2, 2 20 cf. Num. 24, 10 24 Num. 24, 17

om. P 1 in primaeuis annis] in primaeius annis *MG* in prima euis annis *C*, (anis) *F* 2 eorum *CNG* causa *C* 3 occisunt *N* 4 a quo] aliquo *X* donate *C* 6 planctis *CN* plancti isti *X* 8 spiritibus *M* consummentur *MC* 9 euangelistę *M* 12 cui] qui *C* cum *N* 16 intellegerunt *M fort. recte* stellam (m *partim eras.*) *M* 17 rex] re *M* lex *C* solet *G*, (*corr.*) *A* 18 hii *MCFG* chaldei magi *GA* cursuum *C*, (*corr.*) *N* 20 arcersitus *FG*, *A* (?) (*corr. m2* accersitus) a] ad *N* 22 relationem *C* (*corr.*). *F* fructum *N* 24 stell. *M* 25 magni *M* stella *C*

extra ordinem mundi hanc esse intellexerunt, quam Balaam futuram indicem regis Iudaeorum profetauerat, quod quidem factum contra inimicos religionis est. inde enim testimonium accepit unde solet inprobari; astrologi enim inimici sunt ueritatis.

LXIIII. QUO MODO PROBATUR POST TRES DIES ET NOCTES RESURREXISSE EX MORTUIS SALUATOREM?

1. In hac causa si numerum per ordinem dierum et noctium requiris, effectum intellegentiae non habebis, quia et Moyses XL diebus et XL noctibus ieiunauit et non tamen integer numerus inuenitur. quando enim per diem ascendit et per diem descendit, omnem utique numerum non impleuit, sed quia, ubi dies est, conputatur et nox et, ubi nox est, conputatur et dies, ut a parte ad totum XL dies et XL noctes dicuntur. ita est et quod dixit saluator, ut, quia tres noctes sunt, tres accipiantur et dies. est enim nox, ne nouum aut contra rationem forte uideatur, ut cum nox ex die pendeat. nam ante lucem factam, ex qua appellatus est dies, quam uesperum, quem sequitur nox, institutum minime dubitatur.

2. Quod passio dominica a nocte sumere adseueratur initium, non absurdum est; nam sicut lux, id est dies, imago uitae est, ita nox similitudo mortis est, id est tenebrae, sicut in scripturis euidenter ostenditur, id est: filii lucis et e contra: tenebrarum. nec mirum si, cum ubique dies nocti et lumen tenebris, hic solum quae sunt sequentia anterioribus praepo-

6 cf. Matth. 12, 40 9 cf. Ex. 34, 28 23 I Thess. 5, 5 etc.

def. P 2 profectauerat *M* 3 relegionis *CF* 4 accipit *C* 7 resurrexse *M* resurrexisse *N* 9 moses *M* 10 et *ante pr.* XL *add. GA* 11 diem] die *C* diem (*corr. m. rec.* dies) *N* dies *FB* 13 conputatur—est *om. C* et *pr. om. CNG* conputatus *C* 14 a parte] adparte (d *exp.*) *M* aperte *CB* ad *om. GA* 15 ut] et *N* 16 accipiuntur *GA* 17 ut cum *idem quod* uelut si 21 est *pr. om. CNX* uita *C* 22 sicut enim *GA* 23 euidentur *C* 25 praeponuntur *X*

nantur, uel quod in tali causa rerum ordo confunditur et mutatur, ut antesignana mortis nox magis quam dies esse uideatur — ideo etenim a nocte initium sumitur —, qui non aliter principi tenebrarum nisi per noctem potuit subintrari, et ut aliquatenus dominus lucis, id est aeternae uitae, principi tenebrarum siue mortis subiectus esset ad tempus, quatenus et praeteritos et post futuros a morte liberaret. nam non esset mors penitus uacuata nec umquam tenebrarum caligo discussa, si dominum non uidisset. subintrante etenim tanta luce secretum mortis, in quo dominabatur, euanuit, nec penitus uinci potest, nisi qui uel per sua uel in suis capitur. recte igitur in tali negotio tantum modo nox optinet principatum, ita ut amitteret potestatem. et ut Iudaei in perpetua non credentes nocte remanerent nec auctor dies tanti sceleris, immo sacrilegii, sed nox fieret, praecedenti nocti contra rerum seriem subditur dies, sicut deus et dominus omnium rerum principi nefariae mortis, ut omnes a mortis laqueis explicaret.

3. Quod si cui adhuc forte uidetur esse contrarium, diligenter aduertat, ne incipiat illud durius aestimare, quod deus se personam induens serui, non dicam hominis, morti dederit. quid ergo hic ordinem quaeris, ubi omnia uideas esse contraria? quae est enim lux, quae fuit in tenebris, et tenebrae eam non conprehenderunt, qua conprehensus est? qui enim scit se ad hoc conprehendi ut feriatur, tempus illud in mortem conputat. est et dies sequens qua auditus et cruci fixus est; est et nox quae cadit in sabbatum; est et ipsum sabbatum;

17 cf. Ps. 17, 6 19 cf. Phil. 2, 7 22 cf. Ioh. 1, 5

lf.P 1 confundetur *N* 2 antesignana *Turner* ante signa nam *codd.* 3 a nocte] *om.* (*add. s. l. m2*) *N* ante *GA* qui (*corr.* quia) *A* 4 subintrare *N* 8 uocata (*corr. m2*) *N* caliga *C* 9 subintrantem *N* 11 capitur] incapitur *CNF* ∘capitur *B* 13 ammitteret *FB* perpetuo *C* 14 sceleris immo] scelerissimo *N* 15 praecedente nocte *GA* noxti (*corr.*) *C* 16 syriem *FB* deus] dies (*corr.*) *M* 17 expraelicaret (rae *eras.*) *M* 19 durus *C* se] se in (in *eras.*) *C* 20 dederit] dediderit *FB* se dederit *GA* 21 hic ergo *GA* 23 quia *X* 26 est *pr. om. C*

est etiam uesper post sabbatum — hoc est quod Iudaeis a Moyse praeceptum est in figura, ut uespere intrarent in sabbatum —, in quo dominus resurrexit, qui conplectitur diem dominicum, quia nox non inputatur sine die neque dies sine nocte. hac ratione post tres dies et tres noctes dominus resurrexit.

LXV. SI UNO ORE ET RATIONE EUANGELISTAE LOCUTI SUNT, QUO MODO FACTUM EST UT TRIBUS DICENTIBUS, ID EST MATHEO, LUCA ET IOHANNE, QUIA SEXTA HORA CRUCI FIXUS EST DOMINUS, MARCUS E DIUERSO TERTIA HORA CRUCI FIXUM DICAT SALUATOREM?

1. Obscuris uera inuoluere non est bonum. nam tres euangelistae unum sensum habuerunt, Marcus autem rem, quae ab istis praetermissa fuerat, uoluit intimare sciens necessariam. nec enim falli posset, qui auctorum exempla secutus ea quae scripsit magna deuotione et industria didicit et nec sine sancto spiritu fuit. quid ergo ex hoc ostendere uoluit, debet absolui. contuendum itaque est, quia non a Pilato, sed a Iudaeis saluator cruci fixus est. quantum autem ad leges Romanas pertinuit, innocentem pronuntiauerunt saluatorem. ait enim Pilatus Iudaeis: ego nullam inuenio causam in eo et dicentibus eis: cruci fige eum, respondit: quid enim mali fecit? denique persistens et uolens educere eum de manibus eorum, calumniam passus est dicentibus eis: si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. omnis enim

2 cf. Leu. 23, 32 9 cf. Matth. 27, 45. Luc. 23, 44. Ioh. 19, 14 10 Marc. 15, 25 22 Ioh. 18, 38. 19, 4. 6 etc. 23 Ioh. 19, 6. Matth. 27, 23. Marc. 15, 14. Luc. 23, 22 25 Ioh. 19, 12

def. *P* 10 cruci•fixus *M* 12 obsecuris *M* uera] falsa *G* uera (*corr.* falsa) *A* 13 abuerant *M* 14 fuerant *GA* imitare *X* 15 auctorem *X* secutis (*corr.*) *M* 16 magne *C* 17 spiritu sancto *GA* 23 male *M* (*corr.*), *CFG* educere] se (*corr.* e) ducere *C*

qui se regem facit, contradicit Caesari. sic factum est ut traderet eum iudicio illorum. sententiam ergo non dedit Pilatus, sed Iudaei.

2. Denique praemoniti sunt, inquit, a principibus sacerdotum, ut dicerent: cruci figatur. hanc sententiam tertia hora datam uult intellegi, in qua assiduis uocibus perdurantes, interuallo tamen horarum fere trium, quibus itum et reditum est ab Herode, cruci fixerunt saluatorem. omnis enim qui addicitur, ex eo iam mortuus conputatur, quo sententiam excipit. manifestauit igitur Marcus, quia non iudicis sententia cruci fixus saluator est. difficile est enim innocentem probare eum, qui sententia iudicis punitur. discordare ergo se passus in uerbo est, ut doceret tertia hora coeptum esse, quod sexta hora impletum est, non legibus, sed persistente maliuolentia Iudaeorum.

LXVI. MARCUS EUANGELISTA DAEMONIA COGNOUISSE AIT ET PROFESSA ESSE IESUM, E CONTRA AUTEM APOSTOLUS PRINCIPES ET POTESTATES HUIUS SAECULI NEGAT COGNOUISSE DIUINITATEM DOMINI IESU. DICIT ENIM INTER CETERA MARCUS: 'SCIEBANT ENIM IPSUM ESSE'; APOSTOLUS UERO: 'QUEM NEMO', INQUIT, 'PRINCIPUM HUIUS SAECULI COGNOUIT; SI ENIM COGNOUISSENT, NUMQUAM DOMINUM MAIESTATIS CRUCI FIXISSENT.' SI DAEMONIA SCIEBANT, QUO MODO PRINCIPES IGNORABANT?

1. Quibusdam uidetur 'principes huius saeculi' maiores Iudaeorum significasse, quasi iuxta quod Petrus apostolus dixit:

1 cf. Ioh. 19, 16 cf. Matth. 27, 20. Marc. 15, 11 5 Matth. 27, 23 20 Marc. 1, 34 21 I Cor. 2, 8

bf P 1 cessari (*corr.* cesari) *C* 3 iuda *FB* 4 promoniti *MG* praemoti *C* 5 hanc] ac *C* 6 datum *C* 7 redditum *MG, A* (*exp. et eras. pr.* d) 9 adicitur *M* mortuos (*corr.*) *C* excepit *NX* 12 ponitur *CFB* 13 quod] ut *C* 14 maliuolentia iudaeorum (uolentia iu *in ras.*) *N* 18 saeculi] est *add. C* 27 iuxta ..... *N*

scitis enim, inquit, fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sicut et principes uestri. ergo Iudaeorum erant principes, non tamen huius saeculi. 'principes' enim, ait, 'uestri', non saeculi, quippe cum dixerint regem se habere Caesarem, sub cuius fuerant redacti potestatem. sunt autem isti hi principes, quos alio loco significauit apostolus dicens: non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates, aduersus huius mundi tenebrarum harum rectores. recte ergo quaeritur. si enim isti non cognouerunt Iesum, quo modo poterat fieri ut daemonia agnoscerent eum?

2. Sed aliud est quod cognouisse in Christo daemones dicit, et aliud quod huius saeculi principes negat agnouisse. nam daemonia sciebant quidem ipsum esse, sed qui per legem fuerat promissus. omnia enim signa uidebant in eo, quae dixerant futura profetae, et quod ex semine Dauid de uirgine uenturus esset redemptor Israhel: mysterium autem diuinitatis eius ignorabant, sicut et principes eorum. denique quaerit. quamuis captiose, diabolus a saluatore dicens: si tu es filius dei et cetera. uidens enim aliquando diuinam uirtutem, aliquando hominis infirmitatem ambigens quid uerum esset. torquebatur. concordant igitur scripturae secundum ea quae reuelata sunt. inpossibile est enim discordare unius spiritus uiros.

1 Act. 3, 17 4 cf. Ioh. 19, 15 7 Eph. 6, 12 19 Matth. 4, 3. Luc. 4, 3

def. P 3 ergo] esto *M* 4 dixerunt *X* 5 potestatem (m *exp.*) *G* potestate *A* 6 hii *CX* 8 aduersus ..... *N* 9 tenebrarum harum rectores] rectores tenebrarum harum rectoris (rectoris *add. postea m1*) *C* rectores tenebrarum harum *GA* 13 cognouisse *CNX* 16 dixerunt *X* prophetae futura (*corr.*) *N* 21 esse *M* 23 reuelatę (*corr.*) *C*

LXVII. QUID EST QUOD IN CRUCE POSITUS SALUATOR AIT: 'PATER, IGNOSCE ILLIS; NON ENIM SCIUNT QUID FACIUNT'? SI NESCIUNT, QUID EST QUOD IGNOSCITUR, MAXIME CUM DICAT REX ABIMELEC AD DEUM: 'NUMQUID GENTEM IGNORANTEM PERDES?'

Non omnis ignorans inmunis a poena est. ille enim ignorans potest excusari a poena, qui a quo disceret non inuenit; istis autem hoc ignosci petit, quia habentes a quo discerent operam non dederunt. huius modi non licet ignorare: accipient ergo ueniam si conuertantur.

LXVIII. ORANDUM UTIQUE PRO INIMICIS DOMINUS DOCUIT: QUID EST UT CONTRA ANIMAE OCCISORUM ULCISCI SE PETANT DE DEO POSTULANTES UINDICTAM?

1. Sic animae occisorum clamant uindicari se postulantes, sicut sanguis Abel clamauit de terra. causae ergo sunt quae clamare dicuntur, cum loqui non possint. sanguis enim effusus quid aliud quam uindicari se postulat, clamans non uoce, sed ratione? nam et opus opificem laudare dicitur per hoc ipsum quod uidentem se oblectat. non enim tam inpatientes sunt sancti, ut urgeant fieri quod sciunt tempore praefinito futurum, quod nec anticipari potest nec differri. sed hoc dicto ostendere uoluit uindicaturum deum sanguinem sanctorum suorum, ne, quia tam patiens nunc uidetur, inultum putaretur impium

2 Luc. 23, 34 5 Gen. 20, 4 11 cf. Matth. 5, 44. Luc. 6, 28 12 cf. Apoc. 6, 10 16 cf. Gen. 4, 10 19 cf. Ps. 144, 10

LP 1 •• est *M* 4 abimalech *C*, (*corr. m2* abimelech) .*B* abimelech *NX* 7 qui a quo disceret] qui quos disceret *M* qui quod disceret *C* quia quod sciret *X* 8 isti autem ignosci petierunt *GA* haec *FB* 9 accipientes *C* accipiant *GA* 12 quid est ut contra *om. C* animae•• *C* 13 de] et *C* 17 possunt *M, G* (*corr.*) 20 oblectet (*corr.*) *N* impatienter *M* 23 uoluit uoluit (*alt. exp.*) *N*

bellum, quod contra sanctos geritur, ut et terrorem incutiat persequentibus dei seruos et exhortaretur pro se patientes. releuatur enim anima patientis, quando uindicari se audit a potente. prae se enim fert, si mortem suam audiat iudici displicere; tunc enim pro certo habet innocentem se esse. et deus quidem misericors et patiens est, sed moderate. expectat enim ut impii credant et peccatores emendent; si quo minus, plectentur, quia dei longam patientiam contemserunt.

2. Cuius rei exemplum etiam tempore misericordiae praedicatae ostendit, ne non patiens, sed insensibilis, et quem neque dolor alicuius neque pietas commouere uideretur. hinc est unde ait per profetam: tacui; numquid semper tacebo? et dominus: numquid non faciet, inquit, deus uindictam seruorum suorum clamantium die ac nocte? sic utique clamant, sicut supra diximus. si quis ergo Christianus ad tempus uindicet non acerbe neque cum sanguine, non peccat; melius tamen fecerit, si dimiserit iudici deo.

LXVIIII. SI IAM PRAEDICANTE IOHANNE AUT SALUATORE LEX CESSAUIT, QUO MODO SALUATOR AIT: 'NON UENI SOLUERE LEGEM AUT PROFETAS, SED ADIMPLERE'? SI ENIM PROHIBITA EST, QUO MODO NON SOLUTA EST, QUAE AGENDI AMISIT AUCTORITATEM?

1. Omnia quae de Christo dicta sunt, adimpleta sunt. et ipse dominus sic adimpleuit legem et profetas, cum omnia, quae-

12 Esai. 42, 14 13 Luc. 18, 7 18 cf. Matth. 11, 13. Luc. 16, 16. 19 Matth. 5, 17

def. P 1 et *om. M* incutiens *C* 2 et *om. FB* releuatur *X* 3 animas *codd.* (*corr. CNGB*) patientes *C* (*corr.*), *X* audit a] audita a (*corr.*; a *tert. est in ras.*) *C* 5 innocentem se] innocentem *C* et innocentem *X* 6 expectant (*corr.*) *C* ** expectat *N* 8 contempserunt *NX* 9 praedicatae] praedicat et *GA* 10 patientis (*corr.*) *M* 14 sic] sicut *C* 16 aceruet *GA* acerbet *B* (t *exp.*) 19 lex *om. C* 22 austorem *M* 24 impleuit *X* quaequae *N* quequae *C*

que de se scripta sunt, fecit nec dissoluit aliquid, sed confirmauit. lex enim et profetae usque ad ipsum. profetae enim de ipso locuti sunt; ideo ultra illum quae ab his de hoc dicta sunt tendi non possunt neque post ipsum aliqui huius modi profetae repperiri potuerunt, quia neque habent de quo dicant, et de quo dicebant iam uenit. omnia etenim uoluminibus suis complexi sunt, et incarnationem et conuersationem et passionem et resurrectionem et diuinitatis manifestationem et futurum eius iudicium reuelarunt, ac per hoc cessauerunt profetae impleto opere dispensationis.

2. Lex autem duplici modo cessauit, nec quidem tota; nam et id quod cessauit poterit manere, si seruetur condicio. aliud enim cessauit in sententia, aliud in ipsa lege. praedicante Iohanne baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum cessauit sententia legis, quae reos tenebat peccatores, cessauerunt etiam onera legis, quae ad duritiam cordis Iudaici fuerant data in escis, neumeniis, mustelis. misericordia enim adueniente cessauit uindicta. sed onera legis in perpetuum cessauerunt, sententia uero his cessat et aboletur, qui permanent in beneficio consecuto. his autem qui redeunt ad hominem ueterem refricatur legis auctoritas, quia inmemores beneficiorum redeunt sub sententiam legis.

3. Circumcisio uero et sabbatum usque ad id tempus ualuit, quo nouae legis praedicaretur mandatum. sic enim data sunt, ut adueniente lege fidei cessarent. unde dicit apostolus: finis legis Christus. nam et Danihel hoc significat, cum de

2 cf. Matth. 11, 13. Luc. 16, 16 13 cf. Marc. 1, 4. Luc. 3, 3 16 cf. Leu. 11, 29 20 cf. Rom. 6, 6 etc. 25 Rom. 10, 4 26 cf. Dan. 9, 24—27

def. *P* 2 *alt.* profatiae *M* 4 tenti *C* 5 repperiri (*corr.* repperi) *C* reperiri *NF* 6 dicebant] dicebatur *CNX* 9 eius‥‥ *N* 11 nec] non *GA* neni (*corr.* non) *B* 12 manere (ma *in ras.*) *C* permanere (per *eras.*) *N* 17 in escis] nescis *CN* numeniis *MC* multelis (*corr.*) *M* 20 rediunt *CF* 21 refrigatur *C* qui *C* immores (*corr. m2*) *M* beneficiorum dei *GA* rediunt *CF* 23 et] ad *C*

aduentu domini et temporibus ebdomadum profetat, quia et crisma et iudicium et sacrificium et ipsa ciuitas cessatura erat. spiritale enim aduenientе lege necesse erat cessare carnalia. tunc enim ex parte corporis seruiebatur deo, nunc ex parte animae; pridem uisibiliter, modo inuisibiliter; tunc in carne, nunc in animo, quia deo utique, qui spiritus est, in spiritu seruiendum est. non ergo soluta lex est, quia cessauit, sed successum illi est impleto tempore. nec enim administratio eius accusatur aut iudicium, si peccatoribus indulgentia datur, cum hinc magis recte data et iusta probetur, quia quibus dominabatur, peccatores fuisse non negantur: quia iustis, inquit, lex non est posita.

4. Non ergo quia misericordia praeferenda est, condemnanda putetur iustitia, cuius reuerentia si non esset, ipsa misericordia fructum non haberet. nisi enim hanc seruauerint post acceptam misericordiam, nihil illis proderit indulgentia. nam dixit lex: non facies tibi idolum neque adoraueris, quae in caelo sursum sunt et quae in terra deorsum, et: non peierabis, et: honora patrem et matrem, et: non occides, neque fornicaberis, neque furtum facies, non dices falsum testimonium, neque concupisces quicquam proximi tui. numquid haec cessasse dicenda sunt? absit. sine his enim quis poterit uel in hac uita idoneus iudicari? ac per hoc cetera cessauerunt quae supra diximus, neumeniae, sabbata, lex escarum, sacrificia, circumcisio et cetera. hinc est unde

6 cf. Ioh. 4, 24 11 I Tim. 1, 9 16 Ex. 20, 4. Deut. 5, 8 18 Ex. 20, 16. Deut. 5, 20 (17) 19 Ex. 20, 12. Deut. 5, 16. cf. Matth. 19, 18. 19 Ex. 20, 15 (13). Deut. 5, 18 (17) 20 Ex. 20, 13 (14). Deut. 5, 17 Ex. 20, 14 (15). Deut. 5, 19 (17) Ex. 20, 16. Deut. 5. 20 21 Ex. 20, 17. Deut. 5, 21 (18)

def. P 1 ebdomarum *GA* prophetam *C* 2 chrisma *CFB* crysma *G* 3 spiritale (*corr.* -i) *C* spiritali *NGA* 5 uisibiliter tunc *N* tunc *om. N* 7 est lex *GA* 10 hic *X* dacta *M* datur *X* probatur *M* 12 non est lex *X* 14 petetur (*corr.*) *C* 15 fructuum (*eras. alt.* u) *N* 16 indulgentiam *M* 18 periurabis *CNX* 23 his] ab (*eras.*) his *C* 24 numeniae *M* neumini(a)e *C* (*corr.* neominie), *F* neomeniae *X*

dicit apostolus inter alia: principes non sunt timori operi bono, sed malo. uis autem non timere potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex illa. haec seruata bonos faciunt, non tamen perfectos. unde saluator: nisi abundauerit, inquit, iustitia uestra plus quam scribarum et Farisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. addens enim istis potiora saluator non soluit utique legem, sed adimpleuit. sensus enim legis ad salutem hominis pertinet, ut puta: oculum pro oculo, dentem pro dente, ut timens, ne pateretur quod alii facere prohibitus est, cohiberet se a nequitia. saluator autem superiorem in hunc sensum addens iustitiam: ego autem, inquit, dico uobis non resistere malo; sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, praebe illi et sinistram, ut, dum uicem non reddit malo, perfectus sit. reddere enim uicem iustum est, sed non plenum; si uero dissimulet ab iniuria, plena iustitia est et abundans. retribuere enim gaudere ad tempus est; remittere autem in futurum praestat laetitiam.

5. Sic ergo adimpleuit legem saluator, dum, quos illa iustitiam docuit, hic iustiores effecit, quod illa non potuit. quam ob rem gaudium legis est, quia discipuli eius peritiores effecti sunt. destruxisset plane legem, si impune peccari docuisset. porro autem suspendit sententiam, ut hic qui male facit habeat spatium paenitendi; si quo minus, redit in illum sententia cumulata, quia non cognouit ad hoc se remissum, ut emendaret se.

1 Rom. 13, 3 4 Matth. 5, 20 9 Leu. 24, 20. cf. Matth. 5, 38 12 Matth. 5, 39

FG 1 timeri *FB* timendi *GA* 2 potestate *M* 6 feriseorum *M* 7 audens *M* 8 sensum *G*, (*corr.*) *A* 10 itimens (*corr.*) *N* *a* prohibitus *inc. lacuna in G* 13 dexteram *CNX* 19 ergo] enim *N* illa] *om. M* illam *N* 24 reddit *C. A* (*pr.* d *exp. et eras*), *B* sententiam (*corr.*) *C* 25 comulata *CFB*

LXX. DOMINUS CERTE INIMICOS NOS DIABOLO FIERI PRAECEPIT; QUID ERGO EST UT IN EUANGELIO DICAT: 'ESTO CONSENTIENS ADUERSARIO TUO CITO'? QUIS EST ADUERSARIUS HOMINIS NISI DIABOLUS?

Nulli dubium est diabolum esse hominis inimicum, maxime fidelis; uehementiora enim tela sua contra dei seruos exacuit. sicut ergo iste bonorum inimicus est, ita et lex malis aduersa est. quis enim contemnenti se non aduersetur? dominus ergo peccatorem adloquitur, ut consentiat mandatis, quae illum inoboedientem condemnant, ut subiciat se uoluntati eorum et fiat ex inimico amicus, quia et contemptor legis inimicus est eius; uoluntati enim eius resistit. ideoque hortatur dominus peccatorem, ut bene agendo reconciliet sibi legem, ne in die iudicii accuset eum apud iudicem et condemnatus poenas det spretae legis. omni etenim, qui male uult agere, disciplina dominica inimica uidetur, cui nisi consenserit, mittetur in gehennam diabolo, qui uere inimicus humani generis est, praeparatam.

LXXI. IACOB APPELLATUS EST HOMO UIDENS DEUM ET MOYSES UIDIT DEUM FACIEM AD FACIEM NEC NON ET ESEIAS: 'UIDI', AIT, 'DEUM SABAOTH OCULIS MEIS': CONTRA AUTEM IOHANNES EUANGELISTA: 'DEUM', INQUIT, 'NEMO UIDIT UMQUAM'. HOC, QUANTUM UIDETUR, CONTRARIUM EST.

1. Quantum ad fidem ueri pertinet, deum omnino nemo uidit umquam, neque patrem neque filium. quod enim uisus dici-

1 cf. Matth. 13, 39 3 Matth. 5, 25 6 cf. Eph. 6, 16 17 cf. Matth. 25, 41 19 cf. Gen. 32, 28 (29) 20 cf. Ex. 33, 11 21 Esai. 6, 5 22 Ioh. 1, 18. I Ioh. 4, 12

def. PG 2 praecipit *C* 6 fidelis (*corr.* fideles) *C* 7 iste *om. N* 10 contempnant *C* subieciat *CF* 13 ne *om. N* 14 contempnatus *C* det] de *X* 16 dominica... *M* mittet *N* 20 faciem *pr.*] faciem (m *exp.*) *C* facie *NX* 21 sabaoht *M* sabbaoth *N* 22 iohannis *C* 25 finem *M* 26 quid *C*

tur, ad intellegentiam refertur; uisus est enim uelut in imagine. ueluti nos, cum imperatores nesciamus, uidemus eos in figura, non in ueritate, ita et deus uisus est, ut intellegeretur deus esse qui apparebat, per rationem, non per substantiam, quia in natura sua uideri deus non potest. et ut uerius propositae quaestionis secreta pandamus, sensum euangelistae explicare nitamur. Iohannes enim occultum aliquid prodere uoluit, quod sciuit ad salutarem doctrinam pertinere. idcirco: deum, inquit, nemo uidit umquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit.

2. Animaduertamus sensum euangelistae. ut enim uerum esse, quia nemo uidit deum umquam, ostenderet, filium hoc enarrasse docet, quem falli utique inpossibile est, quia in sinu patris est. sinus autem patris quid est, nisi adfectus in caritate ueri patris per naturae unitatem in filium? quam ob rem nemo uidit deum, nisi unicus filius. hoc Iohannes apostolus filium dei audiuit dicentem inter alia: non quia patrem uidit quisquam, nisi qui est a deo, hic uidit patrem. ut ergo ad condemnationem proficeret Iudaeorum, qui Christum dei filium audire nolebant uel credere, ostendit euangelista hunc esse Christum qui patribus apparuisset in deum; illum autem qui pater est, numquam uideri nisi a filio. quando enim deum patrem negat uisum et deum apparuisse patribus profitetur, manifestare se uult dei filius, quia ipse semper in deum uisus a patribus est. hinc est unde inter cetera dicit Iudaeis de patre: neque uocem eius audistis aliquando neque figuram eius uidistis. ecce non est contrarium et uisum et inuisum esse deum.

8 Ioh. 1, 18 17 Ioh. 6, 46 26 Ioh. 5, 37

d:f. PG 1 imaginem *M* (*corr.*), *B* 4 per rationem] imperationem *C* 7 iohannis *C* 10 enarrabit *FA* 14 est *alt.*] est (st *in ras.*) *C* 16 iohanis *C* iohannis *N* 24 apatribus *C* prophetetur *CN* profetetur *F*

LXXII (LXXVI). IN EUANGELIO IOHANNES: 'LEX,' AIT. 'PER MOYSEN DATA EST, GRATIA AUTEM ET UERITAS PER IESUM CHRISTUM FACTA EST': ERGO ANTE NON FUIT. QUO MODO ERGO LEX A DEO DATA DICETUR. IN QUA UERITAS NON FUIT?

Non sic passim praetereundum est, sed considerandum quid sit 'lex per Moysen data est.' per Moysen enim lex data manifesta habet praecepta, sed scripsit et historiam, quae et ipsa lex appellatur. et uideamus, quid in praeceptis eius non erit uerum. forte quod dicit: non occides, non fornicaberis, non furtum facies; talia sunt et cetera. nam historia eius quia ante aduentum Christi ueritas non erat, hoc manifestum est. ea enim quae sub uelamine erant, quid significarent, incertum erat. cum autem per Christum manifestatur, cuius persona sit quae dicit in Genesi: faciamus, et quae est quae facit, et quis fuerit qui in rubo aut patriarchis uisus sit, et qui in petra operatus sit, quae dedit in deserto aquas — quia petra, inquit, erat Christus —, sic fit ueritas per Christum. quando ea, quae latebant aut in dubium ueniebant, quid significarent, a Christo ostensum est. nam inter cetera dominus ait: de me scripsit Moyses. hoc prius latuit; error enim erat. putabatur enim pater deus, qui erat filius, et qui aestimabatur angelus, cognitus est esse dei filius. et promissio facta fuerat Abrahae, quae, quamdiu non reddebatur, in ambi-

1 Ioh. 1, 17 10 Ex. 20, 15 (13). 13 (14). 14 (15). Deut. 5, 18 (17). 17. 19 (17) 15 Gen. 1, 26 16 cf. Ex. 3, 2. cf. Gen. 12, 1. 22, 1 etc. 17 cf. Ex. 17, 6. Num. 20, 8 I Cor. 10, 4 21 Ioh. 5, 46 24 cf. Gen. 22, 18

def. PG 1 LXXVI *edd.* ioh̄ *MNB* iohanne *C* iohannis *FA* 2 autem *om. NA* 6 praeter eundem *X* (*corr. Am2, B*) est *add. post* considerandum *CNX* 7 est *om. A eras. B* 8 manifesta‥ *M* manifesta‧ *C* et *pr. om.* (*add.* est [?] *s. l.*) *N* 10 occidis *N* 13 ea] et *CNX* sub] insub‥ *C* 14 erat] est *N* per *om. C* manifestaret *N* cuius] cum ex *FB* 16 fecit (*corr.*) *N* aut] ut *CNG* 17 qui] qu(a)e *X* quae] qui *X* aquas in deserto *CNX* 19 letabant *M* 22 filius (s *in ras.*) ‧‧‧‧‧‧ *M* 23 filius dei *X*

guo erat. cum autem ueniente Christo reddita est, facta est ueritas, quando et quod promissum est redditum est et coepit sciri quid erat promissum. promittentis enim fides tunc uera probatur, cum exsoluit promissum.

LXXIII (LXXVII). QUID EST QUOD INTER CETERA DICIT MARCUS EUANGELISTA DE CHRISTO: 'INTRANS', INQUIT, 'IN DOMUM UOLUIT NEMINEM SCIRE ET NON POTUIT LATERE'? SI ERGO UOLUIT ET NON POTUIT, INFIRMATA UOLUNTAS EIUS UIDETUR.

1. Inpossibile prorsus est ut saluatoris uoluntas non impleatur, nec potest uelle quod scit fieri non debere; idcirco quod factum est, hoc uoluisse dicendus est. nam uoluntas eius numquam extra naturam eius est. sicut ergo natura eius in reprehensionem non cadit, nec uoluntas. nam quod propositum est, factum legitur in finibus Tyri. tunc intrauit in domum et neminem uoluit scire. nunc requiritur quo modo uel quare neminem uoluit scire. animaduertendum est enim, quia istud in finibus gestum est gentilium, quibus adhuc tempus praedicandi non erat. denique mittens discipulos suos praecepit dicens: in uiam gentium ne abieritis et in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues quae perierunt domus Israhel.

2. Idcirco noluit se prodi, quod esset in domo; requiri autem se non noluit, sed libenter accepit. quamuis enim tempus non esset praedicandi gentilibus, ultro tamen uenientes ad fidem non suscipere inuidiae erat. sic factum est, ut saluator, dum a discipulis proditus non esset, ab aliis tamen, qui eum ingre-

6 Marc. 7, 24 20 Matth. 10, 5. 6

cf. PG 5 LXXVII *edd.* 6 intramus *C* 7 noluit *MCNFB* 8 latare *M* noluit (*corr.*) *M* 11 sit *M* quod *om. C* 13 est *om. C* 16 nunc—scire *om. N* 18 gestum] gentium *X* adhoc (*corr.*) *C* 19 praecedit *M* 21 ne] non *F* (*corr.*), *A* 24 noluit (n *in ras.*) *M* accipit *C* 25 gentibus *X*

dientem domum uiderant, proditus est, et coepit sciri quod esset in domo, ut intrarent ad illum qui uellent consequi beneficia. a suis ergo noluit se praedicari, quod esset in domo. requiri enim se uoluit et ita factum est. non enim latuit ab aliis demonstratus quod esset in domo. denique mulier Chananaea audiens de illo intrauit ad eum deprecans, ut expelleret daemonium a filia eius, quae nisi prius subiecisset se deo Iudaeorum, beneficium consecuta non esset. impleta igitur uoluntas saluatoris est secundum quae explanauimus; ea enim quae conpendio breuitatis studens euangelista complexus est discutientes inuenimus quod latebat.

LXXIIII (LXXVIII). LEGITUR IN EUANGELIO IOHANNIS. QUOD CUM NEGASSET SE SALUATOR ASCENDERE AD DIEM FESTUM, ASCENDIT. HOC INCONSTANTIS ESSE UIDETUR.

1. Semper breuiata propositione sensum occultas. nam hoc quod in quaestionem uocas tunc factum est, quando in Galilea positus propter tumultum Iudaeorum a fratribus suis adhuc non credentibus sibi conpellebatur ascendere in Iudaeam, quia futurus erat dies festus Iudaeorum, ut seditionem pateretur. ipse autem respondit eis dicens: uos ascendite ad diem festum, quia mundus uos non odit; me autem odit, quoniam arguo opera eius. ego non ascendo ad diem festum hunc, quia tempus meum nondum impletum est. tunc fratres eius ascenderunt ad diem festum, ipse uero mansit in Galilea. post autem et ipse ascendit ad diem festum.

10 cf. Marc. 7, 24—30 13 cf. Ioh. 7, 8 14 cf. Ioh. 7, 14 21 Ioh. 7, 7. 8

def. PG 1 est] sit *edd.* scire *C* 2 ut intrarent—in domo *om. X* 3 se *om. X* 4 est *om. M* non] hoc *X* 5 demonstraturus (*corr.*) *M* deneque *M* 7 qui (*corr.*) *C* 9 uolutans *M* 11 quo *N* 12 LXXVIII *edd.* 14 contantis *M* 17 in *alt. om. M* galileę *C* 19 conpellabatur *C* 22 autem *om. C* 26 galileę *C*

2. Quid uidetur contrarium, quando non tunc ascendit quando negauit, sed ascendit postea, et ascendit non quasi ad diem festum, sed quasi ad litem? illi enim omnes laeti ascenderunt, quasi ad perfruendas delicias diei festi. certum est ergo, quia non ascendit ad diem festum. saluatoris autem ille fuit dies festus, quo passione sua redemit mundum. denique dicit: nunc clarificatus est filius hominis et deus clarificatus est in eo. hic dies festus eius est, quo uicit mortem.

LXXV (LXXIX). SI PROPRIO ARBITRIO UIUIMUS, QUARE SALUATOR DIXIT: 'NEMO UENIT', INQUIT, 'AD ME, NISI PATER QUI MISIT ME ADTRAXERIT EUM', ET CONSENTIENS HIS APOSTOLUS: 'NEQUE UOLENTIS', INQUIT, 'NEQUE CURRENTIS, SED MISERENTIS EST DEI', ET: 'CUIUS UULT MISERETUR ET QUEM UULT INDURAT'? QUO MODO UOLUNTATIS ARBITRIUM LIBERUM EST, QUANDO ALTERIUS NUTU AUT AD BONUM DUCITUR AUT AD MALUM?

1. Aliter causa se habet quam proposita est; non enim hic quaestionis huius sensus est quem obtendis. nam nullo genere ex his liberi arbitrii poterit causa turbari, quia si penitus sensum dictorum aduertas, scies hinc magis arbitrii liberi firmari sententiam. haec enim contra maliuolos Iudaeos prolata sunt. cum enim dolo simulationis ortae ex inuidia Iosef patrem proprium et filios eius fratres adsererent saluatoris, ne dei esse filius crederetur, tunc saluator ait: nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me adtraxerit eum. quo modo

7 Ioh. 13, 31 10 Ioh. 6, 44 12 Rom. 9, 16 14 Rom. 9, 18 25 Ioh. 6, 44

vid. PG 3 sed] se *N* litem litem (*pr. eras.*) *M* laetitia *N* 5 saluator. Is *NX* 8 quo] qui *M* mortem] inmortem *M* 9 LXXIX *edd.* 11 adtraxit *C* et (*eras.*) *C* 13 imiserentis *M* 19 ullo *N* genero (*corr.*) *C* 20 quia si] quasi *N* 21 doctorum *X*

autem adtrahebat pater ad filium, nisi per opera quae faciebat per illum? sic enim dixit: pater manens in me ipse operatur. ut opera haec adtraherent ad fidem Christi. uirtutes enim, quas faciebat saluator, ipsae suadebant deum esse patrem Christi, ut qui alium patrem habere illum diceret, non adtraheretur a deo ad Christum. ideo ergo deus operabatur per Christum, ut uerbis eius fides commodaretur, quibus dicebat se filium dei.

2. Haec est adtractio, non uiolentia, sed testimonium dei in Christo, cui qui credidit, adtractus dicitur ab eo ad Christum. nemo enim saluatori credit, nisi qui patrem illius proprium dicit deum. nam apostolus, non ut arbitrium pulsaret, haec fatus est quae in quaestionem redegisti, sed ut iudicium dei retractare prohiberet, haec dixit iustum praedicans deum; scit enim cuius debeat misereri. cordis autem inspector peruidet postulantis mentem, an mereatur accipere. denique dicit per profetam: plebs haec labiis me honorat, cor autem illorum longe est a me. nam simulatoris animum iustum est ut obduret. qui enim non per errorem uerum uocat falsum, sed per maliuolentiam, ut intellegens bonum fingat se nescire quia bonum est, ut conuertat illud in malum, hoc utique debet illi praestari, ut uere non intellegat bonum, ne saluetur, quod non uult. nec enim iustum est, ut inuitus saluetur, qui non per ignorantiam salutem spernit, sed per malitiam uel inuidiam. his igitur confirmatur magis liberum arbitrium quam destruitur, ut uni cuique pro uoto suo respondeatur.

2 Ioh. 14, 10 11 cf. Ioh. 5, 18 15 cf. Prou. 24, 12. Act. 15, 8 17 Esai. 29, 13 (Matth. 15, 8. Marc. 7, 6)

def. PG 1 pater adtrahebat (*corr.*) *N* 3 operę *M* operer *N* hę *N* 4 quos *C* ipse *CFB* 5 quia *FB* 7 commendaretur *AB* dicebat dicebat *M* 9 adtractatio *C* uiolentiae *C* 10 adtractatus *CN* actractatus *FB* 13 fatus] factum (*corr.* factus) *M* factus (*corr.*) *CX* redigisti *CNX* 14 retractari *CNX* 15 miseri *M* praeuidet *C* prouidet *NX* 17 ples *M* 18 iuxtum *M* 20 fingatse (ats *in ras.*) *M* 21 quaa (*corr.*) *M* quod *N* hoc] huct (t *eras.*) *M* 25 conformatur *FB* 26 distruitur *MNX* ut] et *C*

LXXVI (LXXII). LEGITUR IN APOCALYPSI IOHANNIS: 'UADE', INQUIT, 'ET ACCIPE LIBRUM DE MANU ANGELI ET DEUORA ILLUM, ET AMARICABIT UENTREM TUUM, SED IN ORE TUO ERIT DULCE TAMQUAM MEL'. QUIS ISTE LIBER EST, QUI AMARUM FACIT UENTREM, CUM SIT DULCIS?

1. Omnia diuina uolumina amara sunt, sed perfidis adque carnalibus. idolatris enim insuaue est, cum audiunt unum deum praedicari in Christo. et Fotinus simul pertimescit horrore correptus, erubescit etiam Sabellius audiens patrem patrem esse qui filius dici non possit, quia ab ipso sunt omnia; filium autem idcirco filium appellari, quia non utique ipse pater est, sed de patre, nec a quo, sed per quem sunt omnia. confutatur et Arrius, cum legit Christum uerum esse filium dei; sine dubio enim uerus dici non posset, nisi proprie esset de deo. conuincitur et Marcion addiscens quia uerbum caro factum est, qui putat Christo carnem negandam. arguitur etiam inprobus Manicheus uidens scriptum ab euangelista, quia saluator non solum praesentia sui nuptiarum uota decorauit, uerum etiam poculis honestauit, qui nuptiarum aditus intercludit et promiscue conuenire hortatur.

2. Haec continentur in libro, quem accepit apostolus deuorandum. hic liber euangelium est quod CATA IOHANNEN titulatur, quod non solum male sentientibus amarum est, uerum etiam indisciplinatis, qui nolunt corripi, ut in peius proficiant. ista reuelatio eo tempore facta est, quo apostolus Iohannes in insula

2 Apoc. 10, 8. 9 13 cf. Ioh. 1, 3 16 cf. Ioh. 1, 14 18 cf. Ioh. 2, 2. 9

PG 1 LXXII *edd.* apocalipsi *CNX* 2 ualde (*corr.*) *M* 3 amaricauit *FB* 5 quis iste] quiste *M* iste] isti (*corr.*) *C* 8 idolatriis *C* (*corr.*) *NFB* insuaui *N* 9 fotinus (*corr.* fothinus) *C* photinus (*add. s. l. m. rec.* semper) *N* fothinus *FB* horrere *FB* 12 utique] utio *M* 14 et] ut *CNFB* 16 et] ad *C* 17 christum *N* 21 promiscue] praemiscue *M* praemiscue *C* pr(a)emiis cui *NX* 22 accipit *CA* 23 cata] acta *M* iohanne *NFB* 26 iohannis *FB*

erat Pathmos, relegatus a Domitiano imperatore fidei causa. tunc fuit in spiritu, ut posset uidere caelestia, et dum haec ei ostenduntur, quae futura sunt causa impietatis et stupri et ceterorum, datus est illi liber qui dulcis quidem esset in ore, sed amarum faceret uentrem, ut ex his qui uidentur unius corporis esse homines, istis dulcis esset, qui propter quod integrae professionis sunt, in ore significati sunt — hoc enim dulce in ore est, quod uerum est —, illis autem qui heretica prauitate carnaliter uiuunt uel sentiunt, propter quod et in uentre significati sunt, amarus. accusabit enim eos in die iudicii dei. post reuelationem ergo euangelium iussus est scribere propter haec quae supra diximus. et Ezechieli profetae similiter dictum est, ut acciperet librum qui esset dulcis in ore eius, quando perfidiam populi missus est increpare.

LXXVII (LXXIII). QUID EST QUOD SYMEON DICIT AD MARIAM MATREM DOMINI INTER CETERA: 'POSITUS EST,' INQUIT, 'HIC IN RUINAM ET RESURRECTIONEM MULTORUM IN ISRAHEL; ET TUAM IPSIUS ANIMAM PERTRANSIBIT GLADIUS, UT REUELENTUR MULTORUM CORDIUM COGITATIONES'?

1. Symeon uir sanctus et diuinis oraculis commendatus per spiritum sanctum locutus est quid futurum esset hominibus ex causa Christi, ut ruina his esset, qui cum sibi uiderentur stare per obseruantiam et peritiam legis, diffidentia tamen operum Christi caderent dissoluti a promissione patrum,

1 cf. Apoc. 1, 10 13 cf. Ezech. 3, 3 16 Luc. 2, 34. 35

def. PG 1 phatmos *CNX* religatus *CNX* domiciano *CAB* 3 et *alt.*] .et *N* 4 esset] erat *N* 5 qui] quae *N* 6 hominibus *C* hominis *N* 7 professiones *N* 8 illius (*corr.*) *M* 9 et *om. N* 10 amarum (*corr.* amari) *C* accussauit *C* 12 dimus *M* ezechili (*add.* e *s. pr.* i) *M* ezecheli *C* ezechiheli (chiheli *in ras.*) *N* ezechiel *A* 13 ut] ait *C* eius *om. N* 15 LXXIII *edd.* 17 hic *om. M* in *ante* resurrectionem *add. N* 19 pertransiuit *C* multorum *om. M* 22 futurum (u *pr. in ras.*) *C* 23 ut ruina—Christi *om. N* his] hic *X* (*corr. Am2*) 24 diffidentiam *M* 25 desoluti *CN*

illis autem qui nullius prope dignitatis essent in lege, credentibus uero in Christum, resurrectio in Israhel, ut digni deo fierent qui prius indigni et inutiles erant, et reprobarentur qui aliquid putabantur. hoc est quod alio loco dicit dominus: in iudicio ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant. denique non legis doctores, non Farisei, non scribae secuti sunt Christum, sed piscatores, homines inperiti et rusticani. hinc est unde dicit dominus: pater, gratias ago tibi, quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruolis.

2. Quod autem adiecit dicens: et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cordium cogitationes, hoc utique significauit, quia etiam Maria, per quam gestum mysterium est incarnationis saluatoris, in morte domini dubitaret, ita tamen, ut resurrectione firmaretur. omnes enim stupore quodam in morte domini dubitarunt. quis enim non ambigeret uidens eum, qui se filium dei dicebat, sic humiliatum, ut usque ad mortem descenderet? et quia, ut dixi, omnis ambiguitas resurrectione domini recessura erat, 'pertransire' dixit gladium, non supercadere aut contingere transeuntem membrum aliquod. ut sicut gladius missus pertransiens iuxta hominem timorem facit, non tamen percutit, ita et dubitatio maestitiam fecit, non tamen occidit, quia non sedit in animo, sed pertransiit, quasi per umbram contingens corda discipulorum. denique Cleopas et Amaus euntes in uia tristes dicunt inter cetera ipsi domino nescientes quia domi nus est: nos putabamus, quia ipse erat qui incipiebat

5 Ioh. 9, 39 9 Matth. 11, 25. Luc. 10, 21 12 Luc. 2, 35 28 Luc. 24, 21

f. PG 1 dignitas *FB* 6 leges (*corr.*) *M* 8 dicent (*corr.*) *M* 11 paruulus (*corr.*) *N* 13 pertransiuit *C* 15 in morte] immortem *FB* 16 omnis (*corr.*) *M* 24 ita *om. C* facit *X* 26 corda] cor (*corr. add.* da *s. l.*) *M* cleophas *CNAB* emaus *N* emmaus *X* euntes (eu *in ras.*) *C* 27 dōno (*corr. m2*) *M*

liberare Israhel. dubitauerunt, sed statim agnito domino transiit dubitatio. similiter dictum est et de Iosef, quia ferrum pertransiuit animam eius. hoc est mortem euadere, quia dubitare de deo uel Christo mors est. ac per hoc qui desinit dubitare, euadit mortem.

LXXVIII (LXXIV). QUID SIBI UULT UT ESEIAS PROFETA DICAT DE CHRISTO: 'QUI PECCATUM NON FECIT'. CONTRA AUTEM APOSTOLUS: 'EUM QUI PECCATUM' INQUIT, 'NESCIEBAT, PRO NOBIS PECCATUM FECIT'?

1. Quantum ad sensum pertinet, quaestiones diuersae sunt, sed uerba similia ex parte quidem, ex parte uero discrepantia. 'fecit' enim et 'non fecit' contrarium est; 'nesciebat' et 'non fecit' simile est. profeta ergo ex persona Christi locutus est: quia peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius, apostolus uero de persona loquitur dei patris: quia eum — id est Christum —, qui peccatum nesciebat, pro nobis peccatum fecit. quod duplici modo intellegendum est. primum enim fecit illum peccatum, dum incarnari illum uoluit, ut quem sors non tangebat, de peccatrice carne corpus acciperet, per quod dicitur factus peccatum. deinde dum offerret illum pro peccatis, fecit illum peccatum. hostia enim in lege pro peccatis oblata peccatum nuncupabatur.

3 Ps. 104, 18 7 Esai. 53, 9 8 II Cor. 5, 21 14 Esai. 53, 9 15 II Cor. 5, 21 22 cf. Leu. 4, 8 etc.

def. PG 1 dubitarunt (*corr.*) *M* 2 transiuit *CN* transibit *X* 3 pertransibit *X* 4 de *ante* Christo *add. NX* 6 LXXIV *edd.* 7 dicit *M* 8 contra] contulit *N* apostolos *M* 9 nescibat (*corr. atr.*) *C* 10 diuersa *C* 11 discrepansitia (*corr.*) *M* discrepanti *C* 12 fecit *pr.*] facit *CNX* 13 simele (*corr.*) *M* simili *FB* 15 qui *N* 18 fecit] sicut *C* incarnari] incarne si *C* uolit (*corr. m2*) *M* 19 carni (*corr.*) *C* 20 offerret *scripsi* offeret (*corr. m2*) *M* offert *cet.* 21 illum] eum *N* fecit] sicut *C* 22 peccatis] peccatis *et inf. mg. add., quod non est omissum*, fecit illum peccatum hostia enim in lege pro peccatis *C* nuncubabetur (*corr.* nuncupatur) *C* nuncubatur *N, F* (*corr.*)

2. Non ergo Christus peccatum fecit, sicut dicit profeta, sed aperte ipse peccatum factus est. sicut ostensum est. offerre autem Christum pro nobis quid est, nisi dare potestatem uolentibus eum occidere? quod idcirco concessum est, quia profuturum erat, ut esset causa descendendi ad inferos expoliare tartarum animabus. superabundans enim et inauditum peccatum est occidisse eum, qui non solum nullo genere peccauerat, sed et multis uitam donauerat. hoc peccato reus factus diabolus contradicendi audaciam perdidit. nam simile aliud ad Galatas in epistula legitur; inter cetera enim: factus, inquit, pro nobis maledictum. a quo factus, nisi a patre? iudicio enim dei crux Christi maledictum est Iudaeorum; peccatum enim illorum exclamat mors saluatoris. cruci figi ergo se permisit, ut passio eius proficeret nobis, ut hinc cum signo eius exeuntes a secunda morte minime teneremur. metuit enim mors etiam seruos eius, a quo uicta est.

LXXVIIII (LXXV). CUR SALUATOR PRO SE TANTUM ET PETRO DIDRAGMAM SOLUIT, NON ET PRO CETERIS APOSTOLIS, QUIPPE CUM OMNES EUM SECUTI SUNT DERELICTIS OMNIBUS SUIS?

1. Didragma capitum exactio intellegitur, non praediorum. nec enim saluator aliquid possidebat in mundo, cum sit dominus mundi, mortuus autem alienis inpendiis sepelitur; et nos a quibus mundus extraneus est, facultates augere cupi-

5 cf. I Petr. 3, 19 10 Gal. 3, 13 14 cf. Hebr. 13, 13
15 cf. Apoc. 2, 11 etc. 17 cf. Matth. 17, 26 19 cf. Luc. 5, 11. 28

PG 3 uolenti *N* uolent (e *in ras.*) *F, B* eum] ibi eum *F'* eum ibi *B* 5 expoliare tartarum *Engelbrecht* et spoliaret artarum (*corr.* et spoliare tartarum) *M* et spoliare taitarum *CNX* 8 reus] eus (*corr.*) *M* 9 alius (*corr.*) *C* ad Galatas in epistula] galata sine epistula *FB* 12 crux] cru (*corr.*) *M* peccata *X* 15 secundo (*corr.*) *M* 17 LXXV *edd.* pro se tantum] prosegantum (*corr.* prosecantum) *C* et] ex *C* 18 detracma *C'* didragma *NX* 19 eum] cum *C* sunt] *fort. legendum* sint 21 didrama (*add. g s. l.*) *M* 23 sepellitur (*corr.*) *MC*

mus, ut morientes mundum a nobis inuasum non tantum uoce, sed et litteris contestemur, ut professione nostra ab eo, cuius mundus est, condemnemur. hinc dominus: qui non, inquit, reliquerit omnia et secutus me fuerit, non potest meus discipulus esse. quicumque ergo sic habet facultates suas, ut spem in illis non habeat, paratus autem sit pro fide illas abicere, uiam ambulat qua itur ad Christum dominum nostrum.

2. Didragma igitur ab his exigenda erat, qui aliquid negotii gerebant aut artibus operam dabant. saluator autem, qui nihil horum curabat, neque discipuli eius, exigendus utique non erat. sed quia inimicus diabolus semper in insidiis erat occasionem quaerens, si posset inclinare saluatorem, exactorum didragmae animos occupauit, ut eius facerent uoluntatem, ut accedentes ad Petrum, qui primus inter apostolos erat, solui debere ab eorum magistro dicerent didragmam, qui ab his oneribus liberi erant — nihil enim agebant in mundo quod esset mundi —, ut, quia non erat unde solueret, aut his scandalo esset aut certe humilitate suffragii quaereret a quo solueretur. tunc dominus, ut inprouidum diabolum et aduersus semet ipsum semper machinari ostenderet, ad mare ire Petrum apostolum iubet et capti piscis os aperire et illic inuenire modum exactioni debitum, quo soluto non solum scandalo non esset exactoribus neque inclinaretur requisito auxilio ad soluendum, uerum etiam signum uirtutis maximae demonstraret, per quod captos a diabolo ad se traheret, ut argumento et astutia sua

3 cf. Matth. 19, 27. 29. Luc. 14, 26. 33

def. PG 2 contestimur *C* 7 illas abicere] illa subicere (subiecere) *CX* uia *N* ambulat•• *N* itur] igitur (*corr.*) *M* ••itur *C* 9 detragma *C* quia (*corr.*) *M* 13 ex auctorum• *N* 14 dedragme (*corr.*) *C* ut *alt.*] ait (*corr.*) *C* 16 didragma *NX*, (*corr.*) *M* dedragma (*corr.* didragma) *C* 17 honeribus *X* liberi] *hinc rursus G incipit* quod esset] quod est•• (*corr. m2* qui sunt filii) *G* quod est *A* 18 scandalum *GA* 21 machinari ostenderet] maxinaristenderet *X* ire (re *in ras.*) *M* 22 pisces *FB* ille (*corr.*) *N* 23 exactione *NX* scandalum *N*. (*corr.*) *G* 26 captus *N* ad] a *X*

diabolus torqueretur. dicunt ergo exactores didragmae ad Petrum apostolum: magister uester non soluit didragmam? quo dicto magistrum, ut pro omnibus discipulis solueret, conuenerunt.

3. Saluator autem cum pro se et Petro dari iubet, pro omnibus soluisse uidetur, quia, sicut in saluatore erant omnes causa magisterii, ita et post saluatorem in Petro omnes continentur. ipsum enim constituit esse caput eorum, ut pastor esset gregis dominici. nam inter cetera dicit discipulis: uigilate et orate, ne intretis in temptationem, et Petro dicit: ecce satanas expostulauit, ut uos uentilet uelut triticum; ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua, et tu tandem conuersus confirma fratres tuos. quid ambigitur? pro Petro rogabat, et pro Iacobo et Iohanne non rogabat, ut de ceteris taceam? manifestum est in Petro omnes contineri, quia et alio loco dicit: ego pro his rogo quos mihi dedisti, et: uolo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum.

4. Nunc uideamus quid sit didragma, hoc est, qui modus sit ponderis uel quantitatis aut in qua substantia * * * * * * * *

LXXX. CERTE AUT FILIUS DEI QUIS EST AUT DIABOLI: SEMPER ERGO FILIUS EST, SED ALIQUANDO DEI, ALIQUANDO DIABOLI. QUID ERGO NASCIMUR REQUIRENDUM EST.

1. Dominus, cum filii Israhel saepe delinquerent educti de Aegypto, iratus sententiam dedit dicens nullum illorum intra-

2 Matth. 17, 23 5 cf. Matth. 17, 26 8 cf. Ioh. 21, 15—17 9 Matth. 26, 41. Marc. 14, 38 11 Luc. 22, 31. 32 16 Ioh. 17, 9 17 Ioh. 17, 24 26 cf. Num. 14, 30

def. P 2 didragma *M* (*corr.*), *CNX* 3 dictō *M* 5 petri *X* 6 exsoluisse (ex *exp.*) *N* 7 causae *FB* clausę *G* (l *eras.*), *A* 12 deficiet *C* 13 qui (*corr.*) *M* 15 de *om. N* petra (*corr.*) *M* 17 dedidisti (*pr.* de *exp.*) *N* ipsi] isti *CNX* 19 detidragma *C* dedidragma *N* 20 *lacunam indicaui* 21 quis (s *in ras.*) *N* est *N* diabolii (*corr.*) *N* 22 semper *om. N* ergo *om. GA* 25 cum *eras. et add. post* israhel *s. l. M* filiis *M, N* (*corr.*), *F*

turum in terram promissionis excepto Caleb et Iesu filio Naue, qui prius Auses dicebatur. eos autem qui nati fuerant in deserto, ipsos dixit intraturos, eo quod nescirent bonum aut malum. nescire autem bonum uel malum simplicitas quaedam est naturalis, quae neque ad bonum neque ad malum erudita est, hoc est ignorantia sine malitia. sine sensu enim nascimur, sed natura nostra hoc bonum habet, quia capax est ediscere ueritatem. filius autem diaboli hic est, qui natus malis rebus imbuitur, ut his studeat, quae inimica sunt creatori, multos adserens deos et his immolandum quasi mundi rectoribus. hic si resipiscat et iuxta naturam suam sentiat ad creatorem se conferens, filius erit dei.

2. Ac per hoc neque filii dei sunt qui nascuntur neque diaboli. quid enim dicit saluator Iudaeis: uos de patre diabolo estis et concupiscentias patris uestri uultis facere? uides ergo operibus et professione filios creari diabolo; hos autem esse filios dei, qui confitentes proprium esse deum patrem Christi recte uersantur. sic enim deus instituit genus nostrum, ut sine sensu nati possibilitatem tamen habeamus discendi siue bona siue mala, ut ipsi nobis aut mala adquiramus aut bona, ut laetemur in nobis, cum recte agentes remuneramur, aut ipsi nobis inputemus, si praua sequentes condemnemur.

2 cf. Num. 13, 9 (8). 17 (16) 3 cf. Num. 14, 31 14 Ioh. 8, 44

def. P 1 et excepto *C* chaleb *CF* caleph *G* calep *A*, (*corr.* chalep) *B* iestu *C* iosue *NX* nouae *C* nun *X* 2 primus *X* ausus *X* 3 nescierent *FB* nescierunt *GA* 5 ad *pr.*] a *FB om. GA* ad *alt.*] a *FB om. GA* 7 bonum bonum (*alt. eras.*) *M* capax] ••pax *C* edicere *FB* 8 filium *C* hic (ic *in ras.*) *M* rebus malis *GA* 9 studeat] deat *M* studiat *C* creator *M* 14 filii *ante* diaboli *add. N* uos] uox *M* 16 professione] confessionem (m *eras.*) *N* creari] creatori *FB* 17 filios dei esse *GA* 21 rectagentes (*corr.*) *M* 22 remuneremur *C*, (*corr.*) *G* aut] ut *X* 23 contempnemur (*corr.* contemnimur) *C*

LXXXI. APOSTOLUS AIT: 'NOS NATURA IUDAEI'. DE IUDAEIS ERGO NASCI IUDAEOS OSTENDIT — NON DE PROSELITIS DICO, QUOS CONSTAT FIERI IUDAEOS. DENIQUE QUI IN HEREMO NATI SUNT, NON SUNT CIRCUMCISI —: SI ERGO DE IUDAEIS IUDAEI NASCUNTUR, QUARE NON ET DE CHRISTIANIS CHRISTIANI? NAM ET DE PAGANIS PAGANI NASCUNTUR.

1. Non omne quod nascitur hoc est, quod et unde nascitur. nam et aurum de terra nascitur, et non tamen terra est, et gemmae et alia multa, et de ligno esca nascitur et de pullo ouum. de paganis autem ut pagani nascantur, haec facit causa: quia enim omnis paganus in ignorantia est et qui nascitur ex eo sine sensu est, ambo ignorantes sunt. sed hoc interest inter utrumque, quia generator sine dubio blasfemus est ac per hoc filius diaboli est; natus autem infans nescit blasfemare, sicut nescit benedicere; paganus tamen est, quia sine sensu est. de Iudaeo autem idcirco Iudaeus nascitur, quia sub creatoris deuotione generatur, sicut dixit Adam de Cain: procreaui hominem per deum. sicut enim pagani indeuoti creatori daemoniis gratias agunt in omnibus quae agunt, ita et Iudaei deo creatori supplices laudant eum in omni actu suo, in eo despiciendi quia non cognoscunt Christum, per quem sunt omnia. hoc etiam modo de Iudaeo Iudaeus nascitur, non enim, sicut quibusdam uidetur, quia cir-

1 Gal. 2, 15 4 cf. Ios. 5, 4—7 19 Gen. 4, 1 23 cf. Ioh. 1, 3

tit. P 3 prosilitis *C* (*corr.*), *NFG* 4 qui *om. M* herimo *C* (her *in ras.*), *NG, A* (*corr.*) 5 si *om. N* nascitur *M* 6 christia (ni *add. s. l. atr.*) *M* christia-ni *C* nam *om. X* 7 noscuntur *C* 10 alię multę *M* pullo ouum] pulloouum (oo *in ras.*) *M* pullo ouium (*corr.*) *N* 11 de] da (*corr.*) *M* nascatur (*corr.*) *M* noscuntur *C* 12 omnis] omnis enim (enim *eras.*) *M* 13 sensus (*tert. s eras.*) *GA* 14 generatur *C*, *N* (ur *eras.*), *X* 15 diabolo (*corr.*) *M* 16 nescit *alt.*] nascit (*corr.*) *M* 17 Iudaeus] iudęis (*corr.*) *M* iudęos *C* 18 gene-ratur *N* 20 dęmonis (*corr.*) *M* daemonis *FB* daemones *G* dęmones (*corr. m2* dęmonibus) *A* 21 agant *C* laudent *M* 22 acto *FB* dispiciendi *CNX* cognoscant (*corr.* cognuscunt) *M*

cumcisio facit Iudaeum. circumcisio enim signum Iudaismi est. non Iudaismus, quia non in Abraham circumcisio iustitia est. sed signum iustitiae, ut nati ex Abraham signum haberent. per quod probarentur filii esse Abrahae, quippe cum ex Iuda Machabeo hoc nomine sint appellati, ut non solum ex Iuda. sed et ceteri ex omnibus filiis Iacob Iudaei uocarentur, propter quod Iudas dux fuerit eis. ideoque nati Iudaei signum accipiunt, ut qui sunt intellegantur.

2. De Christiano autem ideo non nascitur Christianus, quia ipse qui generat non natus, sed factus est Christianus. quam ob rem et istum qui nascitur fieri oportet, ut sit. nec enim per substantiam nascitur, sed per fidem quae iam natis accedit. ignorantia enim cum carne nascitur, fides autem postea spiritali ratione inseritur. sed dicitur e contra: 'si factus utique est qui generat, hoc iam debet generare, quod ipse est, ut accepta dignitas traducem faceret. nam senatores generant senatores.' sed senatorum dignitas non habet apud deum meritum, neque ipsa natura, hoc est substantia, consequitur beneficium, sed in sola fama et sermone dignitas uertitur. ac per hoc currit quidem sermo per traducem carnis, sed nihil aliud praestat, quam opinionem dignitatis, sicut et hi, qui consules sunt aut statuis honestantur, gaudent in uano. Christiani autem cum fiunt, ipsi naturae accedit dignitas, ut essentia ipsa hominis aeternum habeat incorruptibilitatis beneficium, ut non opinione sola, sed et re sit in effectum apud deum. tale est istud, ut si qui disertus pauper in laude sit et egeat

def. P 1 iudeismi (*corr.*) *M* iudaeismi *CF* iudaisma *G* iudeis** *B* 2 in *om. NA* iustitia est] iustitiae *X* 4 iude *C* 6 et] ex *C* ceteris (*ex* ceteri [?]) *C* filiis] fidelis *N* ex filiis *FB* 8 intellegatur (*corr.*) *C* 10 qui generat] generatur *G* generator *A* 12 accidet *MCFB* accidit (*corr.* accidet) *N, GA* 14 ratione *om. GA* inferitur *M* e] et *M* 15 ut] aut *G*, (*corr. exp. et eras.* a) *A* 22 gaudent] aut (*add. s. l.*) gaudent *M* 23 accidit *CNX* 24 ipsi *G*, (*corr. m2* ipsius) *A* 25 opinione (*corr.* opinio) *N* re *scripsi* res *codd.* 26 quis *N* desertus *X*

pane aut reliquis necessariis. haec enim uera laus est, si sic illi proficiat quaesita dignitas, ut nullius egeat, dum hoc naturae eius praestatur, ut per se ipsa uiuat et bene uiuat nullo requisito suffragio; hoc est uere diuitem fieri et gloriosum.

LXXXII. PAGANOS ELEMENTIS ESSE SUBIECTOS NULLI DUBIUM EST: QUID EST ERGO QUOD APOSTOLUS DICIT: 'ERAMUS ET NOS SUB ELEMENTIS HUIUS MUNDI SERUIENTES'? SI ITAQUE ET IUDAEI ELEMENTIS ERANT SERUIENTES, QUID DIFFEREBANT A PAGANIS?

Manifestum est adiectione aut deminutione siue inmutatione syllabae sensum peruerti. idcirco paganos elementa colere omnibus cognitum est, Iudaeos autem non elementis, sed 'sub elementis' deo seruisse propter neumenias et sabbata et circumcisionem et cetera talia. haec enim carnalia sunt; quidquid enim uisibile est, carnale est et de elementis est. sed quia ex praecepto dei erat, deo seruiebatur, ut ex uisibilibus ad inuisibilia ueniretur et ex hac cura profectus fieret ad maiora capienda, ut in his meditati digni fierent promissis spiritalibus. ex ea igitur parte, quam supra dixi, sub elementis seruiebant Iudaei, ex alia parte legem habebant spiritalem, quae et peccari prohibet et exhortatur ad dilectionem domini dei, qui uenturus eis fuerat promissus ad remittenda peccata.

7 Gal. 4, 3 16 cf. II Cor. 4, 18

hf. P 2 quaesita] quę sit. *C* 3 uiuat *pr.*] ui,uat *M* uiuet *C* uiuat *alt.*] uiuet *C* requisita *codd.* 4 gloriosam *C* 5 paganus *CFB* subiectus *CF'* 6 et quid *CNX* ergo *om. X* 7 seruientes si] seruiens (*rubr., corr. atr.*) *M* seruientes] seruitur *G* seruientes (ntes *m2*) *A* 9 qui (*corr.*) *C* deferebant *X* 10 aut] ut *C* diminutione *CNX* 11 paganus *C* paganis (*corr.*) *N* 13 numenias *M* (*corr.*), *C* (*corr.* neomenias), neomenias *NGA* 16 erat *om.* (*add. mg. m2*) *N* ex *alt. om.* (*add. s. l.*) *M* 17 hac] hoc *C* 18 in *om. X* 21 delectionem *C* 23 promissus (ss *in ras.*) *M*

LXXXIII. SI PER CHRISTUM SALUS ET UERA ET PERFECTA COGNITIO, CUR NON ANTE UENIT, UT ET ANTERIORES NOSTRI, QUI IN IGNORANTIA FUERUNT, ADDISCERENT UERITATEM? DENIQUE POST ADUENTUM CHRISTI MULTI SUNT SALUATI MAGIS QUAM PRIUS. UNDE, SI ANTE UENISSET, MULTO PLURES SALUATI FUISSENT. SI ERGO ITA EST, REPREHENSIBILE UIDETUR.

1. Nulli misericordiam facienti calumniam fieri oportet. in potestate enim dantis est, quando uel quantum uelit misereri. exhortandus est enim huius modi et precibus prouocandus, non contentione a bono opere reuocandus. forte non contradiceretur, si pro hac misericordia uices illi aliqua redderetur. aliquis medicum arguat, qui medicamenta sua et officium gratis inpendet, aut accusabitur tarditas eius ab eis, a quibus non est requisitus?

2. Haec quidem diximus secundum rationem, sed saluatoris bonitas ista non curat propter inbecillitatem humanam; suam enim sequitur naturam ad faciendam misericordiam. idcirco tunc uenit, quando debuit uenire, uoluntatis suae rationem secutus, non meritorum nostrorum. nam si merita perpendas, uenire non debuit. uenit ergo quando et subueniri debere sciuit et futurum gratum beneficium. si enim ei cui necessitas inminet ante subueniatur, erit quidem gratum, non tamen ualde poterit scire quid sibi praestitum est; si autem in ipsa necessitate posito auxilium feras, sciet

def. P 1 uenera (*corr.*) *M* 2 ut *eras. C* et *om. X* 3 in *om. A* (*add. m2*), *B* 5 saluati sunt *CNX* 6 et *ante* si *add. N* si] sci *M* uenissent (*alt.* n *eras.*) *N* 9 faciant (*corr.* facianti) *C* oportere *codd.*, *an* oporteret *scribendum?* 10 enim] est (*eras.*) enim *C* uellit *CN* (*eras. pr.* l), *FG* 11 exorandus *GA* modo (*corr.*) *M* 12 contradicetur *X* 13 misericordia hac *GA* 22 perpendas (*add. m4* [?] *s. l.* den) *M* perpendat *N* subuenire *X* 23 gratum futurum *CNX* enim] autem *N* 24 ei cui *om. X* imminit *N* (*corr. m. rec.*), *FB* 25 sciri *GA* prestitutum *M*

quale beneficium consecutus sit. de tribulatione enim ereptus maiores gratias referet, quo modo si esurienti offeras panem; si autem offeras cum non esurit, non utique tam gratum erit.

3. Idcirco recte factum est, ut non ante ueniret dominus. primum enim dimisit genus hominum uti uoluntate sua, non sine testimonio sui, quia ex ipsa mundi fabrica et annua munera, quae elementorum ministerio humanis usibus exhiberi decreuit, intellegi et timeri diuinitatem suam uoluit, quippe cum etiam ex traduce primi hominis, deinde Enoch, Noe, notitia eius esset in terris. sed cum languore quodam humani generis obsolescere coepisset cognitio dei inter homines et mores inmutarentur, eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatae notitiae dei et morum. et cum adhuc reuerentia segnior esset, postea per Moysen legem litteris dedit, quae neque obsolesceret et magis metum incuteret. maior enim timor est, ubi auctoritas manifesta est. et quia accepta lege gentes spreuerunt non se subicientes ei neque hi qui acceperunt seruauerunt eam, motus dominus misericordia misit filium suum, qui se pro illis offerens et mortem destruens data omnibus remissione peccatorum deo patri illos iustificatos offerret. non enim posset descendi ad inferos, nisi per mortem. nec ordo enim nec ratio poscebat eum, qui mortuus non fuisset, intrare ianuas tartari.

4. Nonne si quis uult in terra sua barbaros decipere, inmutat se in habitu illorum, ut putetur unus ex his, et sic explorat

6 cf. Rom. 1, 24 24 cf. Matth. 16, 18

vf. P 2 esurientis (*corr.*) *C* offeras] referas *CNGA* refferas *FB* 3 non *pr. om.* (*add. s. l.*) *M* esuriit *C* gratum (um *in ras.*) *M* gradum *X* 7 annuis muneribus *Mm3* 8 exhibere *X* 9 et] ut *X* 12 absolescere *C* obolescere (*add.* s *s. l.*) *N* cogniti *GA* 13 elegere *CX* 15 signior *C* senior *X* moysem (*corr.*) *M* 18 acciperunt *CG* 19 misericordiam *FB* 20 offerrens *C* et *om. CNX* 21 illo *C* illi *N* 22 offeret *CF* possit *X* descendi (*corr.* descendere) *M* discendi *CN* 25 nonne] nonnese *G, A* (*exp.* se)

quo modo illos subuertat? ita factum est et diabolo. quoniam malo more hominem subuerterat. ut in morte remaneret, inuentum est remedium, quo modo quos male tenebat amitteret. ut subintraretur ei et, quem putabat se uelut hominem occidisse, repperiret illum apud inferos deum. quo facto reus inuentus omnes quos tenebat amisit et de cetero aperta est ad caelum uia.

5. Ecce quantum profuit aduentus saluatoris, ut scientes homines, de quo periculo liberati sunt, sine cessatione gratias illi referant! sed forte e contra dicatur: 'si multi ante legem et post legem peccatis pressi totos se carni dederunt et digni fuerunt in tartaro remanere, sine dubio fuerunt qui deuotione et reuerentia creatoris uitam suam naturae lege frenarunt. numquid non etiam hi detenti sunt apud inferos expuncti hac uita? si autem ante uenisset post mortem Adae, liberato Adam qui prior peccauerat ceteris ad caelum aperuerat uiam, ut. quia bene uixerant, agnito creatore defuncti reciperentur in caelum. damnum ergo est, quia non ante uenit Christus.' damnum esse manifestum est, sed quaere iustum an iniustum sit. solent enim damna iusta esse, de quibus queri non liceat. numquid fur deprehensus et iuxta legem in quadruplum condemnatus ausus est queri? ac per hoc damnum, quod genus hominum passum est, iuste factum est, unde et permissum est.

6. Quare et saluator inter ipsa primordia uenire non debuit. cum enim diabolus superbiret, homo factus a deo positus est illi inimicus, ut auxiliis dei munitus, quia inpar erat, resiste-

def. P 1 et] ut *X* 2 subuerteret *C* 6—11 et de cetero—carni *om.* (*add. inf. mg.*) *C* 9 sint *CNB* sunt (*corr.* sint) *F* 11 peccatis *om. N* pressi (s *alt. in ras.*) *M* pr(a)esit *C* pressii (*eras. alt.* i) *N* 14 hii *CX* 16 priori (*corr.*) *C* apperuerat *C* 17 qui *C* defunti *M* 18 qui *C* damnum *alt.*] dumnum *F* dum non *X* 19 quare *CNX* 20 queri *N* 21 defensus *X* contemnatus *C* 23 iusta (*corr.* iustae) *C* 26 superbiret—auxiliis *om. X* 27 auxilii *C* auxilialis (*corr.*) *N* inpar erat] imperat *N* resistere *GA*

ret ei accepto mandato. diabolus autem solita subtilitate simulauit se ignorare, quid praeceptum esset a deo, et inuenit Euam instabilem; postea autem promittens illi, quod, si interdictum contigissent, praestaret illis deitatem, circumuenit eos. tunc diabolus superato homine triumfauit, hic uictus genus suum subiecit peccato. quam ob rem iniustum erat uictori uiolenter auferre spolia, quia deus quod facit iuste facit, praeterea cum acerbe peccauerit homo. adsentiens enim contra mandatum creatoris fieri se deum idolatriam admisit, per quod in deum peccauit; ideoque non illi statim debuit subueniri, quippe cum nec paenituerit. nec grata enim fuisset misericordia, si non scisset quid mereretur. quamquam enim omnia possit deus, sed illud facit quod conuenit rationi, ut inreprehensibilis perseueret.

LXXXIIII. QUARE LUNAE CURSUM IN RATIONE PASCHAE CUSTODIENTES PAGANOS REPREHENDIMUS, QUIA DIES LUNARES ET MODUM CUSTODIANT?

1. Absit a Christianis ne sidera uenerari dicantur, quibus indulta est spiritalis cultura, ut despicientes quae uidentur his, quae inuisibilia et supercaelestia sunt, copulentur, ut haec omnia transcendant futuri cum angelis dei. nam siderum cultores aut cum ipsis erunt aut intra ista. qui enim fieri potest, ut aliquis super haec sit quae colit? pagani itaque non conputum lunae obseruant, sed lunam ipsam uelut deam uenerantur et effectus curriculorum eius adprehendisse se

3 cf. Gen. 3, 5. 6

lf. P 3 Euam] eum *X* si] se *CX* re *Λ* 7 propter ea *C* 8 acerue *GA* 9 se] si *X* idolatria *N* 10 in deum] deo *N* 11 nec *alt.*] ne *C* gratia *N* (*corr.*), *G* enim] ei *N* 15 cursus *NGA* paschae] sit *add. NX* 16 dies] die (s *add. m. rec. fort. s. l.*) *N* 17 custodiunt *X* 19 dispicientes *NG* 21 transdant (*corr.*) *M* 22 qui *scripsi* quin *codd.* potest fieri *GA*

arbitrantes, quid certis diebus agendum quidue cauendum sit. decreuerunt imperio huius uitam et conuersationem suam ordine quodam subicientes, quos, quia extra dei ordinationem haec ausi sunt usurpare, falli frequenter deprehendimus. haec enim luminaria in signa temporum deus constituit, unde et nos numerum lunae custodimus, non illam ipsam excolimus, ut a quarta decima luna, quae nobis secundum legem prima est. rationem paschae obseruemus. omnia enim plena deus instituit; ideoque a decima quarta usque in uigensimam primam, his septem diebus pascha nobis celebrare concessum est, ut de his septem aliqui dies a parasceue usque ad resurrectionem domini concludantur, ut neque tertia decima in passione sit neque quarta decima in resurrectione aut quinta decima ne ante primam secundum nos lunam passio Christi sit neque resurrectio eius non primo die, quo coeptus mundus est.

2. Omnia enim mundi tempora unius ebdomadae curriculis numerantur, qua deus mundi membra et ornamenta conposuit. sex enim diebus mundum aptauit et septima cessauit, quam sabbatum appellauit. his enim septem diebus totius mundi ratio et numerus continetur. semper enim in se redeuntes multiplicant numerum temporum. post sabbatum enim a primo die repetit semper usque in diem septimum, id est sabbatum, ut resurrectio domini primo die inchoati mundi facta discatur, qui dies dominicus dicitur. ipsum enim fecit dominus unum, qui uespere in septenarium numerum euolutus incipit iterum, ut sit post ebdomadam primus. quod ita decretum ab initio est

7 cf. Ex. 12, 6 etc. 23 cf. Apoc. 1, 10

def. P 1 diebus certis *GA* quidue] quid uel *FB* 5 signo (*corr.*) *C* temporum (u *in ras.*) *C* 6 lunae (*corr.*) *M* ut] et (*corr.*) *C* 8 rationum *N*, (u *in ras.*) *F* inplena *GA* 9 a decima quarta] ••••ama (ma *s. l.*) XIIII ta (ta *s. l.*) *M* a XIIII *N* in] ad *N* uigissima prima *C* XXI *NF* 11 a] ad (*corr.*) *N* ad] ad (d *in ras.*) *M* 12 XIII *N* 13 quarta decima] XIIII *MN* 14 prima *FB* 15 non] nam *N* 17 quia *N*, *F* (*corr.*) memora *FB* 20 semper] septem *M* 22 VII (*add.* mum *s. l. m3*) *M* 25 euolutas (*corr.*) *M* 26 initi••o *M*

propter sacramentum incarnationis domini et passionis et resurrectionis. in corpore enim domini totus prope mundus resurrexit et instauratus est.

3. Absolutum est non nos lunam colere, sed numerum, qui per lunae cursum institutus est, custodire. diabolus autem, qui est satanas, ut fallaciae suae auctoritatem aliquam posset adhibere et mendacia sua commenticia ueritate colorare, primo mense quo sacramenta dominica scit celebranda, quia non mediocris potentiae est, paganis quae obseruarent instituit mysteria, ut animas eorum duabus ex causis in errore detineret: ut, quia praeuenit ueritatem fallacia, ueritas fallacia uideretur, quasi antiquitate praeiudicans ueritati; et quia in primo mense, in quo aequinoctium habent Romani, sicuti et nos, ea ipsa obseruatio ab his custoditur, ita ut et per sanguinem dicant expiationem fieri, sicut et nos per crucem. hac uersutia paganos detinet in errore, ut putent ueritatem nostram imitationem potius uideri quam ueritatem, quasi per aemulationem superstitione quadam inuentam. 'nec enim uerum potest', inquiunt, 'aestimari quod postea est inuentum'. sed quia apud nos pro certo ueritas est et ab initio haec est, uirtutum adque prodigiorum signa perhibent testimonium, ut teste uirtute diaboli inprobitas innotescat. quoniam enim sola est, quae facile suadeat haec, contra uersutiam et praeuentum diaboli posita est, ut simulationem eius reuelet. nemo enim etiam inimicorum negare audeat illic esse ueritatem, ubi uirtus apparet.

5 cf. Apoc. 12, 9. 20, 2

lef. P 2 domini *om. N* 6 possit *NX* 7 adhiberi *M* ueritatem (*corr.*) *N* 8 quo] quod *M* (*corr. m2*), *CNX* (*corr. FA*) scit] sic (*corr. m2* sunt) *M* sit *NGA* 10 causit (*corr. m2*) *M* errorem *codd., sed cf. lin. 16* 13 ramani *N* secuti *CN* 14 ita (i *in ras.*) ut (*s. l.*) *M* 16 teninet (te *in ras.*) *C* 18 superstitione] superstitione *C* superstitutione *N* super institutione(m) *X* quandam *GA* inuentum *C* 20 certe *GB* 21 prohibent *X* 22 innotescit *FG* 25 ne (*add.* gare *s. l.*) *M* audiat *C* uirtus] ueritas *N*

LXXXV. QUID EST UT, CUM CONSTET A DAUID USQUE AD TRANSMIGRATIONEM BABYLONIS SEPTEM ET DECEM ESSE GENERATIONES, EUANGELISTA QUATTUORDECIM DICAT PRAETERMISSO OCHODIA, QUI POST IORAM EST FILIUM IOSAFAT, ET IOAS FILIO OCHODIAE ET AMESSIA FILIO IOAS?

Nihil euangelistam quam sensum legis secutum credibile debet uideri, ideoque non inmerito hi ab euangelista sublati sunt de numero ceterorum. sic enim horum continuauit impietas, ut malignum illorum nullum interuallum haberet. a Ioram autem coeptum malignum sic perambulauit usque ad Oziam filium Amessiae, ut nullius lateris esset suffragium, quo ex parte merito patris aliquis horum remaneret in numero regum. nam Ioram maligne agens merito Iosafat remissus in numero est et Ozias merito Ioatham reseruatus in numero est; illorum autem trium continuata malignitas in deum est. Solomon quoque merito patris remissus in regno est et Roboam filius Solomonis maligne agens merito Asaf relictus est in numero regum. illi autem tres in medio malorum conclusi sunt maligne agentes; ideo erasi sunt. peius enim ad perditionem generis exemplum est, quando se iugiter malignitas pandit. et ut proprie dicam: propter quod ex traduce eorum non est

1 cf. I Par. 3, 10 seqq. 3 cf. Matth. 1, 17 18 cf. Matth. 1, 8

def. P 2 ad transmigrationem *bis C* ad transmigratione *N* XVII *NGA* 3 quatuordecem *M* 4 dicat ho (ho *eras.*) *C* dicit *X* praetermisso *om. C* ochodia (*rubr.: corr. atr.* ochozia) *M* ochoohdie (*corr.* ochoohdia) *N* ochocia *F* ochozia *X* 5 est *om. C* 6 amaessia (*fort. ex* amassia) *C* 7 euangelista *X* 8 hii *CGA* 10 nullum (n *in ras.*) *M* a Ioram] maiora (*corr.* ioram) *M* 11 oriam (z *s. l. m. rec.*) *N* 12 amaessię (*corr.* amassię) *M* amas(s)iae *X* esse *X* 14 nam Ioram] maiora (*corr.* ioram) *M* praemissus *C* 15 iotham *CX* ioatam *N* reseruantus *C* 18 asaf (*corr.* asa *eras.* f) *M* asaph *C* asa *NX* relectus *CF* nu••mero *N* 19 maliorum (*corr.*) *C* 20 pius *N* a perditione *N*

Iosef, praetermissi sunt. ab Abraham enim horum generationem secutus est euangelista, ex quibus originem trahit Iosef, cui desponsata Maria genuit Christum.

LXXXVI. QUID EST QUOD PROBET MARIAM MATREM DOMINI EX TRIBU ET SEMINE ESSE DAUID?

Idonei testis proferimus sermonem. dicit enim angelus ad Mariam inter cetera: et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris sui, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis. quo modo diceretur ab idoneo teste pater eius Dauid, si non esset Maria ex semine Dauid?

LXXXVII. SI UNUS EST DEUS, CUR IN TRIBUS SPES SALUTIS EST, ET NON IN DUOBUS AUT QUATTUOR AUT CERTE IN IPSO UNO? ET QUARE NON EST AB INITIO TRINITAS PRAEDICATA?

Nihil paene nouum; sic enim trinitas praedicatur, ut unus deus credatur. non ergo additum est aliquid, sed sacramentum dei unius reuelatum. inter ipsa autem primordia manifestari non oportuit, quia prius praedicandum est et postea id quod praedicatum est reuelandum, ut scias patrem esse, a quo cuncta sunt, filium uero dici, per quem sunt omnia, spiritum autem sanctum appellari, per quem omnia, quae a patre quidem, sed per filium sunt, regenerantur ad fidem dei unius. h ergo tres sunt quidem, sed una diuinitas. ratio igitur facit ut

2 cf. Matth. 1, 16 7 Luc. 1, 32. 33 12 cf. Matth. 28, 19 etc. 21 cf. Ioh. 1, 3

cf. P 1 ab *om. M* (*add.*), *CNX* (*add. Am²*) 2 est *om. C* euangelista est *GA* traxit *C* 3 disponsata *GA* 4 pro et (*corr. atr.*) *M* 5 ex] et *M* simine (*corr. atr.*) *M* 6 testes *NFB* proferimus] prostremus (*corr.* postremus) *C* 8 regnauit *CX* 10 enius *N* 12 unius *atr. in ras. M* 13 et] ex *M* 17 credatur (t *in ras.*) *M* 21 cuncta *eras. et s. l.* omnia *Mm4* cuncta (n *in ras.*) *N* 23 regerantur *M* uni (*eras.*) unius *M* hii *C*

tres sint, non plures aut infra. omnis enim numerus usque ad nouem peruenit, quia tres, dum inuicem in se sunt, faciunt numero nouem, quia in uno tres sunt et tres in unum. qui enim uidet unum, uidet tres, dum nihil differt alter ab altero. tres ergo unum et ter tres unum; hoc est, in nono numero perfectio est, quantum ad numerum pertinet, quia de uno sunt omnia. addito enim uno, ex quo uel in quo tres qui numerantur nouem, fiunt decem aut XX. semper tamen usque ad nouem uenitur et unus additur, quia nouem unum sunt, ut plena perfectio sit unitatis.

LXXXVIII. SI MAIOR GRATIA ET MANIFESTIOR INTELLEGENTIA IN NOUO EST QUAM IN UETERI, QUARE ESEIAS PROFETA SEDENTEM IN THRONO MAIESTATIS UIDIT DOMINUM SABAOTH, QUI EST CHRISTUS, IUXTA INTERPRETATIONEM IOHANNIS EUANGELISTAE — DIXIT ENIM INTER CETERA: 'HAEC LOCUTUS EST ESEIAS. QUANDO UIDIT MAIESTATEM EIUS ET LOCUTUS EST DE EO' —, IN NOUO AUTEM STEPHANUS PRIMUS MARTYR STANTEM UIDISSE SE DICIT IESUM A DEXTRIS DEI? QUID EST ISTUD UT HIC QUASI SUBIECTUS UIDEATUR POST TRIUMPHOS ET ILLIC QUASI DOMINUS, ANTEQUAM UINCERET?

Prout causa se fecit, ita et dominus se ostendit. profetae enim uisus est quasi rex corripiens plebem et hoc se ostendit quod erat; in pace enim erat causa deitatis eius. Stephano autem ut stans appareret, fecit calumnia Iudaeorum. in Stephano autem saluatoris causa uim patiebatur; ideo sedente iudice deo

13 cf. Esai. 6, 1 16 Ioh. 12, 41 19 cf. Act. 7, 55

def. P 2 nouem (*in ras.*) *N* in se sunt] inserunt *X* faciunt] adiciunt *X* 3 in uno tres] tres in uno *GA* 4 differt (ff *in ras.*) *N* defert *X* 5 ter *om. X* tres] ters (*corr. m4*) *M* 8 decim *NX* ad *om. GA* 13 trono *C* (*add.* h *s. l.*), *B* 18 itefanus (s *s.* i) *M* 19 uidisse *om.* (*add. s. l.*) *N* a] ad *M* 22 ..uinceret *C* 23 se fecit] refecit *M; an* rem fecit *legendum*? 24 res (*corr.*) *M* 26 stesphano (*alt.* s *exp.*) *M* 27 iudici *C*

stans apparuit, quasi qui causam diceret, et quia bona causa eius est, ad dexteram iudicis erat. omnis enim qui causam dicit, stet necesse est.

LXXXVIIII. SALUATOR INTER CETERA DICIT DE SPIRITU SANCTO, QUOD 'UENIENS,' INQUIT, 'ILLE ARGUET MUNDUM DE PECCATO ET DE IUSTITIA ET DE IUDICIO: DE PECCATO QUIDEM, QUIA NON CREDUNT IN ME; DE IUSTITIA UERO, QUIA EO AD PATREM ET IAM NON UIDEBITIS ME; DE IUDICIO AUTEM, QUIA PRINCEPS MUNDI HUIUS IUDICATUS EST.' CAUSAM QUIDEM UIDETUR DIXISSE ARGUENDI MUNDI, SED INDIGET EXPLANATIONE.

1. Cum saluatori non crederent Iudaei neque mundanae potestates — quia non solum hominibus se manifestari uoluit, sed et principibus et potestatibus in caelestibus, sicut docet apostolus in epistula ad Efesios —, post passionem suam uera se locutum spiritum sanctum probaturum ostendit. et hoc est 'arguere mundum', ostendere illi uera esse quae credere noluit. credere enim noluit a deo uenisse saluatorem. saluator autem seruata iustitia non trepidauit reuerti ad eum qui se miserat, et per id quod regressus est, probauit se inde uenisse, quia nemo ascendit ad deum, nisi qui descendit a deo. uidentes ergo potestates ascendere eum confusae sunt, uidentes uerum esse quod uelut falsum spreuerant. itaque ista iustitia arguit eos, qua iustum probatum est, quia regressus est unde uenerat.

6 Ioh. 16, 8—11 15 cf. Eph. 3, 10 21 cf. Ioh. 3, 13

P 6 iustitia] iudicio *GA* iudicio] iustitia *GA* 7 crediderunt *N* 8 qui *M* ad patrem eo *GA* 10 huius mundi *NG* 13 mundane (*corr.* mundana *m4*) *M* potestas *M* 14 manifes··tari *C* 15 docet (*corr.* dicet) *M* 16 ephesios *C* effesios *X* spiritum sanctum locutum (*corr.*) *N* 18 illi *om. X* quae] quia (*corr.*) *M* qui *C* noluit] ··oluit (n *s. ras.*) *M* 20 reuerti] reuerti (*corr.* reuera) *M* reuertenti *G* reuerenti (en *exp. et eras.*) *A* 21 se] sed (*corr.*) *M* 23 potestas (*corr.*) *M* confusi *C* 24 spraeuerunt *N* 25 quia regressus est *om. N*

sic autem arguit eos de peccato, quia non solum credere ei noluerunt, sed et occiderunt eum. de iudicio uero sic eos corripuit, dum ostendit principem mundi reum factum et conpressum ab eo, cuius fidei non communicarunt. uidentes enim animas de inferis ire in caelos cognouerunt adiudicatum esse principem huius mundi, ut reus factus in causa saluatoris quae tenebat amitteret.

2. Haec quidem ascendente saluatore uisa sunt, sed superueniente in discipulos spiritu sancto palam aperteque manifestata sunt. uera enim correptio tunc fuit, quando post passionem ad testimonium saluatoris publice a perfidis uidebantur resurgentes mortui, claudi currentes, leprosi mundati, paralytici confirmati, caeci aspicere, surdi audire, muti eloqui, daemoniatici purgati, infirmi recuperata sanitate gratias agere. hoc modo spiritus sanctus arguit mundum, quia in nomine saluatoris, qui reprobatus est a mundo, omnium curationum uirtutes operatus est.

XC. SI DIABOLUS IPSE EST SATANAS, QUID EST UT INTER CETERA DICAT AD IUDAEOS SALUATOR: 'UOS DE PATRE DIABOLO ESTIS ET CONCUPISCENTIAS PATRIS UESTRI UULTIS FACERE. ILLE HOMICIDA FUIT AB INITIO ET IN UERITATE NON STETIT, QUIA UERITAS NON EST IN EO. CUM LOQUITUR MENDACIUM, EX SUIS PROPRIIS LOQUITUR, QUIA MENDAX EST, SICUT ET PATER EIUS'?

Diabolus non speciale nomen est, sed commune. in quocumque enim opera diaboli fuerint inuenta, sine dubio diabo-

4 cf. Act. passim 19 Ioh. 8, 44

def. P 1 arguet *C* 3 compraesum• *C* 4 cu (*add.* ius *s. l.*) *N* commu•nicarunt *N* communicauerunt *GA* 7 ammitteret (*pr.* m *exp. et eras. A*) *X* 8 saluatorem (*corr.*) *MN* 9 aperte quae *CFG* manifesta *GA* 12 currentes (*pr.* r *in ras.*) *C* 14 d(a)emoniatici *MNX* (*exp. et eras.* ti *A*) daemoniaci *C* recuberata *CF* 20 de] ex *GA* patris (atr *in ras.*) *N* 26 quocum *M* (*add.* que *s. l.*), *C*

lus appellandus est. operis enim nomen est, non naturae. itaque hoc in loco patrem Iudaeorum Cain significat, cuius imitatores uolentes esse saluatorem peremerunt Iudaei. hunc dicit, quia se parricidio maculauit et reum fecit mortis, in ueritate non stetisse. ab ipso autem forma data est fratricidii. istum ipsum dicit, cum loquitur mendacium, de suis propriis loqui, ut ostenderet unum quemque non nisi propria uoluntate peccare. sed quia imitator diaboli est, adiecit: quia mendax est, sicut et pater eius. hic enim ut primum hominem morte condemnaret, simulauit se nescisse quid praeceptum fuisset a deo. similiter et Cain interrogatus finxit se nescire, ubi esset frater suus Abel, quem occiderat. hoc ergo in loco diabolum Cain esse dixit, patrem autem eius diabolum, cuius opera secutus est; diaboli enim filius diabolus est. sed diabolus ille, qui et satanas, patrem in malitia sua nullum habet; ipse enim sibi in malo auctor est. prior enim ipse peccauit, ac per hoc quicumque imitati illum fuerint filii eius dicentur, et ille pater eorum. etenim nos in fide Abraham patrem habemus, quia prior ipse credidit deo, ac per hoc nomine eius censemur; fideles enim dicimur sicut et ille.

XCI. QUAERENDUM QUO MODO CONTRADICENDUM SINE ARGUMENTIS FOTINO SIT CHRISTUM ANTE MARIAM ESSE.

1. A Iohanne prius quaeramus baptista, quem ipse saluator testem suum esse professus est. ait enim inter cetera de domino: qui de sursum uenit, super omnes est; qui

6 cf. Ioh. 8, 44 8 Ioh. 8, 44 11 cf. Gen. 4, 9 19 cf. Gen. 15, 6 (Rom. 4, 3 etc.) 24 cf. Ioh. 1, 15 etc. 26 Ioh. 3, 31. 32

vl. P 3 uolunt *M* perimerunt *GA* 4 quia *om. X* 6 ipsum (ps *in ras.*) *N* loqui] loquitur *CNX* 8 abiecit *N* 10 condempnare *C* quod *M* 13 dixit esse *GA* 17 imita•ti *C* dicetur (*corr.*) *M* 19 ipse prior *X* nomini *NX* 20 dicimus *M* 22 argumento *GA* 23 esse (*add. m4 mg.* neganti) *M* 26 super est omnes (*corr.*) *C*

autem de terra est, de terra et loquitur; qui uero de caelo uenit, quod uidit et audiuit, testificatur et testimonium eius nemo accipit. ecce Iohannes omnes secum pariter ad conparationem domini terrestres appellat, quia illum de caelis testatur uenisse, ceteros uero omnes de terra esse, hoc est de inferioribus. et ipse dominus inter cetera eadem loquitur dicens: non enim descendi de caelo ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui me misit. patris. et iterum dominus inter alia hoc sensu loquitur dicens: et nunc dico uobis, quia ego rogabo patrem. ipse enim pater diligit uos, quia uos me diligitis et creditis quia ego a deo exiui patre et ueni in hunc mundum; iterum relinquo mundum et uado ad patrem. tunc uidentes discipuli manifeste illum esse locutum dicunt ei: ecce nunc palam loqueris et prouerbium nullum dicis; nunc scimus quoniam scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget; in hoc credimus, quoniam a deo existi. haec interpretatione non indigent, quippe cum ista summa sit religionis nostrae, ut Christum ante carnem in caelis cum deo fuisse credamus ut filium apud patrem.

2. Nam si propter iustam conuersationem et caelestem doctrinam de caelo et a deo se dixit exisse et uenisse in mundum, eadem debuerant dicere de se omnes profetae et apostoli. et quia dixit: iterum relinquo mundum et uado ad patrem, hoc forte dicatur significasse, quia doctrina, quae uenerat a deo, relicto mundo ad deum est regressa. aliud

7 Ioh. 6, 38 10 Ioh. 16, 26—28 15 Ioh. 16, 29. 30 24 Ioh. 16, 28

def. P 1 de terra *alt. om.* (*add. s. l.*) *M* et *eras. M om. G* 2 audit *CNX* 3 accepit *X* iohannis *C* 4 terrestris *C* appellauit *N* 5 caelesti *GA* 7 loquitur (*add.* i *s.* t) *N* 8 misit me *N* 10 nunc] non *X* 12 ego *om. N* exiui] *add.* exiui a *Mm4. X add.* a *C* hunc *om. G, B* (*add. m2*) 15 nunc *om. N* 17 est *om. N* quoniam* (m *in ras.*) *N* quia *GA* 18 hac *N* 19 relegionis *CFA* 20 credimus *N* 26 ad deum] a deo (*corr.*) *M*

enim quod dicant non habent. si enim de caelo uenisse et a deo exisse et uenisse in hunc mundum ad uirtutis et doctrinae pertinet causam, non ad saluatoris personam, cum dicit: iterum relinquo mundum et uado ad patrem, illo autem redit unde uenerat, sed uidemus post abscessum domini et uirtutem in mundo fuisse et doctrinam, uides ergo non de uirtute dictum esse a domino et doctrina, sed specialiter de se dominum locutum.

3. Quod si uirtutis, quae in Christo operata est, dicis esse uerba, haec ipsa uirtus deum patrem suum appellat. ecce incurris quod times, quia si uirtus dei filius dei est, ipsa utique uirtus est, de qua dicit apostolus: Christum dei uirtutem et dei sapientiam; haec exiuit a deo et iterum ad deum regressa est. itaque haec ipsa uirtus, quae Christus est, in spiritu dei daemonia se testatur eicere. qui spiritus per apostolos operatus est, ut scias sanctum spiritum, per quem dominus operatus est, post abscessum domini hic in mundo in apostolos operatum, ut plenius appareat dominum de sua persona locutum, quia relicto mundo regressus est ad deum. aut si putas uirtutem hanc non esse Christum, duae erunt uirtutes et duo filii dei; et ubi est illud quod legitur: unigenitus filius dei, qui est in sinu patris, et iterum: sic enim, inquit, dilexit deus mundum hunc, ut filium suum unicum daret pro eo? animaduertis iam uirtutem dei, quae operata est corporata in mundo, ipsam unam esse. quae et dei uirtus dicatur et filius. et uideamus quid crediderint

3 Ioh. 16, 28 12 I Cor. 1, 24 15 cf. Matth. 12, 28 21 Ioh. 1, 18 23 Ioh. 3, 16

f.P 2 uirtutes *CNGA* 5 uidimus *CNX* 6 in *om. X* 9 quod] sed *C* uirtus (*corr.*) *M* operata est in xp̄o *GA* 10 uirtutis *X* deum• *M* 11 dei est] est dei *GA* 13 haec *om.* (*add. mg.*) *M* deo••• *N* 16 apostolus (*corr.*) *M* ut scias—operatus est *om.* (*add. inf. mg.*) *N* sp̄m sc̄m *CN* 18 apostolus *C* (*corr.*), *G* 21 est] es *M* 24 iam *om. M* 25 mundum *N* una *X*

aut cui apostoli audientes a domino: ecce iterum relinquo mundum et uado ad patrem responderunt ei: ecce nunc palam loqueris et prouerbium nullum dicis; nunc scimus quoniam nosti omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget; in hoc credimus, quoniam a deo existi.

4. Nunc uideamus si de uirtutibus ambigerent discipuli. utrum ex deo essent, cum uiderent Lazarum iam fetidum quarta die resuscitatum, caeco a natiuitate oculos reformatos. tactu fimbriae mulierem a profluuio liberatam, aquae naturam inmutatam in uinum, an de persona domini. nemo plane dubitauit de uirtutibus, quippe cum dicerent illum alii esse Heliam. alii Hieremiam aut unum ex profetis. nam cum lapidare uellent illum Iudaei, respondit eis Iesus: multa opera bona ostendi uobis a patre meo; propter quod eorum opus lapidatis me? dixerunt ei Iudaei: nos de bono opere non lapidamus te, sed propter blasfemiam, quia, cum sis homo, facis te deum. si igitur Iudaei quod dei opera essent non ambigebant, apostoli ambigebant?

5. Quoniam ergo omnis dubitatio de saluatoris persona erat — res enim inaudita et quae in sensum humanum non ruerat stuporem hominibus faciebat, cum audiebant dicentem illum se a deo exisse et proprium sibi patrem esse deum —, idcirco discipuli satis sibi factum confitentes manifestatione uerborum domini dixerunt ad eum: nunc scimus quoniam nosti omnia, et non opus est ut quis te interroget; in hoc

1 Ioh. 16, 28 2 Ioh. 16, 29. 30 7 cf. Ioh. 11, 39. 44 8 cf. Ioh. 9, 1—7 9 cf. Matth. 9, 20—22. Luc. 8, 44 10 cf. Ioh. 2, 9 12 cf. Matth. 16, 14 13 Ioh. 10, 32 15 Ioh. 10, 33 22 cf. Ioh. 16, 27 et Ioh. 5, 18 24 Ioh. 16, 30

def. P 2 ei *Engelbrecht* enim *codd.* 5 quoniam] quia *GA* 7 essent] exissent *N* uiderent] uidissent *N* fętidum *M* f(a)etitum *CX* 8 reformatos (s *in ras.*) *M* 9 tactu] tetigisse *N* 10 commotatam *N* in] a *FB* plana *C* 11 helian *C* 13 bona opera *X* 15 ei] et *CNX* 16 te lapidamus *N* et *ante* quia *add. CNX* 18 ambigebant *pr.*] ambigabant *CF* 20 rueret *C* 21 faciebant *C* 23 esse *ante* factum *add. N* manifestationem *C* 25 est] est tibi *X*

credimus, quoniam a deo existi. si enim non uere a deo exiuit, fides apostolorum exinanitur; sed non potest, quia a saluatore probata est. respondit enim eis; modo creditis, id est 'tanta signa uidentes non credebatis'. itaque probatum est apostolis Christum a deo exisse et uenisse, ut per hanc exitionem filium istum dei credere non esset ambiguum. si enim nemo uidit deum, nisi qui est a deo hic uidit deum, et si nemo nouit patrem nisi filius — hoc est uere apud deum fuisse et ab eo exisse et uenisse; nemo enim alius poterat a deo exire, nisi hic qui in principio erat apud deum, quia et nec quisquam alius sciebat aut uiderat deum —, ideo non incredibile nobis est uerum filium hunc dei credere, sicut dixit Iohannes in epistula prima: et sumus, inquit, in uero filio eius Iesu Christo. hic est uerus et uita aeterna, et apostolus: qui proprio, inquit, filio non pepercit, et euangelista: quia proprium, ait, sibi patrem dicebat deum.

6. Si uerus ergo filius dei est Christus, quo modo homo tantum est? uerus enim non diceretur, nisi proprie ab eo esset genitus. aut dicat Fotinus, quare uere filius dei creditur, si non est uerus. aut quod opus erat hunc credere filium dei, si unus esset de ceteris sanctis, qui filii dei digni sunt appellari? aut numquid aliqua indignitas in hoc est, per quam filius dei, sicut ceteri sunt, credi non posset, et idcirco dicitur, ut hic, de quo incredulum uidetur, credatur esse filius dei? si enim potior est ceteris, quod opus est ut dicatur: 'crede Christum

3 Ioh. 16, 31 7 cf. Ioh. 6, 46 8 cf. Matth. 11, 27. Luc. 10, 22 10 cf. Ioh. 1, 2 13 I Ioh. 5, 20 15 Rom. 8, 32 16 Ioh. 5, 18 21 cf. Luc. 15, 19. 21 25 cf. Act. 8, 37

def.P 3 respondit (i *in ras.*) *M* 6 istum *om. N* 9 aliud (*corr.*) *C* 11 aliud *GA* 12 uobis *N* uere *GA* dei *om. M* 14 uerus] uerus deus *X* 16 qui *N* dicebat patrem *X* deum *om. N* 19 dicet (*corr.*) *N* uerus *CNX num recte?* 20 quid *CNX* 21 aut *eras. M* 22 quam] quem *N* 23 ut hic] uhic (*corr.* huic) *M* 24 filius esse *CNX* 25 ceteris est *CNX* quid *CNX* credere *X*

filium esse dei', nisi quia, ut aliter de hoc credatur, praecipitur quam de ceteris, ut, quia multi sunt qui filii dei sanctitatis causa appellantur, hic solus uerus dei filius credatur, unde et unicus dicitur? nam quis sanctorum ausus fuit filium dei se dicere, non dicam et uerum, nisi saluator conscius natiuitatis suae a deo profectae? quo modo autem pateretur se adorari, si nesciret se esse de deo, cum scriptum sit: dominum deum tuum adorabis et ipsi soli seruies, quippe cum Iohannem angelus corripuerit, eo quod adorare se uellet, dicens ei: ne feceris, quia conseruus tuus sum; deum adora, et, cum soli deo seruiendum scriptura testetur, apostolus: qui seruit, inquit, Christo, placet deo? quare? quia unum sunt deus et Christus, pater et filius.

7. Apostolus se Christi seruum fatetur et dicit Corinthiis: nolite fieri serui hominum, et ad Galatas: Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum et deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis. ostendit aperte Christum deum esse et hominem, ut apostolatum suum non ab homine sed a Christo, iuxta quod deus est, et a patre deo esse monstraret. denique in subiectis ait: neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. quid tam apertum? dei enim doctrinam non per hominem dicit se adsecutum, sed ab ipso deo doctum. nam nos dei doctrinam per homines accepimus, uas autem electionis nihil se

3 cf. Ioh. 3, 16 7 Deut. 6, 13 (Matth. 4, 10 etc.) 9 Apoc. (19, 10) 22, 9 11 Rom. 14, 18 14 cf. Rom. 1, 1 etc. 15 I Cor. 7, 23 Gal. 1, 1 21 Gal. 1, 12 25 cf. Act. 9, 15

def. P 1 ni (*corr.*) *M* 2 sanctitis *M* 4 quis] siquis *N* filius (*corr.*) *N* 5 non dicam] ***** *M* 6 autem *om. N* pateretur] cum pateretur *X* orari *C* 7 esse *om. CNX* 8 iohanni *CNF* 9 angelus] dominus *CNF* se *C* 10 cumseruu (*corr.*) *M* cumseruus *N* 14 corinthis *C* chorintiis *X* 15 et *om. X* galatus (*corr.*) *C* galathas *N* 18 deum *om. N* 21 accipi *C* 24 dictum (*corr.*) *M* 25 hominem *GA* accipimus *CNGA* electiones *CF* se probat] reprobat *N*

probat ab apostolis adsecutum, hoc est ab hominibus. nam si, quia dei doctrina est, ideo non per hominem discitur, quam laudem suam testatur apostolus, si sic didicit, sicut ceteri populi?

8. Ut quid et dicit: neque ego ab homine accepi illud neque edoctus sum, sed per reuelationem Iesu Christi? quis ambigat hoc loco Christum deum significatum? sed quid mirum, cum inter cetera dicat ad Romanos: quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus, benedictus in saecula? quid est 'et ex quibus Christus secundum carnem'? non enim hoc diceret, nisi esset et secundum deum, ut secundum carnem ex patribus, secundum diuinitatem uero ex deo Christus sit super omnia deus. 'sed forte ad patris personam pertinere dicatur.' sed hoc loco nulla est paterni nominis mentio ideoque, si de Christo dictum negatur, persona cui conpetat detur. quare autem Christo non conpetat, cuius nomini caelestia et terrestria et inferna genu flectunt? hoc est super omnia esse deum; praeter haec enim alia nulla sunt. dicat nunc Fotinus, si haec homini genu flectunt aut si deus potentias illas caelestes et sanctos angelos, ut hominem adorent, decreuit. sed absit, quia deus nihil stultum decernit, maxime cum non liceat nisi deum adorari; quanto magis in caelis! rex enim adoratur in terris quasi uicarius dei, Christus autem post uicariam impleta dispensatione adoratur in caelis et in terra.

9. Legimus namque quia uerbum caro factum est, hoc est ministro sancto spiritu incarnatum esse ex Maria, hoc

5 Gal. 1, 12 8 Rom. 9, 5 10 Rom. 9, 5 13 cf. Rom. 9, 5 17 cf. Phil. 2, 10 18 cf. Rom. 9, 5 23 cf. Rom. 13, 4 26 Iob. 1, 14

def. P 1 ab *pr. om. CNX* 2 dicitur *NF* 3 dicit *MX* 5 ego] ergo *C, N* (*corr.*), *X* (*B corr.*) accipi *C* 8 cum] cur *N* 10 est] enim (*corr.*) *M* et *om. X* 12 et (*s. l.*) ex *M* 14 dicitur *X* 16 persone *M* 17 autem] ergo *X* et *om. N* 20 geno (*corr.*) *M* genus *CFG* fietunt (*corr.*) *M* illas *om. X* 24 terris] terris iste requisitus non est *M* 25 adoretur *N* 26 hoc est *om. CX*

uerbum in principio apud deum fuisse et deum esse, hoc quoque filium dei appellari. quo modo ergo non ante Mariam est, quod et in principio erat et deus erat? etiam si obcaecatus deum hoc esse neges uerbum, tamen non negas neque ignoras hoc uerbum filium dei appellatum et hoc apud deum fuisse in principio. qua ergo ratione post Mariam dicis esse, quod in principio legis fuisse? in Apocalypsi enim legimus de Christo: et nomen eius est uerbum dei, quod uerbum multas habet interpretationes. nam nihil de deo est quod non deus dicatur, sed propter auctoritatem unius dei quod de ipso natum est uerbum appellauit, ut hac ratione ducti, qua scimus uerba nostra non nisi ex nobis esse, Christum de deo esse crederemus.

10. Nec aliter quidem oportuit dici, ut de ipso et non extra eum crederetur. nam simili modo et uirtus et sapientia dei uocatur, ut eadem ratione de ipso intellegatur. si enim dixisset 'deus et deus', non illum de se esse significauerat, sed duos deos fecerat, quod unitati aduersum est. haec ratio in diuinis libris est, ut significatus deus Christus modum non excedat dei unius.

11. Quam autem illud tuum stultum est, Fotine, quod sic distinguis in capite euangelii Iohannis, ne uerbum deus dicatur? sic enim legis: in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat. uerbum hoc in principio erat apud deum quid sibi uult haec distinctio? quem indicat sensum? quam significat pietatis

1 cf. Ioh. 1, 2 5 cf. Ioh. 1, 2 8 Apoc. 19, 13 15 cf. I Cor. 1, 24 23 Ioh. 1, 1. 2

def. *P* 1 apud deum in principio *N* deum *alt.*] dominum *M* (*corr. m2*), *CNX* 3 est] esse (*corr.*) *C* et *pr. om. N* si obcaecatus] sci (*corr.*) obcaecati *N* 4 neges] negas *M* 5 uerbum *om. X* 6 qua *M* 7 apocalipsis (*alt. s eras.*) *N* 12 de deo] deo (*corr. m2* deum) *M* 14 opertuit] operauit (uit *eras. et corr.* eius *m2*) *M* 15 dei sapientia *GA* 16 de] ut de *FB* et de *GA* 18 deos *om. N* facerat *G, A* (*corr.* faceret) 19 modum] mundum *X* 22 si (*corr. m2*) *M* capita *C* 24 *uulgata interpunctione utuntur codd.*

rationem, nisi solam aduersus dei filium inimicitiam? quae enim significatio est pronuntiantis: et uerbum erat apud deum et deus erat? haec ergo legis nostrae sapientia est, ut doceat quia est deus? quae lingua est, quae gens, quae terra, quae secta, quae neget deum esse? et ut quid insinuet dicit: et uerbum erat apud deum? aut uerbum hoc quid uult intellegi, nisi rationem eius ostendat? non enim propter deum euangelium scribitur, de quo nemo dubitat, sed propter uerbum de quo quaestiones fiunt. mysterium enim dei est, quod ideo creditur, quia non est omnibus manifestum. ideoque scriptura contendit docere quid sit uerbum dicens: et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. istud et rationi conuenit et pronuntiatio integra est. ostendit enim quia uerbum hoc, quod in principio apud deum erat, deus erat, ut in sacramento mysterii aeterni dei, quod ignotum erat a saeculis et generationibus, deus uerbum apud deum patrem fuisse credatur.

12. Et quia carnalibus in dubium uenit, qui uolunt scripturam pro sensus sui loqui capacitate, fides posita est, quae sensum scripturae secuta praemium mereatur. Solomoni, cum sapientiam a deo postulasset, responsum a domino est: ecce dedi tibi, inquit, cor sapiens et prudens, quale non fuit ante te, et post te non exsurget uir similis tibi. quid dicemus? uerum est quod promisit deus? immo uero. nemo ergo hominum similis erit Solomoni. et quid uidebitur de Christo, qui inter cetera: regina, inquit, austri uenit ab ultimis terrae

2. 6. 11 Ioh. 1, 1 16 cf. Col. 1, 26 21 III Reg. 3, 12 26 Matth. 12, 42. Luc. 11, 31

cf. P 2 pronuntiantis *M* 4 quia] quid *X* deus *om. N* 5 secta] facta *M* neget (*corr. m2* negent) *M* 7 ostendit *C* 9 de *eras. N* quo *om. N* 14 hoc *om.* (*add. s. l.*) *N* 15 et *ante* deus *add. N* ut in] in *M* et in *X* 16 et] et a *CX* 18 scriptura *N* 20 secuta *om. X* 21 domino] deo *X* dedit (*exp.* t) *M* 23 uir *om. N* dicimus *X* 24 uero (*corr. m2* uerum) *M* uerum *cet.* ergo *om. X* hominum (um *m2 in ras.*) *M* 26 regna *FB* ab] ad *CFB*

audire sapientiam Solomonis: et ecce plus Solomone hic? nunc elige cui credas, Fotine, deo aut Christo, patri an filio. si patri credis, arguis filium; si filio credis, accusas patrem. si enim homo tantum est Christus, frustra se praeposuit Solomoni contra promissum dei; si autem intellegitur esse et deus, digne se anteposuit Solomoni et promissum intaminatum est dei, quia non exsurrexit homo similis Solomoni. Christus enim idcirco se potiorem ostendit, quia deus est.

13. O dementia Fotini, qui Christum ante Mariam non fateri uult, quem uoce sua audit testantem quod ante Abraham sit! cum enim de tempore agerent cum eo Iudaei dicentes: quinquaginta annos nondum habes, et Abraham uidisti? respondit eis: amen dico uobis, ante Abraham ego sum. non dixit: 'melior sum', sed ad interrogata respondit, quia ante erat quam putabant Iudaei. maledictum plane legis Fotinus euadere non potest, quia spem habet in Christo, quem tantum hominem dicit, cum legat: maledictus homo qui spem habet in homine. apostolus autem sciens Christum deum et ideo et in praesenti et in futuro spem esse in eo ait: si in hac tantum uita sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. non ergo homo tantum est, in quo spem habere docemur, quia uana spes in homine. haec diximus pauca de multis; sufficeret enim, si bonae mentis Fotino hoc solum postremum posuimus.

7 cf. III Reg. 3, 12 11 Ioh. 8, 57 13 Ioh. 8, 58 17 Hier. 17, 5 19 I Cor. 15, 19 22 cf. Ps. 59, 13

def. P 1 et *om. N* Solomone] salomonis *N* 2 aut] an. *N* xpo *in ras. M* an] an (n *in ras.*) *N* 3 patre (*corr.*) *M* credas (*corr.*) *N* 4 se *om. N* 5 esse *om. N* 6 solamoni (*corr.* salamoni) *N* intaminatum (*corr.* incontaminatum) *M* 7 di *N* 9 quia *M* 10 sua *om. X* sit ip (ip *eras.*) *C* 11 discentes (*corr.*) *C* 16 quia] qua *N* 18 hominem *N* 22 uana] una *F* (*corr.*), *B* spems (m *fort. eras.*) *N* 24 mentis] esset *add. CNX* solum] quod *add. CNX*

XCII. QUO MODO INTELLEGITUR QUOD DICIT SALUATOR: 'PACEM DO UOBIS, PACEM MEAM RELINQUO UOBIS; NON SICUT HIC MUNDUS DAT, EGO DO UOBIS'?

1. Qui pacem suscipit saluatoris inimicitiam contrahet mundi. nisi enim discordauerit a diabolo, pacem non habebit cum Christo. nemo enim potest duobus dominis seruire. hic ergo a mundo discordat, qui legi dei fideliter seruit; Christi pace munitus omnium aduersariorum conprimit tela. quis enim audeat aduersus eum quem scit regis amicum? aliter tamen mundus pacem dat, quam se saluator dare promisit. mundus enim aut metu pacem dat aut prece; saluator uero, cum sit fortior omnium nullum utique metuens, non rogatus dat pacem. salutaris ergo haec pax est, quae idcirco datur, ut munimentum sit contra hostes. pax quidem uno nomine appellatur, sed longo interuallo discernitur dei et mundi. haec enim fragilis est, illa fortis; haec carnea, illa spiritalis; haec terrena, illa caelestis; haec de necessitate est, illa de uoluntate. Christus enim nullius egens pacem offeret inualidis et inermibus, dominus seruis, bonus malis, deus hominibus.

2. Recte ergo ait: non sicut hic mundus dat, ego do uobis; hoc enim dicens intellegi uoluit clementiam bonae uoluntatis suae. cum enim omnis idcirco det pacem ut proficiat sibi, hic ad hoc dat, ut prosit non sibi sed eis quibus dat. aliter ergo mundus dat pacem, quam dedit saluator, et mundi pax non docet bonam uitam, non suadet ad patientiam, non prouocat ad iustitiam, non hortatur ad misericor-

2 Ioh. 14, 27 6 Matth. 6, 24. cf. Luc. 16, 13 8 cf. Eph. 6, 16 18 cf. Act. 17, 25 20 Ioh. 14, 27

P 1 quo modo intellegitur *claudunt quaest. 91 in N* quod] quod *M* 4 contrahit *X* 5 habet *X* 6 duabus (*corr.*) *M* 7 ergo] enim *N* lege *N* 8 pacem *N* (*corr.*), *FB* unitas *M* unitus (*corr.*) *CN* 9 audiat *C* 10 dat pacem *GA* se *om. GA* 11 enim] autem *N* pr(a)ecem (*corr.*) *C* 13 minimentum (*corr. m2*) *M* 14 uno] ut *M* 18 panem *C* offert (t *m2 in ras.*) *M* offert *GA* inhermibus *CNX* 20 sicut *in ras. N* 23 ad] et *CNX* 24 ego *C*

diam, non promittit aeternam uitam. quicumque enim acceperit pacem Christi, alienus erit a uitiis huius mundi, quae militant aduersus animam.

XCIII. QUAERENDUM AN SPIRITUM SANCTUM HABUERINT APOSTOLI TEMPORE ILLO QUO FUERINT CUM DOMINO, QUIA INTER MULTA DICIT EUANGELISTA: 'SPIRITUS', INQUIT, 'NONDUM ERAT DATUS, QUIA IESUS NONDUM FUERAT HONORIFICATUS,' ET ALIO IN LOCO: 'SI DILIGITIS ME,' AIT, 'PRAECEPTA MEA SERUATE, ET EGO ROGABO PATREM, ET ALIUM PARACLETUM DABIT UOBIS, UT UOBISCUM SIT IN AETERNUM, SPIRITUM UERITATIS, QUEM MUNDUS NON POTEST ACCIPERE, QUIA NON UIDET NEC COGNOSCIT EUM; UOS UIDETIS EUM ET COGNOSCITIS, QUIA APUD UOS MANET ET UOBISCUM EST.' QUID EST HOC? NEGAT DATUM SPIRITUM ANTE PASSIONEM, ROGATURUM AUTEM SE PROMITTIT PATREM, UT MITTAT EUM. ITEM SUBICIT, QUIA CUM IPSIS ERAT ET MANEBAT APUD EOS, POST RESURRECTIONEM AUTEM LEGITUR INSUFFLASSE ET DIXISSE EIS: 'ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM', IN PENTECOSTE AUTEM DESCENDISSE LEGITUR SPIRITUS SANCTUS IN APOSTOLOS. TANTAS UIDEO IN HAC CAUSA PERTURBATIONES, UT QUID TENENDUM SIT NESCIAM.

1. In his omnibus quae proposita sunt non una est causa. breuiter enim singularum causarum significatae sunt formae,

3 cf. I Petr. 2, 11 7 Ioh. 7, 39 9 Ioh. 14, 15—17 20 Ioh. 20, 22 21 cf. Act. 2, 1—4

def. *P* 4 habuerunt *CNX* 5 quod (*corr.*) *M* fuerunt *CNX* 7 dictus (*corr. m2*) *M* 8 alio in] in alio *X* 9 loco ait (ait *exp.*) *N* ait] aut *C* *om.* *GA* mandata *GA* 10 paracletum (*corr. m2* paraclitum) *M* paraclitum. *N* paraclytum *X* 11 ut] et *NX* 13 uidet (*corr. m2* uidit) *M* uidit *NGA* cognoscet *C* 14 cognoscetis *CNF* 17 ut mittat] amitat (*corr. m2* ut mitat) *M* 18 subiecit *CNX* qui *X* ipsis] ipsis legitur *N* 19 autem *om.* *M* legitur *om.* *N* 21 pentecoste (*add.* n *m2*) *M* pentecosten *NX*

quia unus quidem est spiritus, sed dona habet multa. cum ergo legitur spiritus sanctus, intellegi debet et eius officium, in quo sit significatus. nam quia et cum eis erat et uenturus erat, non est falsum, sed si non istud ad personam trahas, sed ad naturam. alterum enim se uenturum a patre promisit Christus, ut, quia indifferens est eorum diuinitas, in praesentia Christi non absens putetur spiritus sanctus et in aduentu et in apparentia spiritus sancti praesens aestimetur et Christus. ideo cum uenturum eum promittat, dicit: uos uidetis eum, quia apud uos manet et uobiscum est, ut securi essent apostoli, quia post ascensum domini non minorem aut degenerem ad tuitionem habituri essent pastorem aut regem. nam non est dubium non datum esse credentibus spiritum nisi, sicut euangelista testatur, postquam deuicta morte resurgens clarificatus est dominus. ipsius enim triumfantis domini uerba sunt et dicentis: quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem spiritu sancto baptizabimini, quem et accepturi estis non post multos hos dies. hoc tempore quo ascendere ad patrem disposuit, interfatus uidetur.

2. Illud autem quod insufflasse in discipulos dominus legitur post dies paucos resurrectionis suae et dixisse: accipite spiritum sanctum, ecclesiastica potestas intellegitur esse. quia enim omnia in traditione dominica per spiritum sanctum aguntur, idcirco, cum regula eis et forma traditur huius modi disciplinae, dicitur eis: accipite spiritum sanctum. et quia uere ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens: cuius

1 cf. I Cor. 12, 4—11 9 Ioh. 14, 17 14 cf. Ioh. 7, 39 16 Act. 1, 5 21. 25 Ioh. 20, 22 26 Ioh. 20, 23

def. P 2 et (*eras. m2*) *M* 3 quo] oo (*corr. m2*) *M* 4 trahas (has *m2. in ras.*) *M* 6 diuinitas *N* 7 sĉs sp̃s *N* 8 sancti] sĉs *C* 9 dicit] adicit (*corr.* et dicit) *C* uos. *M* 10 securi] secum *N* 11 degerem (*corr. m2*) *M* 12 ad tuitionem] adiutionem *C* 13 sicut *om.* (*add. m2*) *M* 14 eangelista *M* 16 iohannis *C* (*corr.*), *N* 17 baptuzabimini (*corr.*) *M* 19 disposui *M* inter factus (*corr.* fatus) *C* 23 intra dictione *C* aguntur—regula *in ras. C* 24 mundi *M* 25 dicit *GA*

tenueritis peccata, tenebuntur; si cuius remiseritis, remittentur eis. inspiratio ergo haec gratia quaedam est quae per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. unde apostolus dicit ad Timotheum: noli, inquit, neglegere gratiam quae est in te, quae data est tibi per inpositionem manuum presbiterii. semel ergo fieri oportuit, ut de cetero traditio ista non sine dono spiritus sancti esse crederetur. sicut enim in saluatore forma data est uisibiliter, ut post baptismum spiritus sanctus credentibus de cetero inuisibiliter dari non ambigeretur, ita et in supra dicta causa forma data est in principio, ut ex eo traditioni ecclesiasticae spiritus sanctus infusus credatur. ut autem apostoli praesente domino uirtutes facerent, potestas data est, sicut et prius profetis.

3. Trium ergo officiorum formae donis spiritus sancti in apostolis sunt ostensae, quarum prima haec est, quae ad ius ecclesiasticum pertinet in regenerandis uel ceteris officiis; secunda, quae in pentecoste data est, quae est generalis — non solum enim in apostolos, uerum etiam in omnes decidit spiritus sanctus credentes —; tertia forma est, quae solis apostolis uel ordinatis initio est concessa in signis ac uirtutibus faciendis, usque dum fidei semina iacerentur ad crementum. semina enim fidei sunt uirtutes per apostolos factae. ipsi enim antistites positi sunt huius modi ueritatis, qui per signa et prodigia non inrationabilem esse fidem nostram testarentur. nulla enim maior probatio est ueritatis quam uirtus. haec est enim quae omnem terrenam filosofiam accusat, quia semper solis uerbis studuit non habens testimonium uirtutis, qua stabile esse, quod uerbis adstructum erat. demonstraret. igitur spiritus sanctus generaliter semel datur

4 I Tim. 4, 14

def. *P* 2 remittuntur *FG* 7 sine dono] sinodo *N* 10 et] ⁊ *M* 13 fecerent *M* sicut *M* 15 doni *NX* 18 pentecosten *NX* 20 dedicit (*corr. m2*) *M* 21 ornatis *M* 22 semina (*corr. m2* semen) *M* 24 mundi *M* 26 maior] maior est (est *eras.*) *N* 28 semper] se⁊ *N* 29 qua] quae *CNX* 30 demonstrare *FB*

omnibus credentibus, per quem filii dei esse probentur, dum manet in eis. in signis uero et prodigiis faciendis non manet in homine, sed uocatus aduenit aut suggerit necessaria et recedit. similiter et in traditione uel ordinatione de foris gratiam praestat, tuitionem etiam deferens deuotis fidei.

XCIIII. QUAERENDUM, SI IUDAS SCARIOTES PRODITOR DOMINI ANTE PASSIONEM SALUATORIS LAQUEO UITAM FINIIT.

1. Tradito saluatore inlucescente parasceue omnes principes sacerdotum et scribae et seniores conuenerunt in domum Caiphae pontificis, quo perducendum sciebant esse Iesum, ut audirent eum. hoc et Matheus et Marcus euangelistae testantur et nullum ex his ante perfectum impium opus a domo praesidis abscessisse, quippe cum omnis instantia eorum et deuotio ad agendum pascha mors esset saluatoris. occupatis ergo eis ad necem domini a mane usque ad horam nonam quo modo Iudas eis retulisse pretium sanguinis, quod acceperat, ante crucem domini probatur et dixisse illis in templo: peccaui, quod tradiderim sanguinem iustum, cum constet utique omnes principes et seniores ante passionem domini non fuisse in templo, quippe cum et in cruce posito insultarent ei?

2. Nec enim inde potest probari, quia ante passionem relatum est, cum sint multa, quae, cum ante facta probentur, nouissima ordinantur. est iterum, quando locus admittit, ut, quod post factum est, ante ponatur. nam manifestum utique est quinquagensimum psalmum anteriorem esse quam tertium. sic ergo

12 cf. Matth. 26, 57. Marc. 14, 53 18 Matth. 27, 4

lf. P 3 uocatur (*corr.*) *M* aut] ait *M* suggeret *N* 4 in *om. N* 6 schariotes *M* scariothes (*corr. m. rec.* scariothis) *C, NFB* scariothis *GA* 7 proditor domini] pro dño *N* passionem] dñi *add. X* 8 finit *C* finiuit *NX* 13 opus *om. X* 14 praesidis] principis *N* 15 occupatus *X* 17 Iudas eis] iud(a)eis *X* 24 est] et *N* 25 est *pr. om.* (*add. s. l.*) *M*

aliquando euenit, ut anticipentur quae posteriora sunt. unde et Maria cum post resurrectionem fratris sui Lazari ante sex dies paschae in cena ungento pedes domini unxisse probetur, propter significationem eius anticipatum est ab euangelista dicente inter cetera: Maria autem erat, inquit, quae unxit dominum ungento. hoc referet antequam Lazarus moreretur; quod nisi postea factum inueniremus, nesciremus quo tempore factum esset.

3. Sed ne forte post nonam horam factum sit ut uidens impius et crudelissimus Iudas occisum saluatorem et ob hoc uelum templi scissum, terram tremuisse, saxa fissa, elementa conterrita, ipso metu correptus doluerit, non nescius iustum se tradidisse, in cuius passione sic indignatus sit iudex deus? sed et post nonam horam occupati erant, sicut aestimo, seniores et principes sacerdotum. uespere enim eadem die pascham acturi erant; sabbato autem nummos portare non licebat secundum legem: ac per hoc inprobabile est apud me, quo die, immo tempore laqueo uitam finierit Iudas Scariotes.

XCV. UNDE ORTA SIT OBSERUATIO PENTECOSTES UEL QUA RATIONE.

1. Non est ambiguum cuncta religionis nostrae ueri testimonio roborari et legis ueteris praerogatiua signari. omnia enim in praeteritum in figura futurae fidei nostrae gesta et designata

5 Ioh. 11, 2 16 cf. Deut. 5, 14

def. P 1 antecipentur (*corr.*) *N* unde et] ut et de *X* 2 cum *om. M* sui *om. M* 3 unguento *CNX* pe (*add.* des *m2*) *M* probetur (*corr. m2* probatur) *M* 4 significationes *X* 6 dm̄ *M* unguento *CNX* refert *Mm2* ref,ret *N* 11 scisum *CN* fissa] fifissa (*corr.* scissa) *M* 12 conterrita] conteret ab *N* nescimus (*corr. m2* nescitur) *M* 13 se (*eras. m2*) *M* sit] est (*corr. m. rec. fort.*) *N* 16 pascha *Mm2, NGA* 18 finiret *CNGA* finirit *FB* schariotem (*corr. m2* schariotes) *M* scarioten *C* schariothes *N* scariothes *X* 19 pentecosten *N* 21 relegionis (*corr. m2*) *M, CFA* ueteri *X* *post* ueri ***lacuna sedecim litt. numquam inscripta*** *M* 22 in praeteritum] praeterita *N* 23 futurae] figurae *X*

noscuntur, ut uerum nos tenere non ambigeremus, quando ea, quae nunc et audimus et credimus, ante saecula praedestinata uidemus, non solum uocibus, sed etiam signorum uirtutibus commendata. sed nunc illud est, si eodem modo ut designata sunt a nobis intellegantur, ut dies pentecostes unde et qua ratione tractus sit congrue dinoscamus. scripturae etenim dominicae sensus suos sollicitis et deuotis aperiunt, indiligentibus claudunt. nec enim par erat, ut res, quae meritis ac dignis reseruatae sunt, passim ab omnibus uiderentur.

2. Pentecoste ergo, qui quinquagensimus a pascha conputatur dies, hanc habet rationem: ut sicut post ebdomadam dominicus dies primus est, in quo adimpletum est paschae mysterium in redemptionem salutis humanae — quia semper post curricula dierum septem ad primum reuerti necesse est, ut ostendatur aetatem mundi septenario numero consummari —, ita et post ebdomadas septem primus dies est pentecostes. denique numquam alio die quam dominico pentecostes est, ut totum quod ad salutem humanam pertinet, dominico die et inchoatum et adimpletum noscatur. dominico enim die factus est mundus et post lapsum rursus dominico die reformatus, cuius reformationis figura data est primum in circumcisione, in qua futurae fidei signum fuit. post ebdomadam enim qui octauus dictus est primus est in mysterio. haec est enim dies quam fecit

23 Ps. 117, 24

hf. P 1 uerum] uere *M* uerbum *C* nos tenere] nos tendere *C* ostendere *NX* 2 audiuimus *G, A* (*corr.*) pr(a)edistinata *CNX* 3 sed] set *M* uerum *CNX* 5 intelleguntur *X* unde] utde (*corr.*) *M* quo *C* 6 congre *N* 7 indiligentibus *Vindob. 1044* indigentibus *MCNX* (*corr. A* indignantibus) 8 res] re (*corr. m3*) *M* rem *CNFB* 9 dignus (*corr.*) *M* 10 pentecostes (*alt.* s *in ras.*) *C* qui *om. CNX* conputatur (*corr. m2* conputatus) *M* 12 in quo adimpletum est *om. M* in quo] quod *X* 13 redemptione *NX* 15 mundi *om. M num recte?* septinario *X* et] ut *M* 16 prius *M* est *om. X* 17 pentecoste *CX* 19 mundi (*corr.*) *C* 21 primus *M* futurae] futura est *M* 22 dictus est] datur (*corr.* datus) est *M om. C* 23 enim dies est *GA* fecit| sicut *C*

dominus. unum enim diem fecit, ex quo ceteri curricula sortirentur. ac per hoc ipsa die resurrexit quam fecit et secundum numerum supra dictae rationis ipsa die et in monte Sina legem dedit per famulum suum Moysen. ut sicut agnus figura passionis domini fuit in sacramento paschae, ita et legis datio euangelicae praedicationis, quia eodem die, id est pentecosten, lex data est, quo et spiritus sanctus decidit in discipulos, ut auctoritatem caperent ac scirent euangelicum ius praedicare. quod factum duplici testimonio confirmatur, quia et praedestinatum ostenditur et manifesta spiritus sancti infusione diuinum et supercaeleste probatur; inperiti enim diuersis linguis magnalia dei loquebantur.

3. Filiis ergo Israhel tertio die mensis tertii data est lex per Moysen, sicut in libro Exodi continetur, qui dies a quarta decima mensis primi, quo die factum est pascha in Aegypto, quinquagensimus est, hoc est pentecosten. unde factum est, ut ad legem fidei praedicandam in pentecosten spiritus sanctus descenderet in apostolos, ut gesta ueterum futurorum imagines haberentur ad securitatem fidei nostrae, quia falsum uideri non potest quod ab initio praedicatum est. ideo remissionis et reformationis tempus in quinquagensimo psalmo describitur, ut eadem prouidentia quinquagensimi diei, quae et primi est, sciretur. hinc factum est ut et manna primo die, qui est dominicus, de caelo daretur populo Iudaeorum, quod ita esse sex dierum continuatio probat, quibus collegerunt, et septima die, id est sabbato, quie-

4 cf. Ios. 1, 13 12 cf. Act. 2, 11 14 cf. Ex. 19, 1. 16 15 cf. Ex. 12, 18 25 cf. Ex. 16, 22. 23

def. *P* 1 corricula *M* (*corr.*), *F* 2 ipso *N* 3 et *om.* *X* 5 sacramentum *N* 7 pentecoste (*corr.*) *M* penteconten *N* descendit *X* 10 praedistinatum *CNX* 13 filiis‹‹‹ *N* mensis‹‹‹ *C* 16 pentecoste *M* (*corr.*), *CX* pentecostes *N* 17 pente (*add. s. l.* costen) *M* pentecoste *CNX* 21 est *om.* (*add. m. rec.*) *N* missionis *N* 22 quinquagesimae *N* 23 diei] fidei *M* 24 qui est dominicus *om.* *M* de] e (*corr.*) *M* ae *C* e *NX* 26 colligerunt *X* septima] septio (*corr. m. rec.*) *N* quierunt *C*

uerunt. manna autem typus est escae spiritalis, quae resurrectione domini ueritas facta est in eucharistiae mysterio.

4. Nunc superest ut probemus, si ita intellegenda sunt quae diximus, ut supra memorauimus. mensis primus quo pascha quarta decima die celebratum est in Aegypto, haec dies quarta feria fuit; unde et lex quarta feria data est. quod hinc datur intellegi, quia quinto decimo die mensis secundi profectionis filiorum Israhel sabbatum uidetur fuisse; idcirco non in die grex illis missus est coturnicum, sed uespere. mane autem manna illis pluit de caelo, id est die dominico, qui primus post ebdomadem in repetitione inuenitur. denique sex diebus continuis manna collegerunt, septimo autem die, qui est sabbatum, quieuerunt. ab hoc ergo die usque ad tertii mensis diem tertium, quo lex data est, quaere et inuenies quartam feriam fuisse quando lex data est. sunt enim a quinto decimo die mensis secundi, quando sabbatum fuit, usque ad tertii mensis diem tertium, quo lex data est, dies decem et nouem. tene ergo hos decem et nouem et redi super quintum decimum diem secundi mensis, quo sabbatum fuit, qui a primo conputatur quartus decimus, et perueni usque ad diem primum secundi mensis et habebis alios XIIII; quos superiunge ad decem et nouem supra memoratos et inuenies primum diem secundi mensis sabbatum fuisse. superadde adhuc ad caput primi mensis dies septem et decem, quia primi mensis tredecim dies retrahendi sunt, qui ante pascha fuerunt; quarta decima enim die primi mensis pascha factum est. retractis ergo tredecim et additis septem et decem inuenies quarta decima mensis primi quartam feriam fuisse.

9 cf. Ex. 16, 13

F P 1 typus] cybus *C* resurrectionis *N* 2 eucharistae *FG* ministerio *CX* 7 decimo *om. X* 9 cuturnicum *CF* 10 illis *om. CNX* 11 ebdomaden *MC* ebdomadam *X* repetitionem *N* 13 quierunt *X* 14 quarta feria *NX* 16 tertium diem mensis tertii... *N* 18 rede *GA* supra *N* 20 perueni (*add.* t *s. l. m2*) *M* peruenit *X* 22 decem et nouem] XXVIIII *X* pri.mum *M* 23 superadde] super *M* capud *C*, *A* (*corr.*) 24 dies] des *M* 27 addis *FB* adde *GA* 28 quarta feria *GA*

5. Et ne legendi fastidium patiaris aut quaestionis singula membra curiose inspicere, do conpendium, ut et de numero dierum, qui a pascha usque ad datam legem sunt, certus sis et ab ipso facilius discas, quota feria factum est pascha. tertio die post secundum mensem lex data est; sunt ergo menses duo et dies tres. retrahe de his tredecim dies, qui ante pascha fuerunt, et reliqui erunt dies quinquaginta. quoniam autem quarta feria lex data est, hinc facile uidetur. manna prima feria data est, quia continuis sex diebus collegerunt, quae prima feria sexto decimo die fuit mensis secundi. ab hac itaque prima feria in octauum decimum diem, quo lex data est, quartam feriam inuenies. a feria uero quarta, siue ante siue retro conputes in quinquagensimum diem, quarta feria est. idcirco quia quarta feria pascha egerunt in Aegypto Iudaei et quarta feria legem acceperunt, quinta autem feria profecti sunt de Aegypto, igitur dedicatio legis est pentecoste.

XCVI. QUAERENDUM SI PASCHA TRANSITUS INTERPRETETUR, SICUT GRAECIS UIDETUR.

Apostolus falli non potuit, qui ait: pascha nostrum immolatus est Christus, quod non suum utique, sed legis est uerbum dicente Moyse: et erit cum dicent uobis filii uestri: quae est deseruitio haec? et dicetis: immolatio pascha hoc domini est. quid amplius est

19 I Cor. 5, 7 21 Ex. 12, 26. 27

def. P 1 ne legendi] neclegendi *M* neglegendi *C* et (*eras.*) aut *N* menbra *M* 2 inspice.. (e *s.* e *add. m2*) *M* inspicere curiose (*corr.*) *N* do] de *CGA* conpendio *GA* ut *om. X* de *om. G* 3 qui a *scripsi*] qua *M* (*corr. m2* quo), *CNX* *add. post* pascha *s. l.* factum est *Mm4* sunt (*eras.*) *M* 6 dies *alt.*] diebus *N* 7 reliqui erunt] reliquerunt *C* dies *om. X* 8 hinc] hic *N* 9 esse *GA* continuit (*corr.*) *C* colligerunt *CG* 12 quarta feria *X* uera (*corr. m2*) *M* 16 dedicitio *M* pentecoste (*corr. m2* pentecostes) *M* pentecostes *NX* 20 xp̃s. *N* quod (*in ras.*) *N* 21 est *om. M* dicent (*corr. m4* dixerint) *M* 22 deseruitio (*corr. m4* seruitus) *M* desertio *X* 23 pascha hoc] pascha (*corr.* pasche *m2 uel 4*) ... *M* pascha *N*

necessarium ad testimonium? lex loquitur, apostolus probat; hoc superest, ut contradictor abiciatur ut peruicax. manifestum est enim transitum post pascham fuisse. de sanguine enim immolati agni supra postes ostii et supra limen posuerunt, ut transiens nocte angelus non percuteret domum, in qua signum sanguinis esset. sanguis igitur salutem praestitit, non transitus, quia, ut transitus non noceret, obstitit sanguis.

XCVII. QUA RATIONE RESPONDERI POSSIT ARRII IMPIETATI SIMPLICITER EX LEGE.

1. Si rationi fides commodetur, ipsa nominum ratio patris et filii ostenderet unitatem fysico modo. non enim uerus dei filius diceretur, nisi exstitisset de substantia dei patris; nec enim pateretur ueritas et iustitia dei uerum dicere filium, si de ipso non esset. non est enim uerus, si de ipso non est. sed scriptura dicit: 'uerus est': ergo de ipso est. qui enim negat de deo natum Christum, scripturae calumniam facit, quae ideo illum dicit uerum filium, ut significet de deo hunc natum. si enim non est de deo et uerus filius dei dicitur, fallax est scriptura. quod si scriptura non fallit, qui Christum non fatetur exstitisse de deo, et scripturam euacuat et Christum negat uerum filium dei. non enim uoluntas uerum filium facit, sed natiuitas. 'sed potentiae', inquiunt, 'dei hoc subest, ut falsa faciat uera'. immo potentia dei haec est, unde et omni laude

3 cf. Ex. 12, 22. 23 15 cf. I Ioh. 5, 20

P 2 haec *X* 3 pascha *Mm2CNX* 4 super *N* super *N*, (*corr.*) *G* 5 percuret (*corr. m2*) *M* 6 sanguis] sanguinis (*corr.*) *N* 7 quia ut] qui autem (*eras.* autem *m2 et add.* ut *s. l. post* transitus) *M* sanguinis *C* 8 responderi] respondere *FB* ex lege respondere *GA* 9 ex lege *om. GA* 10 commodetur (o *alt. m2 in ras.*) *M* 11 fysico modo *Turner* fr (*uel* fy *uel* si) * quomodo (*add. m2* dei *s. rasura*) *M* sisi* quomodo (**fuit* c; quo *in ras.*) *C* si sicomodo *NF*, (sicomo do) *B*, si sicomoda *G*, (sico moda) *A* 14 esset] erat *X* 15 negat *om. X* 20 euacuit (*corr.*) *M* euagat *N* 21 uerum *pr.*] uere *N* 23 immo potentia] impotentia *M* potentiae *X* est haec *GA* omne *C*

dignus est, quia uerum apud illum uerum est et falsum falsum. nam istud mendacis est, ut falsum dicat uerum, quod deo non conpetit. nam omnia quidem potest deus, sed non facit nisi quod conueniat ueritati eius adque iustitiae.

2. Manifestum igitur est idcirco uerum dici filium dei Christum, ut proprius, id est de substantia eius natus intellegatur. unde et apostolus: qui proprio, inquit, filio non pepercit, et in alia epistula: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se parem deo. si ergo non rapinam arbitratus est dicens se parem deo, uerum se filium dei demonstrauit. deo enim par esse non poterat, nisi esset de ipso. pares enim hi sunt, qui aut ambo ueri sunt aut ambo falsi. nec enim parilitatem recipit coeptum ⟨et⟩ aeternum aut unitatem. unum enim se esse dicendo Christus cum patre parem se deo fecit. non solum enim, inquit, soluebat sabbatum, sed et patrem proprium sibi dicebat deum, aequalem se faciens deo, hoc est parem. nonne manifestum est aequalitatem hanc de proprietate natiuitatis descendere? proprium enim se, id est uerum, dicens dei filium aequalem se faciebat deo.

3. Hinc est unde dicit: qui me uidit, uidit et patrem. per id quod enim consubstantiui sunt, qui unum uidet ambos uidet. sicut enim habet pater uitam in semet ipso, sic dedit et filio habere uitam, hoc est aequalem sibi genuit filium pater; et omnia quae patris sunt filii sunt et quae sunt filii patris sunt; et nemo potest

5 cf. I Ioh. 5, 20 7 Rom. 8, 32 8 Phil. 2, 6 15 Ioh. 5, 18 21 Ioh. 14, 9 23 Ioh. 5, 26 25 cf. Ioh. 17, 10 26 cf. Ioh. 10, 28. 29

lcf. P 1 falsum *eras. C* 2 nam] nam si *CNX* 4 conueniat... *C* 7 et *alt.*] sed (et *add. s. l. m2*) *M* 9 pa..rem *M* 12 ipso (o *m2 in ras.*) *M* hii *MFB* 13 et *add. Engelbrecht Turner* 14 se esse dicendo] dicendo *M* dicendo se esse *X* patre (*corr. m2* patrem) .. *M* 15 se *om. M* 17 parem] patrem *M* 20 deo *om. M* 21 uidit *alt.*] uidit (*corr. m2* uidet) *M* uidet *GA* et] *eras. M* ad (*corr.*) *C* meum *post* patrem *add. N* 22 uidit *GA* 23 pater habet *CG* 26 nomo (*corr.*) *M*

quicquam rapere de manu patris neque de manu filii. et subiecit: ego et pater unum sumus, et: uerba quae, inquit, loquor uobis, a me ipso non loquor, pater autem manens in me ipse loquitur; et opera quae facio ipse facit. credite mihi, quod ego in patre et pater in me; alioquin uel propter opera ipsa credite. quia enim generatio non a semet ipsa est, sed ab eo qui genuit, idcirco quicquid facit, factum dicit patris, ut per haec omnia illud firmetur, quia ideo uerus dicitur filius dei Christus, ut de ipso natus credatur, ne et essentia eius extra unius dei naturam existimaretur. humilitas ergo eius maxima exaltatio est. cum enim uidetur se subicere dicens: uerba quae loquor uobis, a me ipso non loquor, pater autem manens in me ipse loquitur; et opera quae facio ipse facit, probat se originem a deo habere et uirtutem eius se esse, dum non quod est a semet ipso esse se dicit, sed ab ipso. per haec enim commendatur Christus, non inclinatur. qui enim a se loquitur, uerus filius non est.

4. Uides ergo quia Arrii inde male intellegunt Christum, unde bene intellegendus est, et inde illum inprobant et falsum dicunt, unde uerus dei esse filius approbatur. nam clarificandum se a patre postulat et clarificare se patrem quem petit promittit, ut ubi se humiliare uidetur exaltet. pater enim cum testimonium dat filio, laudem suam testatur; filius uero cum praedicat patrem, gloriam suam manifestat. magnificentia enim

2 Ioh. 10, 30 Ioh. 14, 10—12 13 Ioh. 14, 10 22 cf. Ioh. 17, 1 24 cf. Matth. 23, 12. Luc. 14, 11. 18, 14

V.P 4 ipse] ipso *C*, (*corr.*) *N* 7 ipse (*corr.*) *M* enim] ergo (*corr.*) *N* 9 ut] et *N* 11 essentia *Vindob. 1044* sententia *cet.* humilitus *C* 12 maxima] et *add. X* exultatio *CFB* 14 autem] enim *N* ipsi *C* 16 uirtutes *M* est] non est *C* 17 ducit (*corr.*) *M* 18 quia *FB* a se] ase (as *m2 in ras.*) *M* 20 quia arrii (*corr. m2* arriani) *M* qui arri *C* 22 dicant *M* dei *om. M* 24 ut] *om. N* et *X* ubi] ibi *GA* ut *ante* exaltet *add. X* 25 det *FB* enim *ante* filius *F* (*eras.*), *B*

et nobilitas patris generositas est ueri filii. ideoque quicquid patris dicitur esse, est et filii sine dubio; et quod filii esse dicitur, est et patris. nam spiritus dicitur dei, idem spiritus dicitur et Christi; ecclesia dicitur dei, dicitur et Christi; adoratur deus, adoratur et Christus; seruitur deo, seruitur et Christo; sancti dicuntur sacerdotes dei, dicuntur et sacerdotes Christi; templum ciuitatis sanctae dicitur deus, similiter et Christus; lumine dei inlustrari dicitur ciuitas sancta, eodem modo et Christi; sedes dei est, nec non et Christi; iudex deus est, est et Christus, quia Eseias profeta in throno maiestatis Christum uidit sedentem dominum sabaoth, quod Arrii non negant. de deo patre legitur, quod rex regum sit et dominus dominorum, eadem et de Christo filio dei uero. sic ubique diuinitate exaequantur pater et filius, ut unius dei modum non egrediatur numerus personarum.

5. Inter patrem autem et filium nihil interest, nisi hoc solum, quia pater ingenitus est, filius uero genitus; id est, pater a nullo est, filius autem de patre; quod quidem sublime est in filio. hinc enim addiscitur nobilitatis eius aeternitas et quia uerus filius est ueri patris. unde est enim illud quod legitur in Genesi dicente deo: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram? itaque si imago

3 cf. Matth. 3, 16 etc. cf. Rom. 1, 9 etc. 4 cf. Act. 20, 28. Rom. 16, 16 etc. 5 cf. Matth. 4, 10. 14, 33 etc. cf. Matth. 6, 24. Rom. 16, 18 etc. 6 cf. Apoc. 20, 6 7 cf. Apoc. 21, 22 8 cf. Apoc. 21, 23 9 cf. Apoc. 22, 3 cf. Apoc. 18, 8 10 cf. Ioh. 5, 22 etc. cf. Esai. 6, 1 12 Deut. 10, 17. cf. I Tim. 6, 15 13 cf. Apoc. 17, 14. 19, 16 21 Gen. 1, 26

def. P 1 nubilitas (*corr.*) *C* uiri *FB* 2 esse dicitur *X* sene *M* dicitur esse *N* 4 dei dicitur *X* dicitur *tert. om. X* Christi] xps *X* 7 sanctie (i *eras.*) *N* scientiae *X* 8 lumine] inlumine *C* inlustrare *NX* 9 nec] naec (n *in ras.*) *C* 10 trono *M* (*corr.*), *N* 15 personarum. *N* 17 genitus est (est *eras.*) *C* 18 autem *om. M* 19 addicitur (ad *eras.*) *M* addisciditur *F* addis dicitur *G* addi dicitur *A* nobilitates (s *m2 in ras.*) eius et (*add. m2 s. l.*) *M* 21 legetur (*corr.*) *M* ad] et (*corr.*) *C* 22 imaginem] imagine *N*

eorum et similitudo una est, quo modo non unum sunt et natura? in spiritalibus enim ubi utique non sunt figurae, simile non erit aliquid nisi per substantiam, ut ubi duorum imago una est, quo modo non eorum una erit et substantia? idcirco enim imaginem eorum et similitudinem unam esse legimus, ut unum eorum nihil differre ab altero crederemus, hoc est, uerum dei filium esse Christum, quia non est dispar a generante natiuitas. denique Iudaei intellegentes, quia proprium sibi patrem dicebat deum, dicunt ad Pilatum: nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Iudaei intellexerunt, et Christiani se dicunt non intellegere? qui non credebant, intellegebant; et qui se dicunt credere, faciunt ne intellegant? uel hoc saltim admitterent, quod profeta Eseias, ut Christum non a semet ipso quidem, sed de deo deum esse significaret, inter cetera ait: post te sequentur alligati uinculis et adorabunt te et in te deprecabuntur, quoniam in te est deus et non est deus praeter te. tu enim es deus, et nesciebamus, deus Israhel saluator.

6. Quantum ad bonam mentem pertinet, haec manifesta sunt. his enim et pater in filio esse probatur et filius deus eiusdem substantiae, qua pater est, significatur. in quo enim deus est et praeter ipsum deus non est et ipse deus est, quid aliud poterit esse dici, quam hoc quod est pater deus, et nec differre in aliquo? hoc est enim duo esse unum. in ipso enim deus est, quia quamuis deus sit, non tamen ex se deus

8 cf. Ioh. 5, 18 9 Ioh. 19, 7 16 Esai. 45, 14. 15

cf. PG 1 sunt unum *GA* 2 enim *om. M* 4 una *om. M* 5 una *FB* 6 eorum unum *CNX* deferre *M* (*corr.*), *F* defferre *C* 10 debat *M* 12 ducunt (*corr.*) *M* *alt.* intelle-] *hinc def. G usque ad p. 188. 25* 13 salutem *C* 14 ...quod *N* 15 significare *FB* 16 uinculis *C* 20 manifeste (*corr.*) *C* 21 hiis *FB* in *om. FB* 22 qua] quia *N*, (*corr.*) *A* 24 esse *eras. MN* 25 in *pr.*] ab *N* 26 deus enim *C*

et nobilitas patris ge
patris dicitur esse, es
dicitur, est et patris.
dicitur et Christi;
adoratur deus, adora
Christo; sancti dicu
Christi; templum ci
stus; lumine dei in
et Christi; sedes d
est et Christus,
Christum uidit se
negant. de deo pa
nus dominoru
ubique diuinitate
modum non egr
5. Inter patre
solum, quia pat
pater a nullo es
est in filio. hin
quia uerus filiu
legitur in Ge
imaginem et

3 cf. Matth
Rom. 16, 16 etc.
Rom. 16, 18 etc.
21, 23 9 cf. A
Esai. 6, 1 12
19, 16 21 Ge

def. P 1 nubilitas (
dicitur esse *N*
7 sanctie (i *er*
NX 9 nec]
narum• *N* 1
dicitur (ad
nobilitates (
M ad] et

atrem nullo modo dici posse subiectum, filium eius ut arem esse ostenderet: non aestimabitur, inquit, ad eum, quia patri deo, qui omnium deus est, aequalis erus enim eius filius est. igitur profeta ait: hic est noster, hoc est deus Israhel. si hic est, ipse est unus; de isto enim dicit scriptura: audi, Israhel, inus deus tuus deus unus est, et certe non hic est r, sed est filius eius.

. Uides ergo non praeiudicare uni deo personam filii, si ipse unus deus dicatur, quippe cum hoc scriptura testetur. le hoc, nisi quia unum sunt pater et filius, quia non per- nis significatur unitas, sed natura, ut non substantia duo nt, sed unum, neque duo diuinitate sed deus unus, ut, ue loquatur pater siue loquatur filius, unus deus locutus icatur? nam si ipse dominus inter cetera de mare et emina: iam non sunt, inquit, duo, sed una caro, quanto magis pater et filius non duo dii sunt, sed una substantia! ut autem duo dicantur pater et filius, causa est natiuitatis; ne autem iterum duo dii sint, causa est unius diuinitatis. qua tamen hebetudine Christum creatum, id est factum, praedicant, cum legant nihil deum sine Christo fecisse? si ergo sine illo nihil factum est, non erit ipse factura. si enim factura est, factum est aliquid sine ipso. sed absit, quia nihil sine illo. natus enim de deo non coepit, sed extitit. natiuitas enim nihil est aliud quam exitio; exitio autem manifestatio est: itaque non factus, sed editus est. ut enim Christus de essentia dei extitisse uel processisse significaretur, exitio eius

2 Bar. 3, 36 4 Bar. 3, 36 6 Deut. 6, 4 10 cf. Ioh. 1, 18 16 Matth. 19, 6. Marc. 10, 8 21 cf. Ioh. 1, 3

1 filio *F* (*corr.*), *A* 2 patrem *codd.* (*corr. Am2 mg.*) 3 qui omnium] quoniam *N* 6 *post* scriptura *aliquot uerba erasa in M* 9 persona *CNF* 10 scripturea (a *fort. eras.*) *M* 12 ut *scripsi* aut *MCFB*, (*corr.*) *A* a *N* 13 sunt *M* 14 unus *om. X* 16 inquit *om. M* 17 sint *N* substantiae *C* 19 sunt *CNX* (*B corr.*) 22 ille *C* ipsa *M* 23 absit *M* 24 sine *om. M*

est. est enim a patre, quia filius est. praeter ipsum autem non est deus, quia unicus patris filius est. ipse autem deus est, quia una adque eadem substantia dei et Christi est. nihil igitur ambiguitatis relinquitur, ut patris et filii una esse credatur substantia. uerus enim filius et ueri patris est.

7. Tale etiam illud Hieremiae profetae est; dicit enim inter alia: hic deus noster: non aestimabitur alter ad eum. hic adinuenit omnem uiam scientiae et dedit eam Iacob puero suo et Israhel dilecto sibi. post haec in terra uisus est et inter homines conuersatus est. numquid degener potest dici, ad quem alius non potest aestimari? aut alius deus quam pater est poterit dici, ut deo proficiat ad iniuriam patri? si enim aestimari ad eum alter deus non potest et absque deo patre est, uidete an debeat dici quod sequitur; periculosum est enim. maior enim patre dicetur. putantes enim deo se patri deferre, si ab eo filium segregent, derogant ei, ut quem minorem uolunt facere impie obcaecati mente proponant eum illi, cuius auctoritati inclinandum hunc putant. scriptura autem, ut nihil filium a patre differre doceret — differret autem, si non esset uerus —, nullum alium dixit aestimandum ad eum, quia nulla alia substantia poterit similis repperiri substantiae dei, quae est et Christi. aliter enim Christum de deo esse doceri non poterat, quam ut nullum diceret alium aestimandum ut eum. sciens enim

2 cf. Ioh. 1, 18 5 cf. I Ioh. 5, 20 7 Bar. 3, 36—38 20 cf. Bar. 3, 36

def. PG 1 est enim] sed (*s. l. fort. m2*) est *M* 2 ipse] in se *M* 4 relinquetur *C* 5 et *om. M* patris] *add.* filius *s. l. M* 6 prophetaetae *M* inter *om. M* alia (*corr. m2* alias) *M* 8 adinuenit omnem] aduentionem (*corr. m4* adinuenit) *M* adinuentionem *NX* (*corr. AB*) 9 sibi] suo *N* (*corr.*), *X* 10 terris *CNX* uersatus *C* 11 degenere *CNX* 13 patri (*corr. m2* patris) *M* patris *X* 16 defferre *C* differre *NF.* (*corr.* defferre) *A* 17 segregant *C* 18 proponant *idem quod* praeponant 20 defferre *C* defferret *C* alium nullum *CN* alium nihil *X* 21 alia *om. X* 22 repperiri *om. M* 28 alter *MN*

deum patrem nullo modo dici posse subiectum, filium eius ut huic parem esse ostenderet: non aestimabitur, inquit, alter ad eum, quia patri deo, qui omnium deus est, aequalis est; uerus enim eius filius est. igitur profeta ait: hic est deus noster, hoc est deus Israhel. si hic est, ipse est deus unus; de isto enim dicit scriptura: audi, Israhel, dominus deus tuus deus unus est, et certe non hic est pater, sed est filius eius.

8. Uides ergo non praeiudicare uni deo personam filii, si et ipse unus deus dicatur, quippe cum hoc scriptura testetur. unde hoc, nisi quia unum sunt pater et filius, quia non personis significatur unitas, sed natura, ut non substantia duo sint, sed unum, neque duo diuinitate sed deus unus, ut, siue loquatur pater siue loquatur filius, unus deus locutus dicatur? nam si ipse dominus inter cetera de mare et femina: iam non sunt, inquit, duo, sed una caro, quanto magis pater et filius non duo dii sunt, sed una substantia! ut autem duo dicantur pater et filius, causa est natiuitatis; ne autem iterum duo dii sint, causa est unius diuinitatis. qua tamen hebetudine Christum creatum, id est factum, praedicant, cum legant nihil deum sine Christo fecisse? si ergo sine illo nihil factum est, non erit ipse factura. si enim factura est, factum est aliquid sine ipso. sed absit, quia nihil sine illo. natus enim de deo non coepit, sed extitit. natiuitas enim nihil est aliud quam exitio; exitio autem manifestatio est: itaque non factus, sed editus est. ut enim Christus de essentia dei extitisse uel processisse significaretur, exitio eius

2 Bar. 3, 36 4 Bar. 3, 36 6 Deut. 6, 4 10 cf. Ioh. 1, 18 16 Matth. 19, 6. Marc. 10, 8 21 cf. Ioh. 1, 3

kf. PG 1 filio *F* (*corr.*), *A* 2 patrem *codd.* (*corr. Am2 mg.*) 3 qui omnium] quoniam *N* 6 *post* scriptura *aliquot uerba erasa in M* 9 persona *CNF* 10 scripturea (a *fort. eras.*) *M* 12 ut *scripsi* aut *MCFB*, (*corr.*) *A* a *N* 13 sunt *M* 14 unus *om. X* 16 inquit *om. M* 17 sint *N* substantiae *C* 19 sunt *CNX* (*B corr.*) 22 ille *C* ipsa *M* 23 absit *M* 24 sine *om. M*

natiuitas appellata est ut, quia non dispar est a genitore natiuitas, consubstantiuus esse deo Christus non ambigeretur et mens illa quae ait: 'erat, quando non erat', damnaretur, quia non potest aliquando non fuisse qui, ut apud deum semper fuisse significaretur, de deo legitur processisse. nemo enim de eo processit ubi non fuit.

9. Solent quidem Arrii sic interpretari de filio dei dicentes: 'ideo uerus dicitur Christus filius dei, quia sic illum fecit ut uerus sit.' quasi sit aliquid quod falsum faciat deus. et illa omnia quae supra diximus de unitate patris et filii quid erunt, cum sic roborata sint et firmata? si hic aliter sentiendum putatur, multa poterunt diuinis solidata oraculis unius conuelli degeneris testimonio. amputandum est tamen, ne sibi uel de eo ipso blandiatur iniquitas. igitur 'sic', inquit, 'illum fecit ut uerus sit, ut uoluntas cesserit pro natiuitate et factura pro generatione. tantum enim dandum est,' inquiunt, 'potentiae dei, ut possit facere quae non sunt tamquam quae sunt'.

10. Quoniam ergo hac astutiae calliditate utuntur contra filium dei, ex his ipsis de quibus praesumunt, quia in reliquis sunt conuicti, respondendum est eis, ut in tota summa conuicti appareant. propositio enim haec, quantum ad sensum pertinet, nullius momenti est; quantum autem ad uerba, caliginem facit ne cito appareat. sic est enim ac si Aegyptius positus in obscuro, quia causa mala bono sensu defendi non potest. ad impietatem ergo defendendam sacrilegis uerbis utuntur. si itaque haec est potentia dei, ut uerum faceret Christum esse filium sibi, cum de ipso non esset natus, ergo talem illum

24 cf. Ex. 10, 21 seqq. (?)

def. PG 1 ut quia—dispar est *om. M* 2 Christus *om.* (*add. s. l.*) *N* 4 non *alt. om. FB* 7 quidem] quippe *N* 8 uerus] ueri•s• *C* 9 sit *pr. om.* (*add. s. l.*) *N* falsum *om. M* 10 filii (*pr.* i *eras.*) *N* 11 aliter] inalter *X* 14 de eo] deo *FB* sic] si *N* (*corr.*), *A* 18 non sunt *M* 21 ut *om. M* 23 momentum *FB* quanto *M* autem *om. N* 24 facit *om. M* 26 uerba *X* utentur (*corr.*) *C* si itaque haec] siita dehaec *C* si ita te (te *eras.*) *N* 28 de] de se *X*

fecit qualis ipse est, ut hoc praestiterit factura, quod datura erat generatio. si ergo nihil interesse dicitis inter deum et Christum, poterit forte putari, quia non hoc malitiose a uobis asseritur, ut quod in uoce dicitur hoc sit et in sensu, ut, quia uerus dicitur filius, uerus sentiatur, per id quod unius substantiae est cum patre, licet non per generationem, sed per facturam, quia totum potest deus, sicut dicitis, ut factum sic sit quasi infectum.

11. Si autem rationis lineam sequentes non posse dicitis, quod initio continetur, aequale esse et consubstantiuum cum id quod aeternum est, reuelatis dolum malitiae uestrae, quia ut sensum uerbi eludatis, falsa uoce Christum uerum esse filium dei dicitis negantes ei quia aequalis est deo patri. non enim uerus est, si inaequalis est. poteritnum uerus dici filius, si non uerus dicatur et pater? si enim uerus est filius, erit uerus et pater; quam ueritatem aequalitas probat. quod si dispares sunt, neuter eorum uerus est. sed quoniam scripturarum testimonium inritum fieri non potest, quo Christus uerus dei filius adprobatur, de deo patre natus credendus est, quia, ut ueritas haec firmaretur, et par deo et aequalis legitur.

12. At tu qui potentiam dei inaestimabilem praedicas, ais: 'deus generare non potest, quia simplex natura est'; per quod etiam ipsi deo patri contumeliam facis. mendacem enim istum dicis, ut filium, quem ille suum et uerum asserit, deneges et tuam hypocrisin detegas, quia falso potentem deum praedicas. si enim potentiam dei in id quod uerum ex falso

18 cf. I Ioh. 5, 20 24 cf. I Ioh. 1, 10

96 1 praestiterit factura quod] prestitera quod (*corr.* prestiterit factor quo) *N* datur *M* 5 uerus *alt.*] uero *MC* 7 dicitur *C* 8 ininfectum *M* 10 quod *edd.* quo *codd.* et] ut *N* consubstantium *C* 12 ut] aut *M* elidatis *N* xp̄m⁎⁎ *N* 14 si *om. M* num] numquid *CNX* filius *om. M* 16 uero (*corr.*) *M* 17 dispare *M* neuter eorum] ne uterorum *C* neate eorum *N* neuter *AB* sed quoniam] . *M* 22 at tu] actu *CNX* ait *C* 23 natus *N* 25 istum] iustum *M* 26 detegas] denegas *X* falsum *X*

factum asseris, praedicas, ut quod uere uerum est inludas, quanto magis hoc amplecti deberes, si bonae mentis esses, per quod uerum quod dicitur uerum probatur et deus pater testimonium quod de filio suo dedit uerum firmatur! nam dominus ait: **apud deum autem, inquit, omnia possibilia**, ut quidquid hominibus inpossibile uidetur deo possibile sit. nam si ratio carnis respicitur, nec uirgo peperit nec Ionas in uentre ceti uixit nec mortui resurgent nec deus filium genuit. quia simplex natura non potest generare, quia nihil sine commixtione generatur in mundo. haec omnia aut simul credenda sunt aut simul refellenda. si enim ratio mundi tenenda est, in his omnibus debet auctoritatem habere; quod si aliqua ratio spiritalium est, carnalis dicendus est, qui mundi ratione infectus negat aliter quid fieri quam nouit.

13. Aliud iterum adsolent sua tergiuersatione proponere. aiunt enim: 'uoluntate pater genuit filium aut non?' ut, cum audierint: 'utique uoluntate', statim ut inimici filii dei respondeant: 'ergo uoluntas ante filium est, ut ex hoc non aeternus appareat, cum non utique per natiuitatem initium acceperit, sed extiterit'. et tamen si hoc putant, non solum ante filium erit uoluntas, sed et ante patrem, quia causa generationis pater et filius est. infidelitas carnales sensus sequitur in omnibus. sic enim inducit causam dei quasi hominis, ut ante deliberauerit et cogitauerit ut generaret quasi infirmitati sub-

5 Matth. 19, 26 7 cf. Ion. 2, 1 17 cf. Ioh. 1, 13

lef. PG 1 inludas quanto magis *om. M* 3 quod *alt. om. X* 4 firmaretur *X* 5 deum] dūm (*corr.*) *M* autem *om.* (*add. s. l.*) *N* inquit *om. X* possibilia sunt (sunt *eras.*) *N* (sunt *s. l. add.*) *A* 6 deo] apud dm̄ (*corr.*) *N* 8 coeti *NAB* uixit *om. M* (*add. s. l.*) *X* nec ds̄ filium *bis* (*pr. eras.*) *M* 10 aut] autem *M* 11 refelenda (re *s. l.*) *M* refella *N* 13 dicenduſ (*corr.*) *C* 14 negat] neg *M* quod (*corr.*) *M* 16 com *M* 17 audiuerint *CN* ut] *in ras. M* uti *N* (*corr.*), *AB* 19 com (*corr.*) *M* 22 in omnibus] hominibus *C* nominibus *NX* 23 sic] si *X* deus *FB* hominis..... *C* 24 et cogitauerit *scripsi* excogitauerit *codd.* quasi] qui *M* infirmitate *X*

iectus, cum in deo neque generatio sine uoluntate fuerit neque uoluntas sine generatione. ipsa enim uoluntas generatio est. nam utique commune dictum est: 'fecit deus', 'fecit homo'; sed aliter facit deus, aliter homo. ita et in ceteris causis; sic enim de deo dicendum est, ut dignum est ei.

14. Solent etiam ipsi deo patri aliam facere quaestionem dicentes: 'accessit illi, ut generaret, aut eius naturae est, ut semper generet?' quod ideo afferunt, ut et deum mendacem asserant, qui se Christum generasse testatur, et Christum non uerum, sed adoptiuum faciant. 'si enim generauit', inquiunt, 'semper debet generare, ut, quia non semper generat, nec Christum genuisse credatur', quasi mundum negetur fecisse, quia alios non facit. quae inreuerentia, quae indisciplinatio est legem deo ponere ut: 'si genuit, aut multos genuit aut unum generare non potuit,' nec ipsi domino credentes, qui se unicum dei filium protestatus est!

15. Post haec quae supra ostensa sunt aequalia patri et filio, uideamus an his concordent ea quae de sancto spiritu scripta sunt, ut trinitas, quam in salutari professione retinemus, non recipiat discrepantiam naturae, quo modo non habet fidei diuersitatem. quando enim salus sine aliquo ex his non est, una eorum trium uidetur potestas, quae in se credentibus dat salutem. quoniam ad testimonium filii uerba patris protulimus, nunc ad testimonium spiritus sancti uerbis utamur filii, quibus non differre a se spiritum sanctum protestatur, ut, cum filio pater et filius spiritui sancto testis est, unius esse naturae trinitas intellegatur. dicit ergo inter cetera dominus: rogabo

8 cf. I Ioh. 1, 10 9 cf. Matth. 3, 17 etc. 16 cf. Ioh. 3, 16 27 Ioh. 14, 16. 17

4 sed—homo *om. M* 8 afferant *M* 9 asserunt *C* 10 sed—enim *om. M* adoptatiuum *CFB* 11 non] nec *N* 13 quia] qui *MX* indisciplinatio est] indisciplinationem *F, A* (*exp. et eras.* nem) 14 multus *C* 15 ipsi dño (sid *in ras.*) *M* 16 unicum dei filium protestatus] unitatus *M* 17 quae] ut *M* patris *X* 18 filio (*corr.* filii) *A* concordant *CNX* ea *om. N* spiritu sancto *M* (*corr.*), *A* 24 uerba *M* 25 differre a] deferea *C* differri a *NX* 26 pater et] paterit *N* 27 ergo] etiam *N*

patrem et alium paracletum dabit uobis, ut uobiscum sit in aeternum, spiritum ueritatis. cum alium paracletum mittendum dicit, se utique paracletum probat. nam et legitur in epistula Iohannis; dicit enim: habemus aduocatum apud patrem, Iesum Christum, qui exorat pro peccatis nostris, et iterum dicit dominus: ego sum ueritas. ecce aperta unitas spiritus sancti et filii dei; quae de se enim filius, eadem loquitur et de sancto spiritu.

16. Nunc subicienda sunt, quae in hunc sensum ordinat scriptura. legitur in Eseia quia dominum sabaoth uiderit in throno maiestatis sedentem, quem Iohannes euangelista Christum esse intellexit dicens inter alia: haec dixit Eseias, quando uidit maiestatem eius et locutus est de eo. hunc apostolus sanctum dicit esse spiritum. ait enim in nouissima parte Actuum Apostolorum: bene locutus est spiritus sanctus ad patres uestros dicens: aure audietis et non intellegitis et cetera. haec uerba a domino sabaoth dicta sunt. hic est unus deus, qui siue pater intellegatur siue filius siue spiritus sanctus, non est contrarium, quia una eorum diuinitas et potestas est. nam si in unius praefecti praetorio programmate etiam ceteri praefecti iubere dicuntur propter auctoritatem unius potestatis, quanto magis in unius dei imperio, si locutus unus e tribus fuerit, non incongrue dicentur tres locuti! est enim eorum et natura et uoluntas una.

4 I Ioh. 2, 1. 2 6 Ioh. 14, 6 10 cf. Esai. 6, 1 12 Ioh. 12, 41 15 Act. 28, 25. 26

def. PG 1 paraclitum *N* paraclytum *X* uobis (*eras.*) *M* 3 metendum *M* se utique paracletum probat] alium paracletum se utique probat *C* 6 peccatistis (tis *exp.*) *M* 8 spū scō *X* 10 scriptura (c *s. ras.*) *M* quia (u *in ras.*) *N om. X* dñs *CFB* 11 magestates sedemtem *M* iohannis *C* 13 locutus est] lo *M* 16 scōs (*corr.*) *N* 17 intellegetis *NAB* 18 pater] *add.* esse *CNX* 20 et] et una *N* 21 ceteri] caelestem *X* praefecti *M* 23 unius *C* (*corr.*), *N* e] et *MCN* 24 dicetur *N*

17. Solent iterum praeiudicare sancto spiritui, quod ideo degener intellegatur, quia in ordine tertius ponitur, cum tanta simplicitas sit in scripturis diuinis, ut aliquando inuenias tertium primum positum. ut enim causa se tulerit, sic et ponuntur. nullius enim iniuria est, quia una eorum diuinitas est. denique legimus in Eseia dicente domino: ego sum primus et ego in aeternum et manus mea fundauit terram, dextera mea solidauit caelum, et in subiectis: ego locutus sum, ego uocaui, ego adduxi eum et prosperum iter eius feci. accedite ad me et audite haec: non in occulto ab initio locutus sum; cum fierent, illic eram et nunc dominus misit me et spiritus eius. quem uis esse qui fundauit terram? ipse enim dicit missum se esse. numquid patrem? absit. filius ergo est qui se missum dicit a deo et spiritu sancto. ecce paria sunt ista inter filium et spiritum sanctum. sicut enim a patre et filio missus legitur spiritus sanctus, ita et a deo et spiritu sancto missus est Christus. hoc enim solius patris peculiare est, ne missus dicatur.

18. Accipe dicta apostoli, qui alio ordine conplectitur trinitatem; dicit enim inter cetera in epistula ad Thessalonicenses secunda: dominus dirigat corda uestra in caritate dei et patientia Christi. quem, putas, dicit dominum nisi spiritum sanctum? et quid mirum cum, quem in throno maiestatis sedentem Eseias uiderit, hic ipsum dicat spiritum sanctum dominum sabaoth, sicut supra ostendimus? et lohannes apostolus deum intellegi in spiritu sancto signi-

6 Esai. 48, 12. 13 9 Esai. 48, 15. 16 16 cf. Ioh. 15, 26 22 II Thess. 3, 5 25 cf. Esai. 6, 1

cf. PG 2 degeneri *M* degenera *C* 3 symplitas *M* 4 clausa setulerit *M* causaetulerit *N* 8 terra *FB* 9 sum *om. M* 11 occulto] culo et (culo *eras. m. rec. et corr.* culliculo) *M* 12 illic] et *add. M* 15 patria *M* 17 scs sps *CN* 20 accipe (ac *in ras.*) *C* 21 tessolonicenses (*add.* h *s. l.*) *C* thesalonicenses *NA* 23 et] in *add. C*, (*s. l.*) *N* 24 dño *M* 25 magestates *M* dicat *om. M* 26 dño *M* 27 iohannis *CN*

ficat inter cetera dicens: ex hoc cognoscimus quia deus in nobis manet et de spiritu suo quem dedit nobis. si ergo per spiritum suum ipse in nobis manet, non ambigitur de deo esse spiritum sanctum. et nec dubium est, quia quod de deo est deus est. hinc est unde dicit apostolus: nemo scit quae sunt in deo nisi spiritus dei. quo modo potest scire quae in deo sunt, nisi sit eiusdem diuinitatis? inferior enim natura non potest scire quid sit in potiore; quanto magis creatura quid in conditore suo esset scire non poterat!

19. Et ad Corinthios in epistula prima praeterito ordine, qui in traditione fidei est, ab spiritu sancto incipit gratiarum et ministeriorum memorare operationes et subiungit dominum Iesum et tertium ponit deum, quem et in spiritu sancto et in domino dicit operari, sicut ait et dominus: pater manens in me ipse operatur. per id quod enim de deo patre est et spiritus sanctus et Christus, operatio eorum opus est dei. denique sanctum spiritum idem dicit et dominum, et dominum idem dicit et deum — hoc propter unitatem naturae —; cum ergo hoc loco idem deum, qui est et dominus, dicat operari omnia in omnibus, inferius sic conclusit dicens: omnia autem haec operatur unus adque idem spiritus diuidens uni cuique prout uult. quid tam apertum tres unius esse operationis, quia operante uno operari dicuntur tres? quare, nisi quia unius sunt diuinitatis? nam non est ambiguum donum gratiarum proprie spiritum sanctum operari. sed ut deum et dominum et spiritum sanctum unum esse propter naturae

1 I Ioh. 4, 13 5 I Cor. 2, 11 11 cf. I Cor. 12, 4—6 14 Ioh. 14, 10 19 cf. I Cor. 12, 6 20 I Cor. 12, 11

def. PG 2 et *om. CNX* suo] sčo *CN, A (corr.)* 3 ambigetur *X* 8 quid] quod *C* 10 corintheos *MF, A (corr.)* chorrintheos *C* corintheos *B* 11 ab] ad *M* sancto spiritu *C* 13 in *om. M* 14 et *om. X* 17 dominum] dño *M* dn̄ *N* et dominum idem dicit et deum *om. N* dominum] dño *M* 18 idem] idest *M* 20 infernus (*corr.*) *C* omnia hęc (?) (*eras.* hęc) *N* 23 operationes *FB* uno *om. X* operari dicuntur] operantur *N* 24 unus *C* 25 operari *om.* (*add. s. l.*) *N*

indifferentiam doceret, opus spiritus sancti trium esse opus ostendit. et ut manifestaret quia solius, quantum ad personam pertinet, spiritus sancti opus est: haec autem omnia, inquit, operatur unus adque idem spiritus diuidens uni cuique prout uult. ideo 'prout uult', quia uoluntas eius uoluntas est dei. non enim dixit 'prout uult deus,' sed 'prout uult spiritus'. creatura enim cogit se, ut dei faciat uoluntatem; spiritus autem sanctus naturaliter hoc uult.

20. Ut aperte luceat quia omnia spiritus sanctus operatur, dicit dominus inter cetera: si enim ego in digito dei eicio demonia et cetera. digitum dei appellat spiritum sanctum, ut probet hunc de deo esse. denique Iudaeos, qui eum in Belzebub eicere demonia dicebant, in sanctum spiritum blasfemasse testatus est. Moyses quoque quia per spiritum sanctum signa faciebat, confitentur magi dicentes: digitus dei est hic. nam et in Actis Apostolorum legimus: deseruientibus autem eis et ieiunantibus domino dixit spiritus sanctus: segregate mihi Barnaban et Saulum ad opus, quod uocaui eos. ecce seruitur domino, et hoc spiritus sanctus sibi uindicat — unde manifeste apparet hunc esse dominum sicut et deum patrem —; et Saulum Christus de caelo uocauit et misit praedicare, et hoc simili modo sibi defendit spiritus sanctus dicendo: ad opus quod uocaui eos. nam nemo ignorat episcopos saluatorem ecclesiis instituisse; ipse enim priusquam in caelos ascenderet, inponens manum apostolis ordinauit eos episcopos. hoc apostolus sancto spiritui deputat,

3 I Cor. 12, 11 10 Luc. 11, 20 13 cf. Matth. 12, 31. 32. Marc. 3, 29. 30 15 Ex. 8, 19 (15) 16 Act. 13, 2 21 cf. Act. 9, 4. 15; 22, 7. 8. 15; 26, 14. 16 23 Act. 13, 2

PG 5 ideo prout uult *om. M* 8 sanctus *om. M* spes *X* 9 eluceat *coni. Engelbrecht* 11 digitum dei] digi *M* 12 hunc] illum *N* 13 sčm spm *M* (*in ras.*) 14 per quia per *M* sčm spm *N* 15 confitenter *M* hic est *N* 19 seruetur *CNF* sibi sps sčs *X* 21 sicut] *om. M* et sicut *C* 24 episcopus *M* 26 episcopos (*corr.* episcopus) *M*

cum dicat: adtendite uobis et omni gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam domini Iesu. et inter cetera dicit Petrus ad Ananiam: Ananias, cur repleuit satanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto? et infra: non es, inquit, hominibus mentitus, sed deo. apertum est spiritum sanctum dictum deum, cui mentitus Ananias deo mentitus dicitur. quod si spiritum sanctum minime uoluisset deum intellegi, dixisset: 'non es mentitus hominibus, sed spiritui sancto,' ut neque deum hunc neque hominem signaret. et quid mirum? apostolus enim aliquando templum dei hominem appellat, aliquando uero templum spiritus sancti, propterea quia unum sunt natura. si enim minime deus intellegeretur spiritus sanctus, qua audacia diceret infra: templum enim dei sanctum est, quod estis uos?

21. Quoniam unus deus omnibus in scripturis praedicatur, mysterium autem eius in trinitate adoratur, idcirco sic agit scriptura, ut sub unius dei professione ea, quae de ipso sunt, id est filius et spiritus eius, in eodem honore intellegantur, in quo ipse deus est, quia ideo sacramentum reuelatum est dei, ut gloria eius in trinitate manere signaretur. quam ob rem non plena auctoritate deus uocatur quod de deo est, ne alterum absque eo, qui unus est, facere credatur, sed intellectum dat, ut credamus ea ratione in trinitate creaturae salutem consistere, quia una est eorum diuinitas. neque enim possit simul iungi et in ordine poni creator et creatura, dominus et serui, aeternitas et quae sub initio sunt, quippe cum sine uno eorum salus nulli sit. ad iniuriam enim uocatur omne quod deus est,

1 Act. 20, 28 4 Act. 5, 3 5 Act. 5, 4 11 cf. I Cor. 3, 16. 17. II Cor. 6, 16 12 cf. I Cor. 6, 19 14 I Cor. 3, 17

def. PG 1 adtendi *FB* gege (*add.* r *s. l.*) *N* 3 annaniam *codd.* 4 annania *CNX* ut] et *M* mentires *CNX* 6 sed deo mentitus *N* sanctum] sp̄m (*corr.*) *M* 7 annanias *CNX* 8 intellegere *N* 11 appellando *C* 16 agit] ait *NA* 17 professionem *N* 18 spiritus] sp̄s sc̄s *N* 19 ipse *om. N* 20 manere *om. N* 23 oratione *M* 24 posset *CX* 25 creator] creatore *C* creatura] creaturae *N* 27 uocatur enim *C*

siue filius siue sanctus spiritus, si extra unius dei honorem deputetur et gloriam. scripturae igitur ostendunt Christum deum, ostendunt spiritum sanctum deum, ut uidentes sciant quid sit quod ostenditur. tale est si quis gemmam ostendat non clamans quia gemma est; numquid, quia ille non clamat, non erit gemma quae uidetur? ita et scripturae ostendunt per ea quae supra tractata sunt, quid credere debeamus, intra unius dei fidem sensum nostrum concludentes mysterio trinitatis.

XCVIII. DE EUANGELIO IOHANNE.

1. Audistis quae contestetur sacrosanctum euangelium dicente domino ad Iudaeos: uos de patre diabolo nati estis et desideria patris uestri uultis facere. ille homicida fuit ab initio et in ueritate non stetit, quia ueritas non est in illo. cum loquitur mendacium, ex suis propriis loquitur, quia mendax est, sicut et pater eius. nemo fidelium dubitet diabolum apostasiae suae auctorem non habere. ipse enim totius erroris est princeps, qui uidens a deo factum se non mediocris potentiae ausus est praesumere deitatem, ut, quia ceteros uidit inferiores, se ipsum praeferret ut deum. denique nomina, quibus appellatur diabolus et satanas, ab actu eius conposita sunt, non ex natura. omne enim malum opere probatur, ut non subsistentia in crimine sit, sed uoluntas concepta ex causis. dum enim se uidit ceteris potiorem, inflatus est ad exercendam dominationem.

12 Ioh. 8, 44

cf. PG 1 sps scs *CNX* 3 scient *C* 4 quod] quid *CX* ostendat] ostendit *C*, *B* (*corr. m.2*) 6 erat *C* uidetur] uidetur qui (quę *A*) est *X* 7 super *N* tracta *C* 8 concludenter *M* mysterio] in misterio *C* 10 iohannis *CNX* 12 nati *om. C* 14 fuit] erat *CNX* 15 ex] et *M* 17 fidelem *M* 19 non] non se (se *eras.*) *C* 21 nomina] non nomine (*corr.* nomina) *C* diabolus quippe *N* 23 in crimine] incriminis *CNX* 24 se uidit] sedit *M* ceteris *om. N* 25 potentiorem *X*

2. Quo modo ergo patrem habere dicetur, qui auctor sceleris eius habeatur? aut unde probatur ab initio homicida fuisse? sed scriptura illum, qui eius fuerit imitator, nomine eius appellat, ut, quia ab opere nomen accepit, omnis qui malum opus fecerit non inmerito diabolus nominetur. saluator ergo hoc loco Cain diabolum appellauit, quia operum eius aemulus, dum inuidet fratri, homicidium perpetrauit exemplum relinquens crudelitatis parricidii; sicut et diabolus, dum inuidet homini facto ad imaginem dei, malignitatem operis sui cumulauit typum praebens errori. hinc itaque etiam mendax extitit Cain dicente sibi deo: ubi est Abel frater tuus? qui patris sui imbutus malitia in mendacium prorumpens: nescio, inquit, ut, cui uitam extorserat, ubi esset nescire se simularet sic furore caecatus, ut deo sic responderet quasi homini, quem putaret se posse celare.

3. Igitur huius imitatores facti Iudaei etiam ipsum dominum occiderunt, Cain potius fratricidam patrem uolentes habere quam deum, ut totius sanguinis effusi rei fierent. auctorem enim uitae perimentes totius sceleris principes extiterunt, ita ut huic malo etiam filios suos obligarent dicentes: sanguis eius super nos et super filios nostros. ut enim Pilato suaderent nihil mali esse quod petebant, in filios suos retorqueri dixerunt, si esset iniustum, quia, ut furori suo satis facerent, nec filiis suis parcere uoluerunt.

4. Nam quia diabolus non natura malus est, hinc facilius discitur, quia poena non promitteretur ei qui non fecerat quod nescierat. iniquum est enim punire eum qui non facit aliud

11 Gen. 4, 9 12 Gen. 4, 9 18 cf. Act. 3, 15 20 Matth. 27, 25

def. PG 1 patre *FB* dicitur *NX* 3 imitatur *FB* nomini *NF* homine (*corr.*) *C*. 6 Cain] cum *FB* .. *A* 8 parricidi *X* inuidit *MN* 10 tippum (*corr.* tipum) *C* 11 patri *M* 12 praerumpens *X* 13 se *om. C* 14 caecatur *X* 15 putare *FB* 16 huius *M* 17 eam (*corr.*) *N* 19 praementes *C* 25 *a* non *incipit rursus G* 26 dicitur *N* disceditur *FG* discec*itur (*corr.*) *A* disciditur *B* 27 ponere *C*

quam quod suae est naturae; et magis istud malum est, si hoc exigas ab aliquo, quod scias illum non posse. quam ob rem iuste plectendus est, quem cum constet scire ac facere posse bonum agit malum. hoc etiam ex uerbis saluatoris poterit aduerti; ait enim, sicut supra memoratum est: pater uester homicida fuit ab initio et in ueritate non stetit. igitur si per naturam mendax est, quo modo dicitur in ueritate non stetisse? hic enim in ueritate non stat, qui in ueritate non permanet. constat ergo diabolum in ueritate fuisse, sed non perseuerasse. denique legimus per profetam dicentem dominum: si stetissent, inquit, in substantia mea, id est 'in lege mea', et apostolus ad Galatas: state, inquit, et nolite iterum seruitutis iugo cohiberi. quid tam apertum? hoc enim mandat, ut de cetero permaneant in mandatis eius. quod si diabolus seruasset, steterat in substantia et lege dei. fundamentum est enim lex seruantibus eam.

5. Quo modo ergo quibusdam uidetur diabolum aut malum a deo factum aut propriam habere originem, id est ex nullo ortum, quod utrumque deo uidetur contrarium? qui enim ad hoc illum dicit factum, ut esset malus, inperfectae putat deum bonitatis, quia perfectus bonus non facit malum; qui uero originis eius deum auctorem esse non credit, dominium deo abnegat. per hoc enim, cum omnia dei sint, aliquid esse arbitrantur quod minime ad deum pertineat, quos oportet poenas perpeti, cum uiderint cuncta a deo iudicari per Christum.

6 Ioh. 8, 44 11 Hier. 23, 22 12 Gal. 5, 1 22 cf. II Petr. 2, 1. 10 25 cf. Ioh. 5, 22

def. P 1 est naturae] est naturae est *C* 2 scias] ...as (sci *s. ras.*) *M* 3 cum *om. X* 4 agit *N* 5 memoratam *C* 6 homicuda (*corr.*) *M* 11 dominum] dño *M om. X* 12 galathas *N* 14 permaneat *C* quid (*corr.*) *C* 18 aut] an *N* proprium *M*, (*corr.*) *C* 21 deum] *add.* esse *CNX* 22 non] con *N* dominium] dñm *NX* 23 deo] dm̄ *X* omnibus *M* 24 arbitratur *CNX* deum] dñm *X* pertinet *N* 25 iudicare *M* (*corr.*), *X* (*A corr.*)

XCVIIII. QUID SIT 'TEMTATIO UOS NON ADPREHENDAT NISI HUMANA.'

1. Non sine prouidentia, ut arbitror, magister gentium, apostolus noster, temptatio ut nos adprehendat exoptat, sed humana dumtaxat, quia diuina temptatio perniciem parit. hac enim Iudaei adprehensi serpentibus perierunt; agentes enim sub lege dei de prouidentia eius dubitabant. ac per hoc ne diuina nos sed humana temptatio adprehendat, hortatur. hic enim deum temptare dicitur, qui sub nomine eius agens ab idolis sperat salutem, quia non habet deum probatum. omne enim quod probatum non est temptatur et quod temptatur in dubium uenit. ac per hoc diuina temptatio mortalis est, humana uero temptatio salutaris, quia, sicut de deo dubitare perniciosum est, ita de homine desperare propter dei legem saluberrimum est. quam ob rem prouidenter apostolus: temptatio uos, inquit, non adprehendat nisi humana, ut propter dei legem ab hominibus temptati fortes inueniamur dubitantibus de nobis hominibus carnalibus, deo autem probati simus, quia qui probati deo non sunt temptantur ut emendentur.

2. Duplex ergo temptatio est; aliquando enim quasi fideles, aliquando quasi diffidentes temptamur, ut fidelium temptatio humana sit. propter fidem enim ab hominibus tribulamur — temptant enim nos, si possint abducere nos a fide —, propter diffidentiam autem

1 I Cor. 10, 13 5 cf. I Cor. 10, 9 (Num. 21, 6) 9 cf. Act. 15, 10. Ex. 17, 2 etc. 15 I Cor. 10, 13

def. P 1 adpropehendat *M* 4 nos non adprehendat *A* (non *s. l.*) *B* humanam *NX* 5 dumtaxat quia diuina *om. M* temptio *N* perni.em (ci *s. ras.*) *C* hac] haec *F*, (*ex* hac) *A* hac (*ex* hec *uel* hoc) *B* 6 adprehendensi *C* adprehendens (*corr.* adprehendente) *N*, *X* a serpentibus *N* periuerunt *C* agentibus *N* 7 dei lege *CN* diuino (*corr.*) *N* 8 hortatur] optatur *GA* hic] hinc *X* 9 deum *om. N* nomini *N* 10 omni (*corr.*) *C* 11 temptator *M* 12 hac (*corr.*) *N* 15 quam] quod (*corr.*) *M* 16 adprehendit (*corr.*) *C* 17 fortes] forte si *CNX* 18 aut *X* sumus *CX* 19 qui *om. M* ....temptantur *N* 21 diffidenter *M* defidentes *CNFB* temptio *N* 23 adducere *C* (*corr.*), *N* nos *om. N* differentiam *CNX*

temptantur, ut angustiati paenitentes redeant in uiam, sicut factum est et Iudaeis. cum enim diffiderent de prouidentia dei, temptati sunt a serpentibus, ut dolore correpti emendarentur. deus enim sic temptat, ut corrigat huius modi homines. est et alia temptatio, qua temptatus est Abraham et Iob nec non et Tobias, famuli dei, ut Abraham per tribulationem oblati unici et dilectissimi filii uberiorem fructum iustitiae haberet ad aeternam gloriam, Iob autem amissione totius substantiae augmentaretur diuitiis locupletatus in caelis et in terra; Tobias uero caecitatem luminum passus sic prouectior extitit, ut et ad praesens gloriosus fieret receptis oculis et in futurum seruaretur ei claritas perpetua, quia ad hoc probantur iusti, ut proficiant. ideoque in temptatione robusto animo esse debemus scientes non ad deminutionem nostram hoc proficere, sed ad augmentum, si modo aequo animo toleremus per Christum.

C. DE EUANGELIO MATHEO.

1. Audistis, fratres carissimi, quae contestetur euangelium dicente domino: confiteor tibi, pater, domine caeli et terrae, quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruolis. ita, pater, quoniam sic fuit placitum ante te. igitur, si dictorum sensum inspiciamus, uidebimus ea, quae ad exhortationem

1 cf. Num. 21, 7—9 6 cf. Gen. 22, 9—18 8 cf. Hiob 1, 14—19 9 cf. Hiob 42, 12. 13. 17a cf. Tob. 2, 10 (11) 11 cf. Tob. 11, 13 (14) 19 Matth. 11, 25. 26

tf. P 1 temptatur *M* temptamur *G, A* (*corr.*) angusati *C* redeunt *GA* uia *X* 2 diffi. (*add.* derent *s. l.*) *M* 5 temptatus] temptator *C* 8 ad *om. X* 10 c(a)ecitatum *CFB* caeci tantum *G* caecita.tum (*corr.*) *A* et *om. X* 11 ad *om.* (*add. s. l.*) *C* 14 deminutionem *scripsi* diminutionem *codd.* ad *om. MN* 15 tolleramus *C* tolleremus *N* (*corr.*), *F, A* (*corr.*) tolleremur *G* 17 mathei *NX* 18 auditis (*corr.*) *C* karissimi *NX* quae contestetur] quaecos testetur *F* quae costestetur (*pr. s partim eras.*) *B* in euangelium *M* 19 dñi *CFB* 20 quod] qui *N*

credentium a domino dicta sunt, eorum qui, propter quod mundanam sapientiam spernunt, paruuli uidentur sapientibus mundi, qui nullo testimonio commendati sapientes uolunt dici. idcirco indignum uisum est deo his ostendere ueritatem, humilibus autem, qui nihil de se praesumentes dei se uoluntati inclinant, aequitate cogente salutaria reuelanda sunt. hic enim prudens deo est et salutis suae memor, qui scientiae suae anteponit dei legem, quam utique uidet non uerborum strepitu fulciri, sed rerum uirtutibus. et sine dubio hic stultus et uanus est, qui huic rei se commendat, quae nulla munitur praerogatiua signorum.

2. Unde non litteratis saeculi regnum deus promisit, sed fidelibus; neque scrutatoribus siderum aeternitatem pollicetur, sed recte agentibus; nec dialecticis, qui fraude et minutis quibusdam uerum excludere nituntur, gloriam dat, sed bonae uoluntatis hominibus, qui accurati magis uita sunt quam sermone. istos enim reprobat deus, qui oratione clari sermonis uti uolunt quam bonis actibus. nam et gloriam dei in se uult conuertere, qui rem dei uerbis exornare se putat. res enim ipsae per se placere debent, ut non sermo, sed sensus laudetur. si enim sensus auctor est litterae et uerba propter res significandas inuenta sunt, cur non magis res ipsae puro sensu promendae sunt, ut facilius mentem incitent ad salutem? ideoque piscatores elegit dominus nostros apostolos, homines simplices et sine litteris, qui sine aliqua uersutia fidem seruando et bene uiuendo dei in se ostenderent ueritatem. unde et apostolus Paulus: et ego ueniens, inquit,

2 cf. I Cor. 1, 20. 3, 19 7 cf. Rom. 14, 6 16 cf. Luc. 2, 14 24 cf. Matth. 4, 18. 19. Marc. 1, 16. 17 25 cf. Act. 4, 13 27 I Cor. 2, 1

def. *P* 1 sunt *om.* *N* 4 deo] a deo *GA* his] hic *FB* 9 strepitum (*corr.*) *N* 14 frada (*corr.* franda, u *s. l.*) *M* 17 quam] quem *GA* 19 qui rem] quem *X* 23 facilius (fa *in ras.*) *N* 24 noster *GA* 25 apostolus (*corr.*) *C* simplices] principes *M* sine *pr.*] sene (*corr.*) *C* sine *alt.*] sina *M* 26 et *om.* *M* 27 inquit ad uos] ad uos inquit *X*

ad uos, fratres, ueni non in sublimitate sermonis aut sapientiae, et inter cetera: quia non, ait, in sermone est regnum dei, sed in uirtute, ut, quia uerba contradictioni obnoxia sunt, dei legi uirtus testis existeret, cui omnis cedit sermonum sublimitas.

3. Itaque haec idcirco praemissa sunt, fratres carissimi, ut consuleretur simplicioribus, ne se forte indignos putarent gratia dei, quia minime sunt litteris forensibus eruditi, cum magis ad laudem proficiat simplicitas eorum, quando quod prudentes mundi non uident superbia litterarum, hi credunt, non uerbis sed consilio prudentes. sciunt enim in bonis operibus requiescere deum et fidem quaerere, non cultum sermonem. legunt enim dicentem dominum: in quo requiescam, nisi in humili et mansueto et tremente uerba mea? quam ob rem, ut digni efficiamur ad promissa praemia, ea quae a domino iubentur facere debemus, securi quia hos diligit dominus, qui uerba eius custodiunt. sic enim dixit discipulis suis: si diligitis me, praecepta mea seruate, ut in his domino seruientes regni eius heredes esse possimus per Iesum Christum dominum nostrum.

CI. DE IACTANTIA ROMANORUM LEUITARUM.

1. Dum iussis caritatis parere uolumus, in uituperationem forte cademus, qui de re, quae nulli aliquando in dubium uenit, scribimus, quia, cum amicitiam offendere nolumus, studium, quod ad aliquam rem occultam reuelandam proficere debuit, intricamus, quamuis propter nimiam stultitiam cuius-

2 I Cor. 4, 20 9 cf. I Cor. 1, 20. 3, 19 13 Esai. 66, 2 17 Ioh. 14, 15 18 cf. Eph. 5, 5. Iac. 2, 5

lect. P 1 in *om. G, A (add. s. l.)* 3 contradictione *N* 6 karissimi *NX* 7 consoleretur *CG, A (corr. m2)* se *om. N* 8 minima *N* 9 quan *N* prudenter *N* 10 hi] hic *C* hii *GA* 16 debemus] redebemus *(corr.) C* redebimus *N* (re *eras.*), *X (corr. A)* qui] quia *MC* qui. *N* 18 in *om. X* 19 possumus *C* dominum nostrum *om. X* 20 leuitarum *(corr. add. s. l. alt.* u *atr.) M* leuitarum *C* 21 uolum parere *C* uituperatione *FB* 22 quae *om. M* dubium inuenit *C* 24 ad *om. MX* profere *M*

dam hoc adseuerantis, quod in subiectis pandemus, istud et nobis iniunxerit caritas memorata, ne. cum nemo ad haec diu responderet, in peius proficeret et diu in uano exercitatus emendari non possit. hoc enim caritatis studium est, quae non quaerit quae sua sunt.

2. Quidam igitur, qui nomen habet falsi dei, duce stultitia et ciuitatis Romanae iactantia leuitas sacerdotibus et diaconos presbiteris coaequare contendit, non dicam praeferre. quia stultius est et forte incredibile uideatur et nos non emendatores, sed calumniatores habeamur. qua igitur lege quaue consuetudine, quonam exemplo hoc adgredi audeat, nullum scire arbitror, ut istos, quibus consessus in ecclesia datus est minime, his coaequet qui. propter quod antistites dei sunt, in domo dei et in honore Christi cum dignitate considunt. quae audacia est presbiteris ministros ipsorum pares facere! quae temeritatis uana praesumptio sacerdotibus baiulos tabernaculi et omnium uasorum eius et lignorum concisores et portitores aquae conferre! hoc enim officium fuit leuitarum. tale est, si praefectis officiales, dominis serui aequentur. hoc enim scriptum est dicente domino ad Moysen: accipe tribum Leui de medio filiorum Israhel et statue illos ante Aaron sacerdotem et deseruient ei. quid hoc exemplo apertius, quod etiam nunc in ecclesia custoditur?

5 I Cor. 13, 5 16 cf. I Par. 23, 26 17 cf. Ios. 9, 33 (27) 20 Num. 3, 6. cf. 3, 12

def. P 1 pandimus *GA* istud] istunt *M* et *Engelbrecht* ut *codd.* 3 et] ut *N* 4 emendare *N* posset *GA* 6 qui nomen habet] quid habet nomen *C* nomen quid habet *N* quid nomen habet *X* falsi dei] falsi dere querunt *C* falsi dici *A* stultitiam *X* 7 iactantiae *N* 8 praeferri *GA* 9 est *om. X* emendatores *M* 10 quaue] quae uel *F* uel qua *GA* qua uel *B* 11 audiat (*corr.*) *C* 12 consensus *codd.* (*corr. Am2 mg.*) 13 coaequat *X* 15 praebiteris *M* 16 temeritas *MNFG* timeritas (*corr.* temeritas) *C* baiolas *C* baiolus (?) (*corr.*) *N* baiolos *X* (*alt.* o *in ras. A*, *corr. B*) 17 portiores *C*, (*corr. rec.*) *N* 19 dominicis *M* aequentur *M* 20 leuui *M*

3. Quamquam Romanae ecclesiae diaconi modice inuerecundiores uideantur, sedendi tamen dignitatem in ecclesia non praesumunt. ut autem non omnia ministeria obsequiorum per ordinem agant, multitudo facit clericorum. nam utique et altare portarent et uasa eius, et aquam in manus funderent sacerdoti, sicut uidemus per omnes ecclesias et sicut constitutum est a domino per Moysen. aut numquid meliores Heliseo sunt, qui aquam fundebat in manus Heliae?

4. Sic autem diaconos aduersus presbiteros defendit, quasi ex presbyteris diaconi et non ex diaconibus presbiteri ordinentur. sed quia Romanae ecclesiae ministri sunt, idcirco honorabiliores putantur quam apud ceteras ecclesias propter magnificentiam urbis Romae, quae caput esse uidetur omnium ciuitatum. si ita est, hoc debent et sacerdotibus suis uindicare, quia, si hi qui inferiores sunt crescunt propter magnificentiam ciuitatis, quanto magis qui potiores sunt sublimandi sunt! quicquid enim officialibus praestatur, augmentum fit potestati, sicut honor serui ad laudem proficit domini, quamquam apud iustum iudicem deum uni cuique hic honor maneat, qui creatus est singulis ecclesiarum officiis, ut qui diaconus est diaconii honorem per omnes ecclesias habeat — non enim qualiscumque honor est antistiti dei seruire, in ecclesia dumtaxat — et sacerdos totius honoris ecclesiastici dignus habeatur.

6 cf. Num. 3, 31 8 cf. IIII Reg. 3, 11 19 cf. Ps. 7, 12. II Tim. 4, 8

de. P 1 diconi *X* inuenerecundiores (ne *partim eras.*) *M* inuericondiores *CX* 3 misteria (*corr.*) *M* 5 funderint *C* funderunt *GA* 6 uidimus *CNX* constitum *MG* 8 quia *G* 9 diaconus (*corr.*) *M* defundit *X* (*corr. Am2 mg., B*) 10 praebiteris *M* diaconis *C* et non *om. M* 11 honorabiliore (*corr. rec.*) *M* honerabiliores (*corr.*) *C* 14 uindicare *om. C* 15 quia si hi] quia sibi *M* quasi hi *N* quia si hii *GA* qui *om. CNFB* magmagnificentiam *M* 16 quae *C* potentiores *GA* *om. pr.* sunt *N* 18 domini] dñi *M* aput dñi (dñi *eras.*) *M* 19 hic *om. X* creatus] cretus *M* (*corr. rec.* decretus), *NF, A* (*corr. m2* decretus) 20 diaconus] diconus (*corr. rec.*) *M* 21 diaconii] diaconi *CX* 22 ecclesiam *CX* 23 ecclesiasticae *C*

maior enim ordo intra se et apud se habet et minorem; presbiter enim et diaconi agit officium et exorcistae et lectoris.

5. Presbiterum autem intellegi episcopum probat Paulus apostolus, cum quando Timotheum, quem ordinauit presbiterum, instruit qualem debeat creare episcopum. quid est enim episcopus, nisi primus presbiter, hoc est summus sacerdos? denique non aliter quam conpresbiteros hos uocat et consacerdotes: numquid et ministros condiaconos suos dicit episcopus? non utique, quia multo inferiores sunt et turpe est iudici dicere primiscrinium. nam in Alexandria et per totam Aegyptum, si desit episcopus, consignat presbiter.

6. Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, causa ostendit Caiphae, qui, cum esset homo pessimus, profetauit. quare? inquit, 'quia princeps erat sacerdotum'. et iterum multum distare inter diaconum et sacerdotem liber adprobat, quem dicimus Actus Apostolorum. cum enim ex Samaria credidissent Philippo praedicanti, diacono ab apostolis ordinato: miserunt. inquit, ad Petrum et Iohannem ut uenirent et his. qui crediderant, darent spiritum sanctum per manus inpositionem.

7. Sed inscii, credo, scripturarum aut inmemores legis haec defendunt. recordari ergo debet qui ista putat asserenda, quid Leuitis acciderit cum taliter saperent. cum enim nihil inter sacerdotes et leuitas interesse praesumerent, deo iudice hiatu

4 cf. I Tim. 3, 1—7 14 cf. Ioh. 11, 51 17 cf. Act. 8. 14. 15. 17 24 cf. Num. 16, 31—35

def. P 1 pr(a)esbiteri *X* 2 et *alt. om. X* 3 intellegis *X* 4 quam (*corr.* quando) *M* 7 quam] quas *G*, (*corr.* qua) *A* cum praesbiros *C* cumpresbiteros *N* (*corr.*), *FB* hos *Vindob. 1044* hoc *codd.* (*corr.* hunc *A*) consacerdos *X* (*corr. A* consacerdotem) 8 ministris *X* 9 iudici dicere] iudicere *N* (*corr.*) 10 alexandriam *MNFB* alexandream *C* totum *X* 14 quare? 'quia', inquit, 'princeps erat sacerdotum' *mauult Engelbrecht* 15 adprobabat *M* 17 praedicante *X* 18 et *alt.*] ex *C* 19 crederent *CNX* 20 inpotiorem *CF* 21 scriptura *X* (*corr. A* scripturae) leges *C* 22 defundunt *CNX* istat *M* 23 accederit *X* (*corr. A*) 24 hia.tu *M*

terrae absorti sunt Chore et consentientes ei, et CCL uiros torrens ignis simul consumsit, et Ozias rex, cum opus sacerdotale praesumeret, lepra perfusus est, ut hoc utique exemplo ceteri territi non auderent quod concessum non est praesumere. nunc enim uidemus diaconos temere quod sacerdotum est agere per conuiuia et in oratione id uelle, ut respondeatur illis, cum istud solis liceat sacerdotibus. diaconii enim ordo est accipere a sacerdote et sic dare plebi.

8. Uides quid pariat uana praesumptio? inmemores enim elatione mentis, eo quod uideant Romanae ecclesiae se esse ministros, non considerant quid illis a deo decretum sit et quid debeant custodire, sed tollunt hoc de memoria adsiduae stationes domesticae et officialitas, quae per suggestiones malas seu bonas nunc plurimum potest. aut timentur enim, ne male suggerant, aut emuntur, ut praestent. hi sunt qui faciunt eos ordinis sui non considerare rationem. dum enim per adulationem obsecuntur illis inlicite, praecipites illos faciunt, ut plus sibi putent licere, quippe cum uideant non sic deferri sacerdotibus, ac per hoc anteferri se putant.

9. 'Sed testimonio', inquit, 'diaconi fit presbiter', quasi istud ad praerogatiuam pertineat magnitudinis. legimus enim ad plebem dixisse Petrum apostolum: eligite, inquit, ex uobis quos constituamus deseruire ministeriis ecclesiae, nolo dicere 'mensis'. ecce laicorum testimonio creati sunt diaconi. et apostolus eum, qui ordinandus dicitur episcopus,

2 cf. II Par. 26, 19—21 22 cf. Act. 6, 3 24 cf. Act. 6, 2

def.P 1 obsortiti (*pr.* ti *eras.* [?]) *M* et *alt. om. GA* CCL *om. X* 4 consensum *FB* 5 uidimus *X* (*A corr.*) timere *CNFB* tenere *GA* 6 in *om. M* orationem (*corr.*) *M* 7 istus *N* (*corr.*), *G*, *A* (*corr.*) diaconi *CX* ergo *N* 8 accepere (*corr.*) *M* dari *C* ple.. (bi *s. ras.*) *M* 9 pareat *CNX* 12 ad-sidue *M* 13 suggessiones *M* 15 suggeserant *CN* suggesserant *X* (*corr. A*) hii *CFB* 16 adolationem *NGA* 17 obsequuntur *CN* 18 differre *N* 19 se putant] reputant *X* 20 sit *X* 21 perteneat *CF* 22 elegitte (*corr.*) *M* 23 mysteriis *FB* 25 dicitur (*in ras.*) *N*

etiam testimonium uult habere gentilium; sic enim ait: oportet enim hunc et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. omnium est ergo testimonium dare et non tamen omnes hoc honore digni sunt. iudicare enim omnes possunt et non tamen omnes possunt esse quod iudicant. potest enim pictor bonus pictor iudicari ab illo, qui pingere nesciat, et coraula melior alio coraula adprobari ab eo, qui alterius sit artis; ita et testis potest esse creandi presbiteri qui inferior ordine est.

10. Est iterum, quo inflentur et putent sibi multum deberi; 'a nobis' enim, inquiunt, 'perducuntur qui ordinandi sunt', ut, dum lateri illorum saepti sunt, honore digni uideantur. fac uerum esse; quasi officialis enim ab episcopo mittitur, ut obsequium praebeat ordinando. nam et imperator, ut imperator appareat, ordinatur obsequio militari; non tamen melior nec par exercitus imperatori. nam et Aman, cum esset clarus in honore militari, a rege missus est ut Mardocheo in obsequium iret, ut quantum dignus esset Mardocheus, ex huius obsequiis nosceretur; ita et diaconi creandis presbiteris in obsequium mittuntur, ut dignos eos fieri sacerdotes omnes intellegant. exceptis enim sacerdotibus, quibus obsequium debent, omnibus praeponuntur diaconi.

1 I Tim. 3, 7 16 cf. Esth. 6, 10

def. *P* 1 uult *om.* *GA* si *C* 3 qui *om.* *M* ergo] enim *N* 6 iudicare (*corr. rec.*) *M* 7 nescit *X* coraula *pr.*] corla *C* coraula *N* coraula *alt*] choraula *FB* 8 sit] est *N* praesbiri *C* 9 ordini (*alt.* i *s. l.*) *M* 10 quod *GA* infletur *FB* 13 factum *NX* officialis *N* 14 praebeatur (*corr.* praebeator *C*) dinando *MC* nam] *hic incipit rursus* *P* ut imperator] ut interpretatur *P* *om.* *X* 15 appareat ordinatur] appari aut orientur *C* ordinator *GA* 16 par] est *add.* *P* imperatori] militari *P* clarius *G, A* (*corr.*) 18 dignus] dignius *P* dignum *M an legendum* dignior? 19 obsequius *M* 21 enim *om.* *X* 22 diaconibus *N*

CII. CONTRA NOUATIANUM.

1. Dicunt discipuli sui ad Iesum: domine, uis dicimus, ut descendat ignis de caelo et consumat eos, sicut fecit Helias? et respondit illis dominus dicens: nescitis quali spiritu estis. filius enim hominis non uenit animas perdere, sed saluare. cum dignum utique esset uindicare in Samaritanos non suscipientes eum, dominus tamen, quia ad misericordiam dandam aduenit, sententiam amouit, ut de cetero corrigences emendarentur. et profeta Heliseus indignatus pueris, qui ei contumeliam faciebant, deo iudice uindicauit in eos, ut eo loco ab ursis comederentur, ubi silua esse negatur. dominus autem oblatae sibi meretrici pepercit, ei uidelicet, quam in adulterio se deprehendisse maiores Iudaeorum dixerunt, ut, quia pia praedicatio inciperet, non condemnandum, sed ignoscendum doceret. nam per Moysen data lex, quia iustitiam habuit ad uindictam, in primordiis suis seueritatem exercuit, quia et in illum, qui sabbatis exiit ligna colligere, funebriter uindicauit et in filium Aegyptiae, qui blasphemauerat in deum, similiter ultionem dedit et in causa fusilis uituli percussit filios Israhel.

2. Una quaeque ergo lex inter ipsa primordia sensum suum plenum ostendit, ut uetus lex, quia ad uindicandum promptior erat, inter initia sua asperior uideretur, ut metu incusso diligentes et sollicitos faceret auditores suos. noua

2 Luc. 9, 54 4 Luc. 9, 55. 56 9 cf. IIII Reg. 23, 24 12 cf. Ioh. 8, 3—11 17 cf. Num. 15, 32—36 18 cf. Leu. 24, 10—14 19 cf. Ex. 32, 27

1 nouicianum *P* nouationum *M* 3 discendat *C* consummat *C* 4 quali (*corr.* qualis) *P* quale *X* 6 itaque *P* 7 sarita (*corr.* samarita) *M* excipientes *NX* qui *NX* ad *om. P* 8 et sententiam *X* 9 et] ut *N* indignatis *G, A* (*corr.*) 11 ut] in (*corr.*) *M* 13 iudae *M* 14 inciperit (*corr.*) *N* 15 data est *N, G* (*corr.*) lex *om. M* iustitiam habuit (*corr.* iustum fuit) *N* 16 ad] *om.* (*add.*) *C eras. N* exercere *N* 17 funebreuiter *C, N* (*corr.*), *X* (*corr. B*) 18 blasphemauerat *N* 19 uitulis *C* (*corr.*), *G, A* (*corr.*) uituli *N* 22 suum *om. M* 23 prum(p)tior *CX* initia] ipsa initia *P* sua *M* uideret *M*

uero, propter quod pia et ad misericordiam facilis est, primordia sua mitissima et clementissima demonstrauit, ut ipsa oblectatione omnes ad indulgentiam prouocaret. postea autem et illa, quae asperior uisa est, propter fragilitatem humani generis non solum rigorem suum molliuit. sed et humanam et piam se praestitit et haec, quae clemens uisa est, aliquando uindicauit. Anania etenim cum Sapphira uxore sua diuinitus caesi sunt; et Etimas magus, incredulus et dei legi repugnans, domini iudicio et uirtute caecatus est; et Herodes rex, propter quod honorem non dedit deo, ab angelo dei percussus, scatens uermibus expirauit. ne, quia misericordia praedicatur, inultum omnino putarent homines et inpune peccari, timorem posuit ostendens ad hoc dari ueniam delictorum, ut quasi ex mortuis uiuificati postea abstinerent se a contrariis, ut id elaboretur, ne quis hinc cum crimine exeat, quia ad iudicium uenietur. haec enim uni cuique sententia inputatur, in qua defungitur. quoniam igitur noua lex plenitudinem habet misericordiae, ne contemptui duceretur ab amatoribus peccatorum, in supra dictos uindicauit. uetus uero lex, quamquam ad uindictam data sit, quibusdam tamen ignouit, ne omnino crudelis duceretur, sed in plures uindicauit, quia sensus eius ad ulciscendum promptus est.

3. Sine dubio igitur maior gratia nouae legis est quam fuit ueteris. si ergo maior gratia est, quo modo negatur hoc prae-

7 cf. Act. 5, 5. 10 8 cf. Act. 13, 11 9 cf. Act. 12, 22. 23 13 cf. Rom. 6, 13

1 uero] ergo *N* piat (*corr.*) *C* et *om. CNX* 4 asperior] superior *X* 5 et *pr. om. X* 7 annaniam *C* in (*add. m2*) annaniam *N* saphira *CNX* 8 ethimas (*corr. m2* elymas) *P* etymas (*corr. rec.* elemas) *M* atmas (*sic*) *C* tymas *N* thimas *X* lege (*corr. rec.*) *M* 9 domini] dñi (*corr.* dñ) *C* 12 peccare *N* 13 dilectorum *C* 14 a *om. C* ut id] ut *C* uti *X* elaboretur] laboretur *C* liberare(n)tur *X* 16 sententiam *FB* defungitur (*corr.* definitur) *N* 17 ne] non (*corr.*) *N* 18 duceret *M* 20 quibus (*corr. Am2*) *X* 21 oliscendum *C* uliscendum *FB* prump.tu (s *add. rec.*) *M* prum(p)tus *CNX* 23 elegis (*corr.*) *C* est. *C* fuit *om. X*

stare posse, quod praestitit illa, quae minorem gratiam habuit? erat enim propensior in seueritate. itaque si ista paenitentibus ignouisse probatur, qui fieri potest ut ista, quae clemens est, non recipiat paenitentes? nam et Iudaei filii dei appellati sunt, qui per Moysen et in nube et in mari baptizati apostoli Pauli auctoritate leguntur. legem enim accepturi procul dubio purificati noscuntur, ut de cetero acceptae legis redderent rationem et, si qui peccarent, per paenitentiam se reformarent dicente domino per Eseiam profetam: paenitentiam habete qui erratis et conuertimini. sed forte e contrario dicitur: 'paenitentia quidem praedicata est, non tamen remissio'. si ergo paenitentia praedicata a deo est, est fructus agentibus paenitentiam; nec enim superuacue hoc dominus commoneret. porro autem sciens dominus conuersis dari debere peccatorum remissa, hoc praecepit, quippe cum dixerit: nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur et uiuat. itaque est fructus paenitentiae, sicut claruit, conuersis ad deum. exclusa est ergo Nouatiani impie composita adsertio, qua uerborum domini sensum inuertit dicens: 'ait dominus: qui me negauerit, et ego negabo eum', ut si aliquis Christianus, quacumque ex causa negauerit, iam redire non possit aut certe reuertens minime suscipiatur.

4. Et ubi erit demandata paenitentia, cum saluator post

4 cf. Gen. 6, 2. 4 5 cf. I Cor. 10, 2 9 cf. Esai. 45, 22 12 cf. Matth. 3, 8. Luc. 3, 8 15 Ezech. 18, 32. cf. 33, 11 16 cf. Matth. 3, 8. Luc. 3, 8 19 Matth. 10, 33

1 possit (*corr.*) *N* quae] qui *X* 3 quin *P* istam *G*, (*corr.*) *A* 4 fili *M* 5 quia *P* et *pr. om. PN* mare (*corr.*) *M* baptizati sunt *P* 8 quis *P* qui (*corr. m2* quid) *N* peccaret *P* 9 habete] agite *Nm2 in ras.* 11 paenitentia—ergo *om. M* penitentiam *C* 12 praedicata est a deo *P* a deo praedicata est *X* est *alt. om. MX* 14 deberi *GA* remissio *P* 15 praecipit *C* morte *GA* 16 tantum *PNX* ut] et *GA* penitenae *M* 17 deum] dm̄ (*corr. m4* dum) *M* 20 quicumque *CX* 23 penitentiam• (*corr.*) *N* cum—sententiam *om. N*

datam hanc sententiam negantem apostolum Petrum non negauerit? quare? quia paenitentia subsequente erratum suum amarissime fleuit scius utique conuersis ignosci et reformari eos per paenitentiam. sed Nouatianus fingit agendam paenitentiam. quia enim aperte negare non audet dandam paenitentiam. adstrictus lege subtiliter hanc frustrare contendit. quando enim dicit quia 'qui negauerit. nullo modo ueniam habebit. sed negabitur et ipse in conspectu angelorum dei.' quo modo non cum dolo agendam paenitentiam profitetur? hinc autem manifeste fraus eius apparet. cum adiungit dicens: quicumque peccauerit in spiritum sanctum. non remittetur ei neque hic neque in futurum. quamuis alia causa sit, qua peccatum est in spiritum sanctum, et alia negare dominum Iesum, Nouatianus tamen. ut huic peccato ueniam deneget, unum sensum uult esse negantis dominum et peccantis in spiritum sanctum. ut hac tergiuersatione fructum amputet paenitentiae. si enim idem est negare dominum quod peccasse in spiritum sanctum. nulla uenia speranda est negantibus neque fructus aliquis paenitentiae, quia hoc peccatum neque hic neque in futuro remitti dominica oracula promiserunt.

5. Hinc ergo apparet cum dolo dicere Nouatianum agendam paenitentiam; ut quid enim paeniteat, si delictum aboleri negatur? paenitentiae enim gemitus, fletus et lamentatio hoc adquirit, ut et ueniam mereatur et reformationem. denique

1 cf. Matth. 26, 70. 72. 74 etc. 3 cf. Matth. 26, 75. Luc. 22. 62 cf. Marc. 4, 12 etc. 7 cf. Luc. 12, 9 10 Matth. 12, 32 16. 19 cf. Matth. 3, 8. Luc. 3, 8 20 cf. Matth. 12, 32

3 scias *P* ignosci *om. P* ignosce *FB* 5 audet] aut (*corr. m2*) *F* aut et *GB* 10 manifeste fraus] manifes•••tius *M* 12 futuro *CB* 13 qui *M* quia *X* 14 ut] u (*exp.*) *M* 15 deneget] denegaret *P* deneget et *M* esse]. esse et *N* negantes *X* peccantes *G, A* (*corr.*) *Bm2* peccatis *Bm1* 17 amputaret *C* est *om. C* quod] et (*corr.*) *N* 19 fructum *MCNX* (*corr. A*) penitenti (*corr.*) *C* 20 futurum *PX* 22 hic *CX* hic• *N* ergo] ego (*corr.*) *M om. X* 23 ut quid] *hinc rursus def. G* . abolere *X* 25 et *pr. om. X*

Dauid paenitens et confitens peccatum et ueniam meruit et ad pristinum statum redditus est, quia et rex permansit et postea profetauit. quod liquido probatur; in quinquagensimo enim psalmo paenituit et postea persecutionem a filio passus profetauit; tertius enim psalmus iuxta historiam post quinquagensimum est. sed forte regi ignosci oportuit, humilibus autem ignosci non debet, cum magis potentioribus difficilius ignoscendum uideatur. deus enim personam hominis non accipit. quanto enim quis sublimior est, tanto magis, licet leue peccatum eius, graue est crimen. sicut enim humilitas in potente sublimis et magnifica est, ita et culpa eius pro crimine habenda est. exceptis enim peccatis, quae constat omnibus esse inlicita, non omnia licent potentibus, quae sunt concessa humilibus. dignitoso enim homini negotiari deforme est et popinam ingredi notabile est; senatoribus quoque fenus infamia est. si ergo in his leuibus inuenti notandi sunt, quanto magis rei constituendi sunt, si peccauerint! per haec ergo apparet Dauid grauissime peccasse, et quidem duplici modo; conuersus tamen et homicidii et adulterii ueniam consecutus est et, quod amplius est, deflens reformatus est. cum enim a profeta Nathan argueretur, peccatum celare non ausus est, sed confessus est dicens: peccaui domino. tunc respondit ei profeta et dixit: abstulit dominus peccatum tuum et non morieris, quoniam paenituisti; et quia inuenitur postea profetasse, dubium non est hunc reformatum. nam et Achab correptus a

1 cf. II Reg. 12, 13 8 cf. Act. 10, 34. Rom. 2, 11 etc. 22. 23 II Reg. 12, 13

lin. C 1 et *pr. om. P* peccatum suum *N* 2 et *pr. om. M* reditus *CF* (*corr.*) 4 enim *om. X* persecutionem passus (passus *eras.*) *N* sa *M* 6 *et* 7 ignosci] agnosci *M* 11 magnificata *PA* 12 omnibus constet *C* 15 coquinam *Fm2* uocabile *C* infamia est *om. P* 17 construendi *M* 19 homicidi *C* adulteri *C* consecutus] conuersus *P* 20 quod amplius est] quod amplius *P*, *N* (*corr. m2* quodam modo amplius) nathan argueretur propheta *P* 21 natan *M* est ausus *P* 22 profeta et] prophęte (*corr.*) *C*

profeta propter mortem Nabuthe ibat plorans et conscidit uestimenta sua et praecinxit se cilicio et factum est uerbum domini in manu serui eius Heliae de Achab et dixit dominus: audisti quo modo motus est Achab a facie mea? non inducam mala in diebus eius. et Nineuitis peccata deflentibus inminente morte reparata est uita. ecce quantus profectus est paenitentiae!

6. Sed forte dicatur e contra: 'concessum quidem est, sed non crimen idolatriae; quamuis enim haec grauia sint, maius est tamen crimen idolatriae'. recte tamen explosa est non ex modica parte Nouatiani adsertio, qua duo crimina grauia concessa paenitentiae uidentur, quia si fornicationi ignosci non debet, sicut Nouatiano uidetur, quanto magis homicidio aut adulterio! sed hinc uanitas eius apparet, quando haec quae grauiora sunt concessa probantur. quam ob rem nunc, an idolatris concedi posse promiserit deus, requirendum est. omne enim quod iure hic concessum non fuerit, nec in futurum poterit concedi. hic enim, sicut dixit dominus, aut ligantur aut soluuntur peccata; in futurum autem nihil aliud erit nisi remuneratio aut condemnatio. omnis enim qui hic iure reprobatur, non poterit eligi aut dignus in futurum iudicari.

7. Audiamus ergo quae dicat dominus de idololatris ad Hiere-

1 III Reg. 20 (21), 27—29 5 cf. Ion. 3, 5—10 18 cf. Matth. 16, 19. 18, 18

def. G 1 nabuthei *N Fm2 B* nambuthe *Fm1* nabuthę *A* 4 m••otus *N* 5 niniuitis *PFA* nineuitis (*corr. rec.* niniuitis) *M* niniuetis *C*, (*corr.*) *N* 8 concessum *om. M* concessus *P* quidem (*corr. rec.* equidem) *M* est] est (*et post s. l. add. rec.* quoniam [?]) *M* 9 quamuis enim—crimen idolatriae *om. C* 10 exemplosa (*corr. A*) *X* 11 nouatiane (*corr.*) *N* grauia *om. P* 15 an *om. M* idolatriis *CN* idolatris (ydol- *B*) *X* 16 concede *M* (*corr. rec.*) *C* (*corr.*) deus *om. X* omni *C, N* (*corr.*) *FB* 17 quod] *om. C* quod iesus *FB* quod huius *A* 18 hic] hinc *X* (*corr. FA*) enim] enim hic (hic *eras.*) *C* 21 elegi *CX* aut] •aut *N* quod *X* iudicare *X* 22 quid *X* idolatris *P* idolatriis *CNX*

miam profetam: uade et dic, inquit, reuertimini ad me, commoratio Israhel, dicit dominus, et non firmabo faciem meam in uos, quia misericors ego sum, dicit dominus, nec irascor uobis in aeuum. uerum tamen cognosce delictum tuum; impie egisti et posuisti uias tuas in alienos subtus omne lignum nemorosum. ecce quid promittit deus eis, qui post lapsum conuertuntur ad eum, ut post apostasiam regressis remittat peccata. et iterum dicit deus per Hieremiam: delicati mei ambulauerunt uias asperas, ducti sunt ut grex direptus ab inimicis. constantes estote, filii, et proclamate ad deum; erit uestra in abductione memoria. nam sicut fuit mens uestra ut erraretis a deo, duplicabitis decies tantum conuersi quaerentes eum; qui enim induxit in uos mala, inducet in uos aeternam iucunditatem cum salute uestra. o clementia dei! quem ad modum lapsos prouocat ut se erigant! quo modo hortatur ut post errorem idolorum reuertantur ad eum! quasi pater beniuolus filiis suis iucunditatem perennem promittit salutis, si se corrigant. item apud eundem inter cetera: et restituam illos in terram istam et reaedificabo eos et non destituam; et replantabo eos et non euellam; ut, quia comminatus dixerat: sacrificans dis eradicabitur, ne peccantes in deum desperarent de se, quasi iam, qui sacrificauerant idolis, eradicati replantari non possent, hortatur

1 Hier. 3, 12. 13 9 Bar. 4, 26—29 20 Hier. 24, 6 22 cf. Ex. 22, 20 (19). Hier. 31 (48), 35

γ.G 1 reuertimini (*corr. m2* reuertere) *N* 3 in uos—sum *om. N* 4 nec] ne (*corr. rec.*) *M* et non *N* irascar *X* 5 dilectum *M*, (*corr.*) *C* egesti *N* et *om. X* 7 eis deus *CNX* 8 apostatasiam *AB* regressi *CX* 11 erit (*s. l. rec.* enim) *M* 14 eum *om. N* inducet] inducit *P* 15 aeternam] in aeternum *CX* iocunditatem *CNX* 18 iucundatem (*corr. rec.*) *M* iocunditatem *CX* iocundatem *N* 21 distituam *CN*, *F* (*corr. m2* destruam) 22 sacrificans] o sacrificans *F* (*corr. m2*), *B; ante* sacrificans *lacuna in A* diis *PNX* dis *M* (*corr. rec.* diis), *C* (*corr.* diis) 23 disperarent *MCN* qui] quia *P* 24 possint *C* (*corr.*), *N*

eos, quia, si paeniteant, poterunt ad statum suum pristinum reformari. sententia enim tunc manet, si non emendetur delictum.

8. Denique Nineuitis praedicatum est, quia post triduum euerteretur ciuitas eorum. quare post triduum nisi ut aut paeniterent et auferretur sententia, aut in eo permanentes iustius deperirent? hoc est quod dixit per profetam: nolo mortem morientis, quantum ut reuertatur et uiuat. ita factum est ut morituris peccatorum causa Nineuitis ignosceretur paenitentia subsequente. ut quid etenim centum annis sub Noe arcam inuenimus fabricatam, nisi ut uidentes et audientes quid inmineret emendarent se? neminem enim uult deus perire. hinc est unde in Solomone legimus: quoniam, inquit, altissimus misertus est paenitentibus, et iterum: misereris omnium, quia omnia potes. et dissimulas peccata hominum propter paenitentiam. hoc sensu etiam dominus dolens super perfidiam Iudaeorum ait: Hierusalem, Hierusalem, quae interficis profetas et lapidas missos ad te, quotiens uolui congregare filios tuos, quem ad modum gallina congregat pullos suos sub alis suis, et noluistis!

9. Igitur semper dominus per totam legem peccatores ad se conuerti hortatur nolens opus suum perditioni esse obnoxium, cum nec alia causa datae legis sit, quam ut ex errore homines conuertantur ad ueritatem, ita tamen, ut in nouo testamento auctor legis clementior uideatur, quia tempore quo sacramentum filii sui domini nostri manifestare dignatus est

3 cf. Ion. 3, 4 6 Ezech. 18, 32. cf. 33, 11 8 cf. Ion. 3, 10 9 cf. Gen. 6, 1 (5, 32). 7, 6 11 cf. Matth. 18, 14 12 Eccli. 12, 3 Vulg. 13 Sap. 11, 23 (24) 16 Matth. 23, 37. Luc. 13, 34

def. G 1 poterint *PCX* poterant *M* suum *om. P* prinstinum *N* 2 nunc *P* 5 auferetur *PMCX* iustus *C* istius *X* 7 tantum *PNX* 9 etenim] enim *P* arcam *om. P* 10 inmineret] immineret et *P* imssiiniret (*corr.* -eret) *C* imnerent (*corr. m2*) *N* 11 neniuem (*corr. rec.*) *M* deus uult *N* 12 miseratus *P* 14 dissimulans *PX* 15 nolens *P* 17 congregari *M* 19 alas suas *P* noluistis (*alt.* s *exp. rec.*) *M* noluisti *cet.* 22 alia causa (*corr. m2* aliam causam) *N* 23 hominum *P*

largior et uberior in misericordia esse uoluit, ut plus gratiae praedicante filio esset, quam fuerat praedicantibus seruis. nec inmerito: sic enim fuit dignum ut maiora dona per filium quam per famulos largiretur. denique ad se conuersis credentibus omnia simul peccata concedit nulla interueniente lamentatione paenitentiae. unde dicit apostolus Paulus: sine paenitentia enim sunt dona et uocatio dei. post autem si peccauerint, per paenitentiam poterunt mereri ueniam, ut, quia post acceptam gratuitam misericordiam peccauerunt, non iam gratis, sed interueniente gemitu et fletu possint ad indulgentiam peruenire.

10. Inpossibile est enim homini ut non peccet. unde Iohannes apostolus: si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est; si confitemur peccata nostra, fidelis et iustus est, ut remittat nobis peccata et mundet nos ab omni iniustitia. sic Dauid meruit ueniam et reformationem, cum confitetur peccatum. certe Christianis loquitur apostolus; ait enim in subiectis: filioli mei, haec scribo uobis ut non peccetis; et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. hoc dicit, ut si post baptismum peccauerimus, aduocatum subplices deprecemur, ut exoret pro nobis patrem. si enim apud ueteres nostros paenitentia habuit locum, qui fieri potest ut hoc tempore locum non habeat, quando maior clementia praedicationis est? et qui inimicis misertus est uocando illos ad gratiam amicis factis non

2. 3 cf. Matth. 21, 33—39 etc. 6 Rom. 11, 29 12 I Ioh. 1, 8. 9 16 cf. II Reg. 12, 13 18 I Ioh. 2, 1

def. G 3 sicut *FB* 4 famulos] filios *X* largirentur (*corr.*) *N* 5 concidit (*corr.*) peccata *C* peccantibus concedit *N* 6 paulus apostolus *N* 8 ut] et *N* 9 grauitam *CFB* 11 iohannis *C* 13 seducimus *PN* desspicimus (*corr. rec.*) *M* 15 nos] nobis (*corr.*) *M* iustitia (*corr. rec.*) *M* 16 sicut *NX* confiteretur *Nm2 B* 17 christianus *P* 21 aduotum *M* duplices *F*, (*corr.* duplicis) *B* dupces (*corr. m2*) *A* 23 qui *scripsi* quin *P, M* (*corr. rec.* quomodo), *CNX* 24 quanto *CNX*

miserebitur cum mercede? tribulatio enim cordis merces est paenitentis. quod si esset uerum, dolerent homines ex inimicis factos se amicos. aut qualis aestimandus erat ille, si inimicis non paenitentibus misericordiam daret, amicis uero et precantibus non daret? praeterea cum sciat dominus diabolum aduersus amicos et seruos dei plus se extollere et saeuire, unde dicit Petrus apostolus: uigilate, sobrii estote, quia aduersarius noster diabolus fremens sicut leo circuit quaerens quem deuoret?

11. Quoniam ergo nouit dominus aduersarium nos habere horrendum et ualidum, si uicti ab eo fuerimus, uult nos ad auxilium suum confugere dolens elisos nos, ut uirtute eius reparati fortiter repugnemus. sicut enim nisi breuiati fuerint dies illi, quos dicit dominus, nulla fiet salua caro, ita et, si negetur hominibus paenitentia, nemo poterit saluus fieri. si enim nemo, inquit, gloriabitur mundum se habere cor. et alibi: nemo, ait, sine sorde, nec infans unius diei. quis poterit euadere, si paenitentia denegetur? et ubi est quod dicit dominus, quia gaudium erit in caelo super peccatorem paenitentiam agentem?

12. Sed: 'maiora crimina,' inquit, 'ignosci non debent, fornicatio et idolatria.' et ubi est dictum dominicum, quo omnia peccata et blasphemias promittit remitti hominibus, spiritus autem sancti blasphemia non remittetur hominibus? omnia penitus peccata dicit posse remitti excepto uno. nunc

1 cf. Ps. 24, 17 6 cf. II Cor. 10, 5. II Thess. 2, 4 7 I Petr. 5, 8 13 cf. Matth. 24, 22. cf. Marc. 13, 20 16 cf. Prou. 20, 9 17 cf. Hiob 14, 4. 5 19 Luc. 15, 7 22 cf. Matth. 12, 31. Marc. 3, 29 23 Matth. 12, 31

def. G 1 miserebitur *M* mercis *MC, N (corr. m2) FB* 4 paenitentibus *om. X* ami (*add.* cis *rec.*) *M* uero *om. X* 6 seruire *C* 7 apostolos (*corr.*) *N* 8 noster *M* (*corr. rec.* uester), *om.* (*add.*) *C,* (*corr. m2* uester) *A* 10 nouerit (*corr.*) *C* nos] ...nos *C* 11 sic (*corr.*) *N* 12 dolentes *P* ut] et *X* 14 fieret *P* 15 saluos (*corr. rec.*) *M* 18 p(a)enitentiam *CN* (*corr.*), *X* denegatur *M fort. recte* 19 super] super unum (*om.* unum *et add.*) *C* su *N* (*corr. m2*) peccatore *P, N* (*ex* -em) agente *P, N* (*ex* -em) 21 sed] si *P* 23 remittit (*corr.*) *C* 24 scs *FB* remittuntur *X*

elige, Nouatiane, de quibus uis dictum: de adhuc non credentibus aut de iam credentibus? si de non credentibus, quo modo datur remissio peccatorum, cum constet omnes, antequam credant, in deum peccare et in spiritum sanctum? nam non nulli gesta dominica magias appellant opus spiritus sancti daemoniis adsignantes. si autem de credentibus uis dictum, exclusa est adseueratio tua, quia omnia peccata remittentur: et qui dixerit, inquit, uerbum contra filium hominis, remittetur ei. ergo siue in deum siue in Christum peccetur, remittetur hominibus; omnia enim peccata conplexus est praeter in spiritum sanctum. itaque non hoc peccatum uult intellegi, quod peccatur in deum, hoc esse et in spiritum sanctum; si enim hoc esset, non utique istud exciperet. quoniam ergo aliud peccatum significat, cum blasphematur in spiritum sanctum — ad personam enim pertinet hoc dictum, non ad naturam spiritus sancti —, siue iam credentibus per paenitentiam siue futuris credentibus per baptismum omnia remittentur peccata.

13. Quod autem in spiritum sanctum peccauerunt Iudaei, alia causa est et quae ad tempus illud pertinuit. unde non illis hoc remitti neque hic neque in futurum ostendit. non enim errore peccauerunt in spiritum sanctum, sed maliuolentia. scientes enim prudentesque opera quae uidebant in gestis saluatoris dei esse, ut populum a fide eius auerterent, haec simulabant esse principis daemoniorum. hinc est unde dicit eis dominus: uos habetis clauem scientiae et neque uos intratis neque alios sinitis introire. haec ergo sen-

4 cf. Rom. 3, 23 etc. 8 Matth. 12, 32 19 cf. Matth. 12, 24 25 cf. Matth. 12, 24. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15 26 cf. Luc. 11, 52

def. *G* 1 elege *C* nouatione *PC* de *pr. om. N* 3 datur] dat *PN* remissionem *N* 5 non *om. PNX* (*add. A*) dominicam *C* (*corr.*), *F* magias appellant] magias (*corr. rec.* magicas artes) appellant *M* mageas appellant *CFB* magis reprobant (is reprobant *m2 in ras.*) *N* 6 d(a)emonis *CNX* de *om. C* 12 peccatur] peccator *CN* (*corr.*), *F* in *alt.*] in.. *N* 17 remittuntur *X* 19 peccauerint (*corr.*) *N* 23 uiderunt *N* 24 dei *om. P* 25 principes *CFB* 27 intrare *P*

tentia contra maliuolos prolata est, quibus remedium inueniri non potest ut saluentur. nihil est enim hoc crimine grauius; fingit enim falsum esse quod scit esse uerum. Iudaei enim qui sub dei lege esse uidebantur quibusque facta promissio Christi est, uidentes magnalia et intellegentes hoc esse quod promiserat deus, inuidia caecati sunt, ut hoc esse negarent et non solum negarent, sed et persequerentur usque ad mortem. non ergo dignum est istis peccatum hoc umquam debere remitti, qui conscientia sua teste deo, cui se deuotos dicebant, ausi sunt repugnare.

14. Ut autem uel in deum uel in Christum peccetur, diuersae sunt causae. aut enim aliquis, dum felicitati alterius inuidet, dolore humilitatis suae insurgit in creatorem aut aliquid repentinum passus, quod sit aduersum, iracundia excitatus in parentem iniuriosus existit. Christo autem incarnatio sua iniuriam prouocat. dum enim ignorant homines sacramentum incarnati Christi, blasphemant indignum ducentes, si filius dei, qui incorporalis et simplicis naturae est, hominum more natus dicatur. blasphemant ergo, quia ignorant mysterium. quam ob rem conuersis his porrigenda est manus, quia sic contra uerum existunt, dum pro uero se facere arbitrantur. tortus huius modi et exungulatus hoc uerum esse dicit, quod sequitur; supra memorati autem Iudaei aliud senserunt et aliud egerunt, qui sine iudice et carnifice conscientia sua teste semper torquentur. qui enim per errorem inimicus extitit uero, cum conuersus fuerit, gaudet cognouisse se ueritatem.

9. 24 cf. Rom. 2, 15 etc.

def. G 1 inuenire (*corr.*) *N* 2 ut] et *FB* 4 lege dei *PX* 5 est *om. M* 6 inuidia (ia *in ras.*) *C* 7 et non *in ras. N* 8 deberi *X* 9 quia *M* 11 uel *pr. M om. cet.* 13 in *om. P* 14 aliquid (d *in ras.*) *N* aduersus *MCNX* (*corr. A* aduersum in) iracundiam *MCNFB* 15 xp̃o (*corr.* christum *m2*) *N* incarnatio (*corr. m2* incarnatum) *N* 16 iniuriam (m *eras.*) *N* 17 dicentes *C, A* (*corr.*), *B* 18 si *om.* (*suppl. rec.* quod) *M* dei *om. X* corporalis (*corr. rec.*) *M* incorporales (*corr.*) *N* 19 blasphematur *P* blasphemant *N* 20 porrigendam (*corr.*) *N* 21 se *om. P* 22 modi] mundi *C* 26 existit (t *s. pr.* t *add. m2*) *N* uero cum] uero *P* cum uero *X* conuersum *C* cognouisse] cum cognouisse *CF* com (?) (*eras.*) cognouisse *N*

maliuolus enim non habet quod emendet; si enim conuerterit se, incipiet uerum dicere quod prius falsum esse nesciebat.

15. Spiritui autem sancto ut fiat iniuria, causa nulla existit; officium enim eius offensionem non parit, quia in uirtute signorum et prodigiorum apparet. quis enim insilire audeat contra eum uidens mortuos excitatos? aut quis irascatur ei, cuius effectu uideat currentes paraliticos, caecos lumen admittere, surdos audire? aut quo modo non amabit eum, quem uidet spiritus inmundos eicere, leprosos mundare et simul omnes infirmitates curare? huic Iudaei maluerunt iniuriam facere opus eius dicentes opus esse daemoniorum, dum modo inuidiam adque odium, quod circa saluatorem exercebant, explerent. idcirco neque hic neque in futurum peccatum hoc remitti eis ostendit.

16. Sed Nouatianus: 'maiora', inquit, 'crimina nominatim remitti probentur, id est idolatria et fornicatio post lauacrum. idcirco enim in baptismo', ait, 'simul omnia remittuntur peccata, ut de cetero si quid graue commiserint, nullo modo ueniam consequantur, quia post acceptum spiritum sanctum quod contra spiritum sanctum est admitti non debet'. quis neget peccari numquam debere, sed si esset possibile? porro autem sciens deus fragile genus humanum semper remediis salutaribus prosecutus est eos, ut post peccata haberent quo modo se repararent. si autem spiritus datus prohibet peccantibus dari paenitentiam, nulla prouidentia est in nouo testamento et melius uidebitur ueteribus prouisum, quibus medicina ista

4 cf. Matth. 24, 24 etc. 10 cf. Matth. 12, 24 etc. 12 cf. Matth. 12, 32 15 cf. Tit. 3, 5

cf. G 3 extitit *CNX* 4 enim *om. X* paret *N, A (corr.)* et] ac *P* et•• *N* 5 insibilare (re *uidetur m2*) *N* insilere *X* audiat (*corr.*) *C* uidentes *N* 6 affectu *P* uideant *C, N (corr.), X* 7 curantes *P* 8 amauit *C* amabat *N* uidit *NFB* 9 iecere *C* ei•cere *N* 11 dummodum *FB* 13 peccatum *om. N* 15 remitti] re remitti *M* non (*add. s. l. m2*) remitti *N* probentur (*corr. m2* probantur) *N*, (*corr. m2* prohibentur) *A* 17 graue•••• *N* 21 dñs *FB* flagelle *C* 23 reparent (?) *P* pararent *C* repacarent *N* 25 in *ante* melius *add. M*

minime est denegata. et quo modo maior gratia in nouo est quam in ueteri? nam hoc inimici est, qui sciens aliter hominibus prouideri non posse, ut perueniant ad salutem, quam interuentu paenitentiae, spiritum sanctum det, cui si iniuria facta fuerit metu aliquo aut per errorem, iam satisfactio locum non habeat reformandi hominem; hoc est occasionem quaesisse perdendi hominis, non saluandi. sed absit, quia dominus ait: filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. nam si nobis peccata, quae in nos peccamus inuicem, si conuertamur, septuagies septies remitti a nobis alterutrum praecepit deus, quanto magis ipse, si in illum peccetur, ignoscit conuersis! omnem enim peccatorem conuerti uult.

17. Unde apostolus fornicariis et inmundis remissum probat dicens: ne forte ueniens lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super inmunditia et fornicatione, quam gesserunt. probat quosdam egisse paenitentiam, de quibus non dolet, sed gaudet: aliquos autem significat non egisse fornicationis suae paenitentiam, propter quod et lugere se eos dicit non pertinentes ad uitam, quia non egerunt paenitentiam. si enim huius criminis in hac uita semper agenda paenitentia esset, non diceret lugere se eos, quia non egerunt, sed quia non agunt. sciens autem hic et incipi et peragi paenitentiam, ait quia 'non egerunt'. hoc enim uolebat, ut ueniens ad eos pacem haberet cum communione eorum. ecce probatum est fornicariis post

8 Luc. 9, 56 10 cf. Matth. 18, 22 12 cf. Ezech. 18, 32. 33, 11 14 II Cor. 12, 21 23 II Cor. 12, 21

def. G 1 minima *C* est in nouo *N* 4 si *om. M* 7 hominis (*corr.* homines) *C* homines *NA* 8 hominis] *add.* ait *P* non—saluare *om. P* animas] homines *N* 9 nobis *M* 10 remitte (*corr. rec.*) *M* a *om. M* 11 praecipit *CN* si *om. P, M* (*add. rec.*) 12 enim *om. X* 16 fornicatione et inmunditia *P* inmunditiam (*corr.*) *N* fornicationem (*corr.*) *NA* 18 autem *om. P* 19 propter—paenitentiam *om. P* 22 se *om. M* sciens (*corr.* scientes) *N* scientes *X* 23 et incipi et peragi] incipient (ent *m2*) peragi (*corr.* peragere) *N* ait] *eras. N* 24 hec *P* 25 proba (*corr. rec.*) *M*

actam paenitentiam communicandum. non enim potest illis communicari quamdiu agunt; tunc autem communicandum est, cum desinunt agere iudicio ecclesiae.

18. Nunc superest an specialiter idololatris remitti posse probemus. legimus enim in Apocalipsi beati Iohannis apostoli paenitentiam super idolatria praedicari. commonentur enim episcopi, quos angelos uocat — id est nuntios, sicut et beatus apostolus Paulus ait: sicut angelum dei excepistis me —, ut peccantibus dent paenitentiam nec eos patiantur minime commoneri, qui scandala faciunt in ecclesia, cum sint et ipsi de ecclesia. dicit ergo: et angelo Pergami ecclesiae scribe: haec dicit qui habet gladium ex utraque parte acutum: scio ubi habitas, ubi sedes est satanae; et tenes nomen meum et non negasti fidem meam in diebus, quibus Antiphas testis meus fidelissimus, qui occisus est apud uos, ubi satanas habitat. sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac mittere scandalum sub oculis filiorum Israhel, manducare delibata et fornicari; ita et tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum. similiter age paenitentiam. hanc dicit esse doctrinam Nicolaitarum quae fuit et Balaam, id est idolatriam et fornicationem, de qua iubet agi paenitentiam. et quia hominibus ecclesiae loquitur, ostendit dicens: haec dicit spiritus ecclesiis.

7 cf. Apoc. 1, 20. 2, 1 etc. 8 Gal. 4, 14 11 Apoc. 2, 12—16 24 cf. Apoc. 2, 17

F G 2 agunt (*add. s. l. rec.* pœnitentiam) *M* 4 nunc** *N* idolatris *P* idololatriis *M* idolatriis *CNX* (*corr.* idolatris *A*) 6 idolatriam *X* 9 ut *om. C* 10 communeri (*corr. rec.* commoneri) *M* commoueri *X* ecclesiae *C* ipse (*corr. rec.*) *M* 11 angelos *C* 12 utra *N* (*corr.*), *F* 13 agutum (*corr.*) *N* sedis *C, N* (*corr.*), *X* 14 tenis (*corr.*) *N* 15 anthephas *C* antephas *N* (*corr.*), *F, A* (*corr.*) antiphas (*corr.* antiphras) *B* qui* *M* 17 ad*uersus *M* habes *illic *M* illic habes *C* 18 balam *C* (*corr.*), *NX* (*A corr.*) balach *P* balac *C* (*corr.*), *NX* 20 tenentes *om. X* 21 *esse *M* 23 qua] quo *C* omnibus *M* ecclesiae (ae *eras.*) *M*

19. Quia autem fructus est paenitentiae, ita significat: uincenti, inquit, dabo manducare manna, quod est absconditum — ut per paenitentiam quis uincat peccata. quid est enim paeniteri, nisi dolere praeterita et de cetero temperare ab his quae admiserat? — et angelo Thyatirae ecclesiae scribe: haec dicit filius dei, qui habet oculos suos sicut flamma ignis, et pedes eius similes aeramento turino: scio opera tua et dilectionem et fidem et ministerium et patientiam et opera tua nouissima meliora priorum. sed habeo aduersum te, quod sinis mulierem Zezabel, quae se dicit profetam et docet et seducit seruos meos fornicari et manducare inmolata idolis. et dedi ei tempus ad paenitendum, et noluit agere paenitentiam a fornicatione sua. ecce mittam illam in lectum et adulteros eius cum illa in tribulationem magnam, nisi egerint paenitentiam factorum suorum, et natos eius occidam morte; et scient omnes ecclesiae, quia ego sum qui scrutor renes et corda, et dabo uni cuique uestrum secundum opera sua. uobis autem dico ceteris qui Thyatirae estis, qui hanc doctrinam non habetis et ignoratis altitudinem satanae, sicut dicunt: non mitto in uos aliud pondus: uerum tamen tenete quod habetis, donec ueniam. uin-

1 cf. Matth. 3, 8. Luc. 3, 8 2 Apoc. 2, 17 5 Apoc. 2, 18—26

def. G 1 qui *X* 4 est *om. X* (*add. A*) enim *om. N* paenitere *P* delere *P* docere (*corr. rec.* dimittere) *M* dolore *C* (*corr.*) *X* (*corr. A*) 5 tyatthirae *M* tiare (*corr.* tiatire) *C* tiathere *N* (*corr.* tiathirę), *FA* tiathire *B* 7 suos *eras. N* flammam *N* similis (*corr.*) *N* aeramen *M* erimento *C* 8 turino *P* (*uide Arch. lat. Lex. III 328*), tyrino *M* (o *rec. s.* t; yrino *eras.*), *CN* tyrin *X* 9 misterium *M* nouissima (*exp. pr.* s) *M* 12 suos (*corr. rec.*) *M* 13 ei] eis *FB* ad paenitendum] et penitentium (*corr.* penitentiam) *C* 15 illa] illam *MN* (*corr.*) 16 tribulatione magna *NX* 20 et *ante* ceteris *add. X* estis thyatirae *P* Thyatirae] tyutyre (*s.* u *rec.* a) *M* tiatire *C* tiathirę *NA* tiathire *FB* 23 tamen *M om. cet.*

centi autem et seruanti opera mea usque ad finem dabo ei potestatem super gentes.

20. Sub una epistula data ad ecclesiam Thyatiram duplicem Nouatianae heresis confundit et explodit errorem; et paenitentibus enim idolatriae causa fructum promittit et in una ecclesia malos non contaminare bonos ostendit, cum unius utique essent communionis. nec enim extra ecclesiam positis scribebat dicens: qui habet aures, inquit, audiat quid dicit spiritus ecclesiis. simili etenim modo apostolus Paulus: scimus autem, inquit, quia quaecumque lex loquitur his qui sub lege sunt loquitur; et alio loco: quo enim, inquit, mihi de his qui foris sunt iudicare? unius ergo ecclesiae homines partim ad paenitentiam prouocat, partim conlaudat dicens: uobis autem dico ceteris qui Thyatirae estis, quicumque non habetis doctrinam istam — id est idolatriae —, tenete quod habetis, donec ueniam; hoc est 'perseuerate usque ad finem', quia qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. simili modo et qui perseuerauerit in malo damnabitur. ac per hoc sicut iustitia iusti non liberabit eum in die qua errauerit, sic et iniquitas iniusti non nocebit ei, cum conuerterit se. ideo dixit: sacrificans diis eradicabitur; si autem conuerterit se, uita uiuet. sic est et illud quod ait dominus: qui me negauerit, negabo eum. si autem conuerterit se, non poterit negari ab eo quem confitetur.

8 Apoc. 2, 29 9 Rom. 3, 19 11 I Cor. 5, 12 14 Apoc. 2, 24. 25 17 Matth. 10, 22. Marc. 13, 13 19 Ezech. 33, 12 21 Ex. 22, 20 (19). cf. Hier. 31 (48), 35 22 Ezech. 33, 14. 15. cf. 18, 21 etc. 23 Matth. 10, 33. cf. Luc. 12, 9

def. G 1 ad] in (*corr.*) *C, A* 2 ei (*eras.*) *M* 3 ad *om. M* tyathyram *M* thyathyram *CN* tiathyram *F* tiathiram *AB* duplice *X* 4 nouatiani *PA* confudit *MN* et *pr. om. P* 6 multos *M* contamire (*corr. rec.*) *M* 10 autem] aut *P* enim *CNX* 11 quo *M* (*corr. rec.* quod), *A* (*corr.* quid) 13 hominis (*corr.*) *N* 14 ceteri *P* tyathyre *M* thyathyre *C* tyathyrę *N* tiathirę *F* ti athirae *A* tiathyrę *B* 17 perseuerauerint (*corr.*) *C* 20 sic] ita *P* 21 conuerti *M* se] *add. s. l. rec.* uoluerit *M* ideo dixit (*in ras.*) *N* 23 uiuet] et non morietur *add. P*

19. Quia autem fructus est paenitentiae, ita significat: uincenti, inquit, dabo manducare manna, quod est absconditum — ut per paenitentiam quis uincat peccata. quid est enim paeniteri, nisi dolere praeterita et de cetero temperare ab his quae admiserat? — et angelo Thyatirae ecclesiae scribe: haec dicit filius dei, qui habet oculos suos sicut flamma ignis, et pedes eius similes aeramento turino: scio opera tua et dilectionem et fidem et ministerium et patientiam et opera tua nouissima meliora priorum. sed habeo aduersum te, quod sinis mulierem Zezabel, quae se dicit profetam et docet et seducit seruos meos fornicari et manducare inmolata idolis. et dedi ei tempus ad paenitendum, et noluit agere paenitentiam a fornicatione sua. ecce mittam illam in lectum et adulteros eius cum illa in tribulationem magnam, nisi egerint paenitentiam factorum suorum, et natos eius occidam morte; et scient omnes ecclesiae, quia ego sum qui scrutor renes et corda, et dabo uni cuique uestrum secundum opera sua. uobis autem dico ceteris qui Thyatirae estis, qui hanc doctrinam non habetis et ignoratis altitudinem satanae, sicut dicunt: non mitto in uos aliud pondus; uerum tamen tenete quod habetis, donec ueniam. uin-

1 cf. Matth. 3, 8. Luc. 3, 8 2 Apoc. 2, 17 5 Apoc. 2, 18—26

def. G 1 qui *X* 4 est *om. X* (*add. A*) enim *om. N* paenitere *P* delere *P* docere (*corr. rec.* dimittere) *M* dolore *C* (*corr.*) *X* (*corr. A*) 5 tyatthirae *M* tiare (*corr.* tiatire) *C* tiathere *N* (*corr.* tiathirę), *FA* tiathire *B* 7 suos *eras. N* flammam *N* similis (*corr.*) *N* aeramen *M* ęrimento *C* 8 turino *P* (*uide Arch. lat. Lex. III 328*), tyrino *M* (o *rec. s.* t; yrino *eras.*), *CN* tyrin *X* 9 misterium *M* nouissima (*exp. pr.* s) *M* 12 suos (*corr. rec.*) *M* 13 ei] eis *FB* ad paenitendum] et penitentium (*corr.* penitentiam) *C* 15 illa] illam *MN* (*corr.*) 16 tribulatione magna *NX* 20 et *ante* ceteris *add. X* estis thyatirae *P* Thyatirae] tyutyre (*s.* u *rec.* a) *M* tiatire *C* tiathirę *NA* tiathire *FB* 23 tamen *M om. cet.*

centi autem et seruanti opera mea usque ad finem dabo ei potestatem super gentes.

20. Sub una epistula data ad ecclesiam Thyatiram duplicem Nouatianae heresis confundit et explodit errorem; et paenitentibus enim idolatriae causa fructum promittit et in una ecclesia malos non contaminare bonos ostendit, cum unius utique essent communionis. nec enim extra ecclesiam positis scribebat dicens: qui habet aures, inquit, audiat quid dicit spiritus ecclesiis. simili etenim modo apostolus Paulus: scimus autem, inquit, quia quaecumque lex loquitur his qui sub lege sunt loquitur; et alio loco: quo enim, inquit, mihi de his qui foris sunt iudicare? unius ergo ecclesiae homines partim ad paenitentiam prouocat, partim conlaudat dicens: uobis autem dico ceteris qui Thyatirae estis, quicumque non habetis doctrinam istam — id est idolatriae —, tenete quod habetis, donec ueniam; hoc est 'perseuerate usque ad finem', quia qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. simili modo et qui perseuerauerit in malo damnabitur. ac per hoc sicut iustitia iusti non liberabit eum in die qua errauerit, sic et iniquitas iniusti non nocebit ei, cum conuerterit se. ideo dixit: sacrificans diis eradicabitur; si autem conuerterit se, uita uiuet. sic est et illud quod ait dominus: qui me negauerit, negabo eum. si autem conuerterit se, non poterit negari ab eo quem confitetur.

8 Apoc. 2, 29 9 Rom. 3, 19 11 I Cor. 5, 12 14 Apoc. 2, 24. 25 17 Matth. 10, 22. Marc. 13, 13 19 Ezech. 33, 12 21 Ex. 22, 20 (19). cf. Hier. 31 (48), 35 22 Ezech. 33, 14. 15. cf. 18, 21 etc. 23 Matth. 10, 33. cf. Luc. 12, 9

def.G 1 ad] in (*corr.*) *C, A* 2 ei (*eras.*) *M* 3 ad *om. M* tyathyram *M* thyathyram *CN* tiathyram *F* tiathiram *AB* duplice *X* 4 nouatiani *PA* confudit *MN* et *pr. om. P* 6 multos *M* contamire (*corr. rec.*) *M* 10 autem] aut *P* enim *CNX* 11 quo *M* (*corr. rec.* quod), *A* (*corr.* quid) 13 hominis (*corr.*) *N* 14 ceteri *P* tyathyre *M* thyathyre *C* tyathyrę *N* tiathirę *F* ti athirae *A* tiathyrę *B* 17 perseuerauerint (*corr.*) *C* 20 sic] ita *P* 21 conuerti *M* se] *add. s. l. rec.* uoluerit *M* ideo dixit (*in ras.*) *N* 23 uiuet] et non morietur *add. P*

21. Hinc est ut diceret in psalmo: non iustificabitur in conspectu meo omnis homo uiuens. haec enim sententia inputatur homini, in qua moritur. nam quia in ecclesia mali cum bonis futuri essent usque ad iudicium dei, ipse etiam dominus significauit dicens: simile est regnum caelorum retiae missae in mari, quae ex omni genere piscium colligit. cum autem uenissent ad litus, bonos segregauerunt in uasa sua, malos uero foras miserunt. sic erit in consummatione saeculi: exibunt angeli et segregabunt de regno dei omnia scandala et eos qui iniquitatem faciunt. haec causa significatur etiam in illo, qui inter discumbentes inuentus est non habens uestimentum nuptiale, quem solum proiectum de coetu ostendit ecclesiae, quia crimen indignitatis eius non polluit ceteros; et quia haec indignitas eius designata est, eo quod uestimentum non habuerit nuptiale, manifestus fuit ceteris. uidebant enim eum inter se aliud esse uestitum.

22. Hinc est unde apostolus Paulus: in magna autem, inquit, domo non solum sunt uasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia. istud propter Hymeneum et Filetum posuit, qui cum essent ex ecclesia, peruerse de resurrectione sentiebant, sicut aliqui de Corinthiorum ecclesia resurrectionem negabant.

1 Ps. 142, 2 5 Matth. 13, 47—49. 41 12 cf. Matth. 22, 11—13 18 II Tim. 2, 20 20 cf. II Tim. 2, 17—18 22 cf. I Cor. 15, 12

def. G 1 diceret (*corr. rec.* diceretur) ***M*** 2 tuo ***PCNX*** 5 etiam] **** *N* 6 reti misso ***P*** reti**misse (*corr. rec.* misso) ***M***, (*corr.* misso) *N* mare ***P*** qu* (*corr. rec.* quod) ***M*** quae (*corr.* quadam [?]) *N* 7 collegit ***M***, ***A*** (*corr.*) colligit (*corr.* collegit) *N* litos ***M***, *N* (*corr.*), ***F*** 8 segregarunt ***P*** malis (*corr.*) *N* faras ***M*** foris (*corr.*) *N* 9 erit] enim (*corr. rec.*) ***M*** consumationem (m *alt. eras.*) ***M*** consummatione* *N* 11 causa (*in ras.*) *N* 13 ceto (*corr.*) *N* 16 nuptialem ***M*** (*corr.*), ***C***, *N* (*corr.*), *X* 17 eum] *** ***M*** *om.* *X* uestimentum ***M*** 18 paulus apostolus *N* paulus] *om.* ***P*** *add. rec. s. l.* ait ***M*** in] im *N* *om.* ***FB*** 19 et *alt. om.* *CNX* 21 ex *om.* ***P*** ęcclesiae *C* *ab* -tione *rursus incipit G* 22 resurrectione ***FB***

sed hanc domum magnam Nouatianus mundum intellegendum significat, non ecclesiam, ne in una ecclesia malos cum bonis, mundos cum inmundis cogatur adserere. quod facile puto conuelli. in una enim domo omnes sub uno sunt nomine; quamuis enim moribus diuersi sint, uno tamen domini sui nomine censentur in professione. mundus autem hic diuersae professionis continet homines, ita ut dispares profiteantur se habere et deos et dominos. uides ergo non hoc potuisse dici de mundo, sed de ecclesia, in qua sub uno degentes nomine diuersi sunt actu. quod quidem Nouatianum non ignorasse aduerto, sed quia abscessionis suae iustas querimonias non habebat, ne aperte erubesceret, argumenta quaedam sibi conflauit per malam legis interpretationem, quibus excusare niteretur et tegere liuoris sui inuidam uoluntatem.

23. Denique respondit ad haec quae diximus dicens: 'nec ego rennuo agendam paenitentiam admissae idolatriae, sed ego remittere non audeo, quia crimen hoc ab eo remittendum est, in quem admissum est'. hoc autem cum dolo respondit. interpretationibus enim suis detegitur, quibus fraus eius apparet. quando enim dicit: 'scriptum est: qui me negauerit, et ego negabo eum, et mentiri non potest cuius uerba sunt', paenitentiam, quam agendam dicit, inanem et infructuosam ostendit. si enim sententia data est et non fallit qui dedit, quid excruciari conpellis hominem lamentationibus et gemitibus,

20 Matth. 10, 33. cf. Luc. 12, 9

1 intellegendum significat (*corr.* significat intellegendum) *N* 2 bonos *X* 3 facile] facere *N* 4 uno *C* dono (m *s. ras.*) *C* 5 diuerse *M* diuers(a)e *X* sunt (*corr.*) *N* uno] in uno *M* 7 homine‥ (s *s. ras.*) *C* ita ut] aut *C* it,ut *N* 9 actum (m *eras.*) *N* 10 nouationum *M* 11 caerimonias *X* 13 excusare niteretur] ex causa reniteretur *P* 15 ihaec (i *eras.*) *M* 16 renuo *P* 17 audio (*corr.*) *N* remittendam *C* remittendum (u *in ras.*) *N* 20 quomodo *P* negauerit] negauit (*corr. rec.*) *M* 21 mentire (*corr.*) *N* 22 fructuosam (*corr. rec.*) *M* ostendam *M* 23 sic *M* sententia‥ *N* 24 excruciaris *P* homnem (h *s. l.*) *M* (*corr. rec.*)

qui huius rei effectum aut denegas aut scire te minime confiteris? omnis enim qui consilium alicui dat, ad hoc utique dat, ut quid ex eo proficere possit praedicet. sed quia tu, Nouatiane, dolose hoc profiteris, ad inludendas mentes hominum agendam paenitentiam dicis. sciens enim aperte hoc negari non posse subtiliter facis, quia non uoce sed effectu paenitentiam amputas. omnem certe, qui idolis sacrificauerit, in spiritum sanctum dicis peccare, cui neque hic neque in futurum peccatum hoc remitti per legis uerba contendis. quo modo ergo huius delicti agendam paenitentiam dicis, nisi quia fallis, sicut supra ostendi?

24. Sed soles alio dolo fraudem hanc uelle contegere dicens eodem sensu etiam Petrum apostolum dixisse Simoni: age paenitentiam ab hac malitia tua, si forte remittatur tibi. sed contuens apostolus Petrus uenenatam malitiam hominis et peramaram idcirco dubium ei dedit responsum. quis enim mortalium sic peccauit, ut donum dei pecunia uellet mercari? maliuolentiae ergo responsum istud datum est, non errori. haec est enim quae remedium non habet, quia neque error est neque per quam excuset necessitas, ut possit per fletum ad ueniam peruenire. si in tali itaque causa aliqui fuerint inuenti, hoc audiant quod audiuit et Simon. nam et cur dubie respondit, apostolus Petrus ostendit dicens: in felle enim amaritudinis et in obligatione iniquitatis uideo te esse. si ergo in tam graui causa et

8 cf. Matth. 12, 32 14 Act. 8, 22 18 cf. Act. 8, 20 24 Act. 8, 23

1 qui huius] quibus *MG*, *A* (*corr. m2*) affectum *X* aut *alt.*] ut *PF* profiteris *PCNX* 2 ad] et (*eras.*) *M* 3 praedicat *P* praecidet (*corr. rec.*) *M* 5 hoc *om. N* 6 negare *N* effectum (m *eras.*) *MN* 8 peccauere *P* 10 dilecti (*corr.*) *C* delicta *X* 12 dolo] loco *X* 13 symoni *PNF* 15 constituens *X* uenenatum *M* uenetam *F*, *B* (ue *s. l.*) 16 et peramartum (*rec. mg. corr.* penam certam) *M* ei] eius *P* 17 domum (*corr.*) *N* 18 mercari *M* maleuolentiae *M* 20 error est] errorem *PGA* per] post (*corr.*) *C* excusetur *N* 22 causa *om. M* audiunt *M* audiuit *om.* (*add. m2 s. l.*) *M* 23 symon *N* ostendit] respondit *MC*; *N* (*eras.*), *X* 24 oblegatione *N*

quae sine remedio uideatur, dubie responsum est, ambiguum non est eis, qui errore aut necessitate aliqua in deum peccant, posse remitti, si congruam paenitentiam agant. hoc enim concessum est iuri ecclesiastico ab auctore, ut et paenitentiam det et post paenitentiam recipiat.

25. Est et aliud quod reprehendit Nouatianus: 'cur', inquit, 'corpus domini tradunt eis quos norunt peccatores?' quasi possint ipsi accusatores esse, qui sunt iudices. si autem accusati fuerint et manifestati, poterunt abici. nam quis iudex accusatoris sumat personam? nam si ipse dominus Iudam passus est, quem sciebat furem esse et ea quae mittebantur exportare, nec eum qui accusatus non est abiecit, hoc exemplo uti oportet, ut eum abici non liceat, qui publice detectus non fuerit. nam nec iusto uiro conpetit aliquem accusare. unde Ioseph cum esset, inquit, homo iustus et nollet eam traducere, uoluit eam occulte remittere. Iudas ergo cum esset inter discipulos, contagione sua non eos maculauit, dissentientes utique a furtis eius, et eucharistiam inter eos accipiens non polluit innocentes, nec dominus ei, quem latronem sciebat, corpus suum denegauit, quia secundum apostolum qui indigne sumit gladium sibi sumit. unde nec ab osculo eius se auertit. peccatores etenim eos polluunt, qui consentiunt malis eorum. unde dictum est: uidebas furem et concurrebas cum eo.

7 cf. I Cor. 11, 27 etc. 11 cf. Ioh. 12, 6 15 Matth. 1, 19 18 cf. Matth. 26, 20 seqq. etc. 21 cf. I Cor. 11, 27 22 cf. Matth. 26, 49 23 Ps. 49, 18

4 concessum est (*in ras.*) *N* iuri] iuri in *P* ut] et (*corr.*) *N* per *ante* paenitentiam *add. FB* 6 est et] et est *CNX* 7 nouerunt *CNX* 8 possunt *MC*, *N* (*corr.*), *X* (*A corr.*) ipso *M* acusatore *M* iudicens *M* iudices *N* 10 excusatoris *CX* excusaris (*corr.* excusantis; excu *in ras.*) *N* si *om. X* 12 quia *P* abiecit *M* exem (*corr. rec.*) *M* 13 abieci *CX* (*corr. A*) abici (*corr.* abicere) *N* detemptus *P* 14 iusto] isto (*corr.*) *N* aliquid (*corr.*) *N* 16 ocultam *M* dimittere *PFB* remittere (*corr.* dimittere) *N* 17 discipulus (*corr.*) *N* sua *om. M* 19 qu(em *s. l.*) *N* 20 denegabat *N* 22 oculo *PG* occulis *N* 24 et *in ras. N*

26. Hinc est unde apostolus plebem Corinthiorum arguit, propter quod illum, qui publice uxorem patris habebat, non corriperent aut euitarent, ut se emendaret, dicens: nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? cum enim non esset dux aliquis aut praepositus ecclesiae, plebis erat corripere eum, quem uidebant tam turpiter et obscene inter eos uersari. ac per hoc quasi consentientes eos crimini eius apostolus arguit. nec enim in hac re accusatore opus erat aut testibus; publice enim nouercam suam loco uxoris habebat.

27. Itaque, quantum ad causam nostram pertinet, exposuimus rationem non alios criminantes, sed nos defendentes. Nouatiani autem obtestor conscientiam, qui nos semper accusat, si sanctos scit esse omnes quos secum habet. in tantum autem irascitur nobis, ut et Christianos nos neget, cum sciat nos ea fide tinctos, de qua ipse praesumit. Christianum certe professio facit et uita. si ergo uides hominem ea profiteri, quae tu, et non dissimilem esse in uita, quare negas esse eum quod tu es? certe qui dicit dominum Iesum, in spiritu sancto dicit; uerum enim dicit. omnis enim ueritas de deo est. cur non adsentis uera dicenti, sed negas? fatenti deum contradicis non ratione, sed furore. numquid non inimicus dei uideris, qui uera de eo profitenti resistis? numquid paganus audiens aliquem idola dicentem esse deos negat paganum esse? cur tu negas Christianum quem audis uerba integrae fidei profitentem, cum legas: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem? at tu, ut inimicus, quod per iracundiam non

1 cf. I Cor. 5, 1. 2 3 I Cor. 5, 6 9 cf. I Cor. 5, 1 19 cf. I Cor. 12, 3 26 Rom. 10, 10

2 quod *om.* *P* 3 enim darent *P* 5 ecclesia (*corr.*) *C* 6 plebis erat (respuebant *add. rec. mg.*) *M* uidebat (*corr.*) *C* turpe *N* 8 crimine *P* eius (*ex uerbo incerto*) *M* 13 si *om.* *P* 15 sciet *C* tinctos] notos *N* 18 eum] tum *P* 19 dominum] dm (*corr.*) *M* dicit *alt. om.* *X* 21 dicentis *P* 22 inimicos (*corr.*) *N* dei *om.* *X* de eo] de (*om. postea add.*) deo *N* 24 christianum (a *eras.*) *C* 25 integrae] integra et *P* 27 in] ad *A*, (*corr.*) *B* ut *om.* *P*

uides, deo repugnas negans haec confitentem habere salutem, cum dominus dicat: quicumque me confessus fuerit, et ego eum. numquid ait: 'si Nouatianus me fuerit confessus'? sed tu hoc sic adstruis, ut tibi hoc defendere uidearis, ut hic saluetur qui non Christianus tantum, sed qui fuerit et Nouatianus. sed si in Christum facta confessio dat salutem, ubicumque, apud quoscumque integra fuerit haec confessio, habet salutem. itaque si confessionis huius traditio corrupta est apud nos aut sensus inmutatus, recte accusas. si enim haec manet in nobis sicut et in te, nos negando et te negare uideris.

28. Sed fidei ministros accusas; fac uerum esse, quamuis probare non possis. qui tamen ab his audierunt, uerum est quod audierunt aut falsum? nec enim si uitiosus uerum dixerit, non erit uerum, quia a uitioso dictum est, cum alia causa sit conuersationis et alia professionis. nonne persecutor odio Christiani nominis professionem persequitur, non conuersationem? primo in loco sciens hoc proficere religioni, cum confitemur esse nos Christianos, sacrilegus confitentibus nobis credit quod non uult audire, quia odit. tu autem, cum eiusdem professionis sis et signaculi, non credis confitentibus nobis quae ipse confiteris. si aliter nos renatos scires quam tu renatus es, recte non crederes hoc nos esse quod tu es. ut quid a sacrilego persecutionem patior, si non hoc sum quod tu es? nam si hoc

2 Luc. 12, 8. cf. Matth. 10, 32

1 repugnans *C* negas *FB* hoc *P* 4 sic *om.* *X* hic] his (*corr.*) *N* 5 et nouatianus fuerit *P* 6 xp̄m (*in ras.*) *M* 7 integre *P* 8 confessiones (*corr.*) *N* cor••rupta *M* 9 immutatur *P* 10 uobis *M* in te nos] internos *X* 12 probasse *M* posses *C* ta•men *M* ab his] ad his *M om.* (*add. m2*) *C* audiuerunt *C* (*corr.*), *F*, *A* (*corr.*) audierunt *N* (e *in ras.*), *GB* (*corr. Gm1Bm2* audiuerunt) est] esse *X* 13 audiuerunt *C*, *N* (*corr.*), *X* aut] an• (n *in ras.*) *N* falsus *M* 14 a *om.* *C*, *N* (*add.*) 15 sit (t *est s. l.*) *N* 17 loco] illo *N* religioni *C*, *N* (*corr.*), *FB* 18 sacrilegos *C*, *N* (*corr.*), *FB* 19 tu] t• *N* 20 •credis *M* 21 ipsi *M*, *N* (*corr.*) ipso *FB* renatus *M* quam—crederes *om.* (*add. mg.*) *M* 22 crederis *C*, *N* (*corr.*), *X* nos] non *X* a *om.* *C* 23 persecutionem—dicis (*p. 222, 1*) *om.* (*add. inf. mg. sed sigillum tr. post* paterer [*p. 222, 1*]) *M*

26. Hinc est unde apostolus plebem Corinthiorum arguit, propter quod illum, qui publice uxorem patris habebat, non corriperent aut euitarent, ut se emendaret, dicens: nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? cum enim non esset dux aliquis aut praepositus ecclesiae, plebis erat corripere eum, quem uidebant tam turpiter et obscene inter eos uersari. ac per hoc quasi consentientes eos crimini eius apostolus arguit. nec enim in hac re accusatore opus erat aut testibus; publice enim nouercam suam loco uxoris habebat.

27. Itaque, quantum ad causam nostram pertinet, exposuimus rationem non alios criminantes, sed nos defendentes. Nouatiani autem obtestor conscientiam, qui nos semper accusat, si sanctos scit esse omnes quos secum habet. in tantum autem irascitur nobis, ut et Christianos nos neget, cum sciat nos ea fide tinctos, de qua ipse praesumit. Christianum certe professio facit et uita. si ergo uides hominem ea profiteri, quae tu, et non dissimilem esse in uita, quare negas esse eum quod tu es? certe qui dicit dominum Iesum, in spiritu sancto dicit; uerum enim dicit. omnis enim ueritas de deo est. cur non adsentis uera dicenti, sed negas? fatenti deum contradicis non ratione, sed furore. numquid non inimicus dei uideris, qui uera de eo profitenti resistis? numquid paganus audiens aliquem idola dicentem esse deos negat paganum esse? cur tu negas Christianum quem audis uerba integrae fidei profitentem, cum legas: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salutem? at tu, ut inimicus, quod per iracundiam non

1 cf. I Cor. 5, 1. 2 3 I Cor. 5, 6 9 cf. I Cor. 5, 1 19 cf. I Cor. 12, 3 26 Rom. 10, 10

2 quod *om.* *P* 3 enim darent *P* 5 ecclesia (*corr.*) *C* 6 plebis erat (respuebant *add. rec. mg.*) *M* uidebat (*corr.*) *C* turpe *N* 8 crimine *P* eius (*ex uerbo incerto*) *M* 13 si *om.* *P* 15 sciet *C* tinctos] notos *N* 18 eum] tum *P* 19 dominum] dm (*corr.*) *M* dicit *alt. om.* *X* 21 dicentis *P* 22 inimicos (*corr.*) *N* dei *om.* *X* de eo] de (*om. postea add.*) deo *N* 24 christianum (a *eras.*) *C* 25 integrae] integra et *P* 27 in] ad *A*, (*corr.*) *B* ut *om.* *P*

uides, deo repugnas negans haec confitentem habere salutem, cum dominus dicat: quicumque me confessus fuerit, et ego eum. numquid ait: 'si Nouatianus me fuerit confessus'? sed tu hoc sic adstruis, ut tibi hoc defendere uidearis, ut hic saluetur qui non Christianus tantum, sed qui fuerit et Nouatianus. sed si in Christum facta confessio dat salutem, ubicumque, apud quoscumque integra fuerit haec confessio, habet salutem. itaque si confessionis huius traditio corrupta est apud nos aut sensus inmutatus, recte accusas. si enim haec manet in nobis sicut et in te, nos negando et te negare uideris.

28. Sed fidei ministros accusas; fac uerum esse, quamuis probare non possis. qui tamen ab his audierunt, uerum est quod audierunt aut falsum? nec enim si uitiosus uerum dixerit, non erit uerum, quia a uitioso dictum est, cum alia causa sit conuersationis et alia professionis. nonne persecutor odio Christiani nominis professionem persequitur, non conuersationem? primo in loco sciens hoc proficere religioni, cum confitemur esse nos Christianos, sacrilegus confitentibus nobis credit quod non uult audire, quia odit. tu autem, cum eiusdem professionis sis et signaculi, non credis confitentibus nobis quae ipse confiteris. si aliter nos renatos scires quam tu renatus es, recte non crederes hoc nos esse quod tu es. ut quid a sacrilego persecutionem patior, si non hoc sum quod tu es? nam si hoc

2 Luc. 12, 8. cf. Matth. 10, 32

1 repugnans *C* negas *FB* hoc *P* 4 sic *om.* *X* hic] his (*corr.*) *N* 5 et nouatianus fuerit *P* 6 xp̄m (*in ras.*) *M* 7 integre *P* 8 confessiones (*corr.*) *N* cor••rupta *M* 9 immutatur *P* 10 uobis *M* in te nos] internos *X* 12 probasse *M* posses *C* ta•men *M* ab his] ad his *M om.* (*add. m2*) *C* audiuerunt *C* (*corr.*), *F*, *A* (*corr.*) audierunt *N* (e *in ras.*), *GB* (*corr. Gm1Bm2* audiuerunt) est] esse *X* 13 audiuerunt *C*, *N* (*corr.*), *X* aut] an• (n *in ras.*) *N* falsus *M* 14 a *om.* *C*, *N* (*add.*) 15 sit (t *est s. l.*) *N* 17 loco] illo *N* religioni *C*, *N* (*corr.*), *FB* 18 sacrilegos *C*, *N* (*corr.*), *FB* 19 tu] t• *N* 20 •credis *M* 21 ipsi *M*, *N* (*corr.*) ipso *FB* renatus *M* quam—crederes *om.* (*add. mg.*) *M* 22 crederis *C*, *N* (*corr.*), *X* nos] non *X* a *om.* *C* 23 persecutionem—dicis (*p. 222, 1*) *om.* (*add. inf. mg. sed sigillum tr. post* paterer [*p. 222, 1*]) *M*

de me profiterer, quod tu de me dicis, persecutionem non paterer. ad postremum mihi credendum est de me, non tibi. meam enim professionem quaerit iudex, non tuam de me. quid ergo me confitente tu negas, cum uerum sit in hac causa non alienum testimonium, sed meam professionem requiri aut pro me aut contra me? uolebam pro nomine torqueri te contra me, ut appareret si uera confitente me tu negares contra me, aut cui crederetur. dolo enim hoc proponis, ut iustam causam uidearis habere schismatis. nam non ignoras in hac re meam de me testificationem requiri, non alienam, et hoc uerum haberi, quod ego fuero confessus, non quod alter negauerit.

29. Manifestum est itaque liberos esse eos, qui amore Christi non disquirentes hominum actus ad fidem eius consequendam concurrunt, hoc eorum probantes quod sibi utile norunt, id est, ut traditionem fidei, quae de Christo est, consequantur. nam qui praeter ministerium aliquid aliud hominis in hac re putat necessarium, traditioni facit iniuriam; minus enim sentit de gratia dei. quando enim, nisi meritum hominis adfuerit, negat donum dei proficere posse deuoto sibi, aut potiorem aut parem facit hominem ipsi traditioni, cum longe sit meritum hominis ab hoc officio, sicut de hac eadem re dicit apostolus Paulus: ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. itaque neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

30. Quo modo in hac re aliquid de homine sperandum est.

22 I Cor. 3, 6. 7

2 ad] at *NB* aut *FGA* postremum] post tremum *FG* mea *FB* 4 confitentem *N* 6 aut] ut *MCNX* uolebam—me *om.* (*add. mg.*) *M* me *tert. in ras. N* 7 si uera *edd.* si uere *P* siue *cet.* confitente me] confitentem e *M* confitentem et *CNX* tu *om. M* 8 iustum (*corr.*) *N* 9 scismatis *CX* scimatis (*corr.* scematis) *N* rem *MC, N* (*corr.*), *FB* meam (*corr.* eam) *C* meam (m *pr. in ras.*) *N* 11 quod *alt.*] quod id (id *eras.*) *M* 12 amorem *P* amori *CX* 13 disqu(a)erentes *X* 15 nouerunt *X* 16 qui] quod *C* propter *X* 17 traditioni (*corr.* traditione) *N* 19 adfuerat (*corr.*) *N* sibi aut *om. P* 20 potierem *M* 24 regat (*corr.*) *C* 25 desperandum *P*

cum uerba data sint quae tradantur? uideamus itaque quid proderit, si boni meriti fuerit, aut quid oberit, si mali fuerit meriti. accedens uerba dei audire desiderat, quibus fidem commodans salutem se credit accipere. quid facit in hac re, si bonae an malae uitae sit qui uerba sollemnia tradit, cum fides deuota quaeratur percipientis, ut ea, quae audit, toto animo credat? numquid si malae uitae sit qui tradit, inpedimentum faciet percipienti, ne credat quae audit, credenda, ut peccatum eius intret in cor eius ne credat? aut deus, qui iustus est, despicere habet deuotum sibi propter peccatum eius, quem ipse patitur esse in ordine? nec homo sic iudicat, quem constat falli frequenter aut esse gratiosum. si ita esset et homo causam suam ageret, nonne diceret deo: 'qui sit iste cuius causa me despicis, nescio. ego ad eum tui causa accessi, quia tuus dicebatur antistes. te quaesiui, te desideraui, tibi credidi; de homine nihil speraui: quare ergo mala eius mihi obsint, quem nescirem nisi te quaesissem? si bona eius mihi possent proficere, iustum uideretur forte, ut et mala eius obessent mihi. sed sicut bona eius, si dubie credidissem, nihil proderant mihi, ita et mala eius nihil obesse mihi debent bene credenti. ego enim uerbis eius fidem dedi, quae a te data dicuntur quaeque te inspirant, te loquuntur, de te promittunt; huic de se nihil credidi nec gestis eius, sed fidei, quae ex te est, me copulaui.'

31. Secundum haec integra est causa credentis. aduocatorum

1 sunt *X* qua *P* traduntur *X* 2 oberit *om.* (*add. mg.*) *N* male *FB* fuerint *C* 5 an malae] animale (le *eras.*) *N* qui (*corr.* que) *N* 6 et (*eras.*) deuota *M* praecipientis *C* percipientes *N* (*corr.*), *FB* tota *C* 7 credit *P* numquid (num *in ras.*) *C* 8 praecipienti *C* qua *P* qque (*corr.*) *C* 10 iniustus *M* dispicere *X* 12 aut] autem *X* 14 quis *PNX* me—causa *om. M* dispicis *CN* 15 antestites *C* antistites *N* antestis *X* te *pr. om. N* 18 possent mihi *P* 20 credidissem (m *in ras.*) *N* 22 a] ad *M* quaequae *M* quaeque *N* inspirant te] inspirant *P* inspirante *X* loquuntur *om. P* loquntur *M* 25 causa est *G1* credentes (s *in ras.*) *N*

enim more accipe antistites. numquid si malae uitae sit aduocatus, contra susceptum eius pronuntiabitur? hoc est officium aduocati, ut secundum iuris ordinem suscepti sui causam peroret: numquid poterit uita eius, si turpis est, obesse causae suscepti? persona enim aduocati nec obesse nec prodesse poterit; qualis enim fuerit causa, sic et respondebitur ei. sic sunt et qui uolunt fieri Christiani. accedunt ad antistitem, dicunt ei uota sua, ille facit uerba iuris ecclesiastici. si uera uota sunt, suscipiuntur a iudice. in quo ille aut obesse poterit aut prode esse, quippe cum nec causam suscepti sui norit? deo enim iudici soli cognitum est, quis qua mente accedat. antistitis ergo est delegato sibi fungi officio, iudicis autem aut suscipere aut renuere causam suscepti. ipse enim inuenitur dixisse: filia, fides tua te saluam fecit.

32. Uides itaque nullius adiutorio, sed unum quemque fide sua saluari. hoc enim deus decreuit fidei, ut, si non dubitet, omne quod uoluerit consequatur. tu tamen non ut amicus, sed quasi inimicus Christi populum sub tuo nomine congregasti, ut non sint Christiani nisi fuerint Nouatiani, cum apostolus condemnet, si qui dicat se Paulianum aut alterius alicuius. sed tu potiorem te iudicans super Christi nomen tuum posuisti, quasi ille non sufficeret ad tuendam ecclesiam suam.

13 Matth. 9, 22. Marc. 5, 34. Luc. 8, 48 20 cf. I Cor. 3, 4

1 antestis (*corr.*) *N* 2 susceptus *FB* susceptos *GA* 3 aduocanti *X* (*corr. A*) 4 causae—obesse *om. C* 7 qui] que *C* christiani fieri *CNX* 8 iuris *om. X* uere *F* uero *GA* 9 prodesse *PCNX* 10 nouerit *CNX* 11 antestites *C* 12 diligato *C* dilegato *NX* (*corr. A*) fingi (*corr.*) *M* 13 aut (*in ras.*) *M* renuere *P* ipsi *CNFB* 14 saluuam *M* 15 adiutorio (o *alt. in ras.*) *C* 16 dubitat (*corr.*) *C* 19 nisi] si (*corr. m2*) *C* 20 quis *PC* qui (*corr.* quis) *NA* paulinianum *MCNB* paulianum (*corr.* paulinianum) *F* (*cf. Study of Ambrosiaster p. 124*) aut] ut *FB*

CIII. CUM CONSTET IN LEUITICO DE SACRIFICIIS OFFERENDIS DOMINUM MANDASSE, QUID EST UT IRATUS AD POPULUM DICAT NON SE MANDASSE PATRIBUS EORUM, UT OFFERRENT LIBAMINA UEL SACRIFICIA SIUE HOLOCAUSTA? DENIQUE SIC DICIT PER HIEREMIAM PROFETAM: 'HAEC DICIT DOMINUS: HOLOCAUSTA UESTRA CONGREGATE CUM SACRIFICIIS UESTRIS ET MANDUCATE CARNES, QUIA NON SUM LOCUTUS AD PATRES UESTROS NEQUE MANDAUI ILLIS, QUA DIE EDUXI ILLOS DE TERRA AEGYPTI, DE HOLOCAUSTIS ET SACRIFICIIS.'

1. Si penitus aduertas, non est de hac re facere quaestionem; nec mentitum dominum aut inmutatum putes, ut mandaret et postea denegaret. de huius modi enim sacrificiis et libaminibus seu holocaustis nihil inuenitur mandasse, de quibus nihil se locutum testatur. duorum etenim genera sacrificiorum aduerte: unum quod per singula genera offerri mandatum est, et aliud quod uoluntarium dictum est. illud ergo quod per diuersa genera siue pro peccatis siue pro primogenitis offerri praeceptum est, quid et quale et quo modo offerendum esset, mandatum est. sacrificium enim uoluntarium non utique mandatum est, quia arbitrio remissum est, ut, si aliquis uoluisset offerre, quod illi uisum fuisset, offerret; uotiua enim erant haec sacrificia. et quia neglegenter et inprouide haec offerebant non deliberantes, quia qui offerret potentiori munera electa

1 cf. Leu. 3, 3 etc. 6 Hier. 7, 21. 22

2 domino *MCNX* 4 offerent *MCN* 5 sue ocausta (*corr. m. rec.*) *M* dicitur *GA* 9 mandaaui (a *alt. in ras.*) *N* 13 deum *P* 16 se] sed *M* genera *om. X* 17 auerte *X* 18 uoluntariam *C* 19 genera] sua *add. P* pro *pr. om.* (*add. m. rec. s. l.*) *M* pro *alt. om.* (*add.*) *C* offerre *N* 20 est *om. N* 21 esset] est et *X* uoluntariam *C* 22 uoluisse offerret *P* 23 quod] quod quod (*corr. m. rec.* quidquid) *M* offeret *X* erat *P* 24 quia] qui *C* 25 qui] que *C om. X* offeret *CNFB* offerebat *M* elicta *N*

offerret, idcirco dicitur eis: 'non mandaui uobis de his; sed si uultis, debetis quae digna sunt offerre'.

2. Sic etenim inuenitur et Cain peccasse, cum non considerat deo haec debere offerri, quae potiora sunt. cum enim ad propitiandum deum haec se dicerent offerre, in eo ipso deum ad indignationem prouocabant, ut in id quod dicerent se bene facere peccarent offerentes deo holocausta indigna. unde dicit in Malachihel profeta: si adducatis ad uictimam caecum aut claudum aut aegrum, non est bonum. offers autem ea duci aut praeposito tuo, si suscipiet te, dicit dominus omnipotens. hinc est ut in Eseia de eadem re queratur deus dicens: quo mihi oues holocausti tui? neque in sacrificiis tuis honorasti me. non enim ad hoc te feci, ut laborares in ture aut ut mercareris mihi argento incensum, nec adipem sacrificiorum tuorum concupiui; in peccatis autem tuis et iniquitatibus adstitisti mihi. manifestum est itaque ortas querellas, quia cum uoluntaria sacrificia offerrent non in his deum honorabant offerentes indigna, cum hoc utique non esset necessitatis. si enim mandata fuissent, necessitate uidebantur qualiacumque offerre: quando autem arbitrio suo haec offerebant, talia debuerant offerre, ex quibus obsequium in se dei ostenderent. sed quia animus illorum cupiditate idolorum errabat, inconsiderate haec

3 cf. Gen. 4, 7 8 Mal. 1, 8 12 Esai. 43, 23. 24

1 offerret *PM* offert *cet.* 2 debitis *CN* 3 peccasse (sse *in ras.*) *N* considerant *C* 4 deberi *X* propitiandam *C* 5 offerre in eo ipso deum ad indignationem *om. N* 6 in *om. P* 7 peccarent (rent *in ras.*) *N* 8 malachiel *NB* mallachihel *F* malachia *G* 9 aut *pr.*] ad (*corr.*) *M* offeres (*corr.* offerres) *M* 11 Eseia] esse ia (*corr. m. rec.* isaia) *M* esaia *NX* esaie *C* adem *N* rem *C*, (*corr.*) *N* 12 dicentes *N* ouos (*corr.*) *C* 14 laboraris *NFB* intuere *C* intuere *N* ut *om. PX* mercaretis *P* argumento *C* argentum *N* 15 turum *M* 17 itaque est *GA* hinc *ante* ortas *add. P* quaerella *N* quia] qui *X* cum *om. M* 18 offerrent sacrificia *P* offerrentes *M* 19 necessitas *X* 22 deo *P*

agebant. igitur duplici genere exprobrantur, quia et inique agentes deo audebant offerre et quae indigna erant offerebant, cum iniqui actus non sacrificiis redimantur, sed lamentatione et misericordia.

3. Unde dicit Dauid cum peccasset: si uoluisses, sacrificia dedissem utique; holocaustis non delectaberis. sacrificium deo spiritus contribulatus, et cor contritum et humiliatum deus non despicit. denique dicit Samuhel ad Saul, qui, cum contemsisset praeceptum domini, sacrificio deum putabat posse placari: non enim, inquit, uult deus sacrificium magis quam audiri uocem suam. et scriptura dicit: misericordiam uolo quam sacrificium, quia, cum iniusti essent et inmisericordes, oblationibus propitium deum fieri arbitrabantur, sicut et nunc quidam spernentes iustitiam oblationibus laudari se putant. bona ergo oblatio, si seruetur iustitia et non neclegatur misericordia, quia quod nobis petimus et aliis praestare debemus.

CIIII. DE EUANGELIO LUCA.

1. Sciens dominus bellum Iudaicum aduersus se futurum dixit discipulis suis ut gladios sibi pararent. quo facto cum coeptum esset bellum duce Simone Scariote, uidens Petrus

4 Ps. 50, 18. 19 9 I Reg. 15, 22 11 Os. 6, 6

1 exprobrantur *M* (*corr.* exprobrabantur) exprobantur *GA* exprobrabantur *P* ini•que *M* iniqui *N* 2 audebant] agebant *P* indigne *CN* indignę *FB* offerebant (e *alt. in ras.*) *N* inique *C* 4 peccasse *C* sacrificium *PX* 5 dilectaberi *N* 6 et *om. P* 7 spernit *CNX* 8 ad] et *C* qui cum] qui *PB* qui•cum (cum *m. rec. s. l.*) *M* 9 dei *P* placeri *G* placere (*corr.*) *A* 10 audire *CNFG* 11 scriptura• *N* *inter* uolo *et* quam *M m. rec. add. s. l.* magis 12 oblectationibus *MCNX* (*corr. NAB*) 14 spernantes (*corr.*) *C* oblectationibus *MCNX* (*corr. NB*) ergo] ergo est *PGA* est ergo *CNFB* 15 ablatio *M* oblectatio *C* iustitiam (*corr.*) *N* 16 et *om. GA* 17 euuangelio *N* lucae *PX add.* dixit iesus discipulis suis ut gladios sibi pararent *GA* 18 iudaicum bellum *P* 19 dixit *om. P* gladio *FB* quo• *M* cum coeptum] conceptum *M* (*corr. m. rec.*), *CN* 20 symone *PNF* simoni *X* scarioten (*corr.* scariothen) *M*, (*corr.* scariote) *N* scariothe *C* scariothen *F* scariothes *G*, (*exp. et eras. alt.* s) *A* schariothen *B*

apostolus insurgentes hostes, protulit gladium et amputauit auriculam serui sacerdotum. tunc dominus dixit Petro, ut reconderet gladium in thecam suam: omnis enim, inquit, qui accipit gladium, gladio peribit. ut quid parari iussit, qui prohibuit percuti, reum etiam mortis designans eum, qui percusserit gladio, cum non utique iniuste uideatur apostolus percussisse? quantum pertinet enim, percussit eum quem contra se armatum uidebat. resistere enim debuit ingratis seruis et ad dominum necandum armatis.

2. Si singula membra inspicias causae, cuius uis patefieri rationem, inuenies et alia quae requiras his dictis. quid enim opus erat, ut hic, qui spiritali fretus erat uirtute, gladios iuberet parari carnales et, qui prius in uia iusserit nec peram ferri nec pecuniam nec uirgam, nunc iuberet haberi, quae prius prohibuit?

3. Incipiamus igitur, cur gladios iusserit parari et caedi prohibuit, explanare. non solum enim inimicorum, uerum etiam ipsorum discipulorum suorum causa ad superuenturum bellum arma procurari praecepit. noua enim et mirabilis res futura erat, ut hic, qui noua et inaudita signa faciebat, sic subito humiliaretur, ut et uerberibus subiceretur et morti. ne ergo uelut inpraescius haec pati uideretur et a quo forte uirtus recessisset, haec omnia sic praedixit, ut non dubitaret

3 Matth. 26, 52 4 cf. Luc. 22, 36 13 cf. Matth. 10, 9. 10. Luc. 10, 4

2 sacer (*corr. m. rec.*) *M* iesus *GA* 3 recordaret (*corr. m. rec. s. l.* remitteret) *M* recederet *X* (*corr. A* recideret, *m2* reponeret) 4 accipiunt *P* incipit (*corr. m. rec.*) *M* accepit *X* peribunt *P* qui *P* 5 percutere *X* reeum (*corr.*) *N* eum *X* morti *GA* eum (*corr. m. rec.* enim) *M om. GA* 7 enim pertinet *P* enim] eum (*corr.*) *M* enim ad petrum *N* 8 uidebat *M* 9 deum *PA* deum c (c *eras.*) *C* negandum *MX* armatum *P* 10 si singula] *add.* enim *GA* pati fieri *CFB* patifueri *N* 11 requiras (a *s. ras.*) *M* 12 gladio *CNFB* sioberet (o *fort. corr.* u) *C* si haberet *FB* 14 qui *CNX* 17 prohibuit] prohuibuit *N; uix legendum* prohibuerit explanare *M* 18 suorum *C* 19 praecipit *C*

de his, sed praescius contra haec se pararet et, quia uoluntate humiliatus est, non resisti acrius inimicis iuberet in tantum ipsum se esse qui fuerat ostendens, ut iam detentus aurem quae abscisa fuerat restitueret, ⟨et⟩ ut quod gladio operante deciderat redderet. non quasi carnalis utique medicus, sed quasi corporis conditor opus suum truncatum refinxit. nec enim possunt medici abscisa corporis membra reparare. ut autem dei uirtus non deminuta in illo, sed ita ut fuerat inesse uideretur et illud firmaret quod dixerat: potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam, hac ergo causa gladios parari, non tamen iussit occidi.

4. Nunc illud superest, quare contuens factum apostoli Petri eum, qui gladio usus fuerit, gladio dixit perire, cum non iniuste percussisse uideatur. nam sicut significatur in Luca, ipso domino permittente percussit et sic prohibitus haec audiuit. ideo etenim permissum est, ut et uindicare se posse uiderentur, sed nolle, et ut uirtus ostenderetur in eo manere, in quo fuerat, ut in utroque uindicare se posse non ambigerentur, inimici uero pro certo haberent datam sibi ab eo potestatem, ut haec facerent. non enim uictus apparebat, sed tradens se uoluntati eorum. quare ergo sententia data est, ut qui accipit gladium gladio pereat, nisi quia nulli licet excepto iudice gladio quemquam occidere? apostolo autem Petro usque ad hoc permissum est, quod dolorem faceret, non quod occideret. hoc enim audiens, ne iterum percuteret,

9 Ioh. 10, 18 15 cf. Luc. 22, 49. 50 22 cf. Matth. 26, 52

1 se pararet] repararet *M* 4 et *addidi* 5 diciderat *F*, (id *m2*) *B* redderet (*corr. m. rec.* redderetur) *M* carnales *M* (*corr.*), *N* 6 refinxit] se (*corr. m. rec. s. l.* sic) finxit *M* 7 membra corporis *P* 8 diminuta *PNGA* 10 iterum habeo inueniendi *P* 11 h(a)ec *CN* (*corr.*), *FB* 15 inuste (*corr.*) *M* iuste *NF* (*corr.*), *G* 16 ipsa (*corr. m. rec.* ipse) *M* et] ut *P* sit *N* 18 uiderentur (*corr.* uideretur) *MA* 19 ut] ** (*add. s. l. m. rec*) *M* 20 certum *X* 23 quia] cui *CNFB* 26 audiens (*m. rec. s. l.* audiuit) *M*

didicit praeterea, quia Christianis iam factis occidere non licet. in misericordia enim positis lege iuris mundo crediti uti non liceat aspere. illud autem quod ante euntibus in uia discipulis mandasse uidetur, ut nihil tollerent in uia, pacis est causa et gratia uirtutum et adfabilitas doctrinae. quid enim opus erat tollere aliquid in uia, quibus signorum causa omnia offerenda erant? adubi autem tempus, quo se pati permisit, aduenit, propter quod rixa magis bellum inminebat, armatos iubet esse discipulos, non ut repugnaret qui pati uolebat, sed, ut dixi, et praescium se huius rei et in potestate habere passionem suam ostenderet, humiliaret autem se humanae salutis causa, quod suo loco dicetur.

CV. CONUENIRE EUANGELIUM CUM PROFETIA.

1. Cum in primo aduentu domini praedictum sit, quia contenebraretur sol in passione eius eadem hora qua factum probatur — id est meridie; sic enim scriptum est in Amos profeta: et erit in die illo, dicit dominus, occidet sol meridie et contenebrescet super terram dies lucis —, illo ergo die a sexta hora contenebratus est sol usque ad horam nonam et ita completa est profetia supra dicti profetae. imago enim huius rei, quae futura est in aduentu domini secundo, in passione domini est ostensa, quia in fine, cum coeperit dominus aduenire ut iudicet mundum, soluentur luminaria ab officio suo dicente domino: in illis diebus

17 Am. 8, 9 24 Matth. 24, 29

1 dicit *M* (*eras.*), *CNX* 2 iuris (ris *in ras.*) *C* credidi *CX* 3 licet *P* uiam *P* discipuli *P* 4 tollerant (*corr.*) *N* 5 affabilitas *PG* 6 uiam (m *eras.*) *M* 7 at ubi *PG* adhubi *N* quos (*corr.*) *C* 8 bellum (*corr. m. rec.* bello) *M* 9 esse *om. GA* 10 et *pr.*] *num* ut *scribendum?* praetium *M* potestate *N* 13 conuenire *N* cum (u *in ras.*) *M* propheta *MFB* prophetię *C* 14 qui *C* 15 qua (*add. s. l. m. rec.* passus est) *M* 17 illo die *P* illa die *CN* die illa *X* occidet *MC* occidit *cet.* sol *om. N* 18 contenebrescit *codd.* 20 est *om. X* dicta *P* 21 immago *M* enim *om. CNX* 23 cum coeperit] con caeperit *M*

sol contenebrabitur et luna non dabit fulgorem suum. quod quidem et Iohel profeta non praetermisit, ut, cum a multis significatur, sine dubio impleri credatur. ita enim dixit: sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem, priusquam ueniat dies domini magnus et manifestus. hoc, quantum apparet, secundo aduentui magis congruit; tunc enim aperte manifestabitur omnibus sic dicente scriptura: tunc uidebit illum omnis oculus et plangent se super illo omnes tribus terrae et qui illum cruci fixerunt. 2. Itaque si in utroque aduentu hoc continetur, quia sol contenebrabitur illis diebus, qui dies ille est, quo ampliari solem et lunam cecinit scriptura? ait enim inter cetera Eseias dicens: eritque super omnem montem excelsum et in omni loco excelso aqua perambulans in die illa, cum perierint multi, cum ceciderint turres. et erit lumen lunae ut lumen solis; et lux solis erit septiens tantum in die, cum sanabit contritionem populi sui et cetera. qui dies potest intellegi, quo promisit se dominus sanare contritionem populi sui? hic, opinor, est dies, quem pater Iohannis Zacharias ostendit dicens: benedictus est deus Israhel, quia uisitauit et fecit redemtionem plebi suae et erexit cornu salutis nostrae in domo Dauid pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum profe-

4 Ioel 2, 31 8 Apoc. 1, 7 13 Esai. 30, 25. 26 20 Luc. 1, 68—72

1 fulgorem] lumen *PCNX* 2 prophete *C* 3 ita enim] iterum *N* 4 lunam (*corr.*) *C* 5 ueniet *M* (*corr. ?*), *C* 6 hoc] o *C* aduentu *G*, (*corr.*) *A* magnis *N* congruit *M* 7 enim aperte manifestabitur omnibus sic dicente scriptura tunc *om. P* apertum manifestabitur omnibus (*corr.* omnibus apertum manifestabitur) *N* sic *om. X* 8 eum *X* oculi *N* 9 illo] illum *CN* eum *X* omnes tribus terrae et qui illum *om P* 11 illi *FB* ampliare *N* 12 ait] ut *N* 14 aqua[aquo *N* 16 lunae *om.* (*add. m. rec. s. l.*) *M* ut] et *NX* solis *alt.*] soli *X* 18 qui] quia *X* 19 hoc *CNX* opinor est] opinorem *FB* diem *MN* 20 est *om. X* dominus deus *X* 21 qui *P* plebis *PCX* 23 lotus *M*

tarum suorum, qui a saeculo sunt. et liberauit nos ab inimicis nostris et de manibus omnium, qui oderunt nos, ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. et Simeon inter cetera: hic positus est, inquit. in ruina et in resurrectione multorum in Israhel. haec 'ruina' est scribarum et Farisaeorum et principum Iudaeorum, quos profeta significauit in 'turres'.

3. His ergo per incredulitatem ruentibus alii surrexerunt credendo, qui prius uidebantur infirmi et aegri per neclegentiam. unde saluator: in iudicio, ait, ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant, ut qui per legis culturam et peritiam lumina uiderentur per incredulitatem caecarentur, caeci uero, id est inperiti uel publicani, uiderent, dum crederent. quorum infirmitates profeta saluatorem portaturum praedixit. itaque hoc tempore saluatoris factum est, sicut legitur in euangelio, quia ipse infirmitates nostras accepit et uulnera nostra curauit.

4. Quae quidem omnia in passione saluatoris consummata et adimpleta sunt; sic enim salus humani generis tam apud superos quam apud inferos et redempta est et firmata, quia profetia Zachariae supra dicti utrumque conprehendit. et hic enim apud superos liberati sunt a contritione inimicorum interuentu misericordiae et illic apud inferos, cum erepti sunt de tartaro. cuncti enim, qui sperauerunt in promissum Christum, exspectabant aduentum eius, ut deuicta morte liberarentur de inferno.

4 Luc. 2, 34 7 cf. Esai. 30, 25 10 Ioh. 9, 39 15 cf. Esai. 53, 4 17 Matth. 8, 17

1 suarum *NF* qui] quia *N* 2 manu *X* 3 misericordiam (*corr.* misericordia) *N* 4 symeon *N* 5 ruina (*corr. m. rec.* ruinam) *M* ruinam *C* (*corr.*), *NGA* resurrectione (*corr.* resurrectionem *m. rec.*) *M* mortuorum *M* in *om. FB* 6 principium *NG* (*corr.*), *B* (*corr. m2*) 7 turris *G*, (*corr.* turribus) *A* 8 incredulitate *N* incrudelitatem *GA* 12 cultorem *C* culturam *N* lumine *N* 14 uiderint *CNFB* 17 infirmitatis *N* accipit *C* 19 passionis *N* 21 propheta *X* 22 zacharia *C* 25 qui sperauerunt] disperauerunt *FB* desperauerunt *GA* 26 ut] et *F*

unde dixit: ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. si quis autem salutem hanc etiam in secundo aduentu contineri intellegat, in utroque tamen aduentu, maxime secundo, sol conuertetur in tenebras et luna non dabit fulgorem suum. quo modo ergo augeri solem et lunam die, quo uisitabit dominus populum suum, aduertemus, quando utroque in tempore, quo coepta liberatio populi et adimpleta est, solem et lunam non minui, sed contenebrari legamus? nisi plane solem et lunam sanctis conparatos intellegamus, sicut alio in loco legimus sanctos luminaribus exaequatos Paulo apostolo praedicante, quia inter ceteros homines sancti in hoc mundo uelut luminaria uideantur, et in euangelio: tunc iusti, inquit, fulgebunt sicut sol. dominus enim opera iusta lumen appellat; sic enim ait: luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uidentes opera uestra bona magnificent patrem uestrum, qui in caelis est.

5. Hi ergo, qui omnibus suis derelictis dominum sequuntur, iustitiae et sanctitatis causa soli et lunae conparantur septiens honorati, sicut dicit dominus: nemo est qui relinquat domum aut uxorem aut filios aut agros, qui non recipiat septiens tantum in hoc saeculo. qui ergo ad praesens septiens honorantur, potest intellegi, quia et in futuro septem partibus clariores ceteris futuri credantur, ut resurrectio eorum soli conparetur ac lunae; ceterorum uero sicut

1 Luc. 1, 72 4 Ioel 2, 31. Matth. 24, 29 6 cf. Luc. 1, 68 11 cf. Phil. 2, 15 13 Matth. 13, 43 14 Matth. 5, 16 19 Luc. 18, 29. 30

2 siquae *C* 3 contenere *N* 4 in *ante* secundo *add. M* 5 fulgorem] lumen *P* auge *N* 6 uisitabit *PN* uisitauit *cet.* aduertimus *P* aduertemur (*corr. m. rec.*) *M* 7 concepta *P* coepti *N* et *om. M* impleta *P* 8 lunam sanctis *P* 9 luna *N* sanctis— *N* conparatis *M* (*corr. m. rec.*), *CNX* 10 in alio *N* in] *om. C* (*add. s. l.*), *FB* et *G* et (*eras.*) *A* 11 ceteros] hos *CNX* 14 luceat (at *in ras.*) *C* 15 ut] et *C* 16 et *post* bona *add. P* 17 hic *P* hii *cet.* (*corr. CA*) 18 causae *C* 19 relinquant (*corr.*) *M* relinquet *CX* relinquid *N* 20 agrum *PX* 21 recipiet *CNX* 22 honorant *CNX* qui *C* et *om. MB* 24 conparatur *CNX*

stellae sunt. claritas ergo sanctorum, quae hic septiens honoratur, in resurrectione aliud septiens consequitur. ut qui hic claritatem lunae habet in futuro solis accipiat claritatem et qui hic soli conparatur septiens tantum futurus credatur accipere.

6. Profeta ergo Eseias solis et lunae conparatione sanctorum merita augeri praedixit, nec inmerito. si enim ipse dominus 'sol iustitiae' dictus est, sancti autem similes ei erunt Iohanne apostolo dicente: cum enim apparuerit, inquit, similes ei erimus, conuenit sanctos in sole significatos. septem tamen partibus maiorem solem quam lunam profeta supra dictus ostendit. quando enim lunam sicut lumen solis futuram ostendit, solem autem septiens tantum, ad modum utique solis septiens lunam augeri significat, ut talis sit qualis sol. quamuis sanctorum ratio hic uertatur, sub hac tamen causa luminarium ex parte prodidit quantitatem, ut post crementum solis ac lunae tantum iterum maior sit, quantum erat sol, ut, quantum in praesenti distat sanctus a sancto, tantum distet et in futuro post remunerationem.

CVI. DE LIBRO GENESIS.

1. In principio fecit deus caelum et terram. si caelum in principio fecit et terram, caelum autem firmamentum est, sicut in subiectis apparet, non est uerum, quia prior lux facta est et sic firmamentum; aliud enim caelum significare non poterat, quia facturam mundi describit deo operante perfectam. propter quod enim diuersis opinionibus homines fallebantur

7 Mal. 4, 2 8 I Ioh. 3, 2 20 Gen. 1, 1

2 in resurrectione aliud septiens *om. P* sequitur *N* 3 lunae habet in futuro solis accipiat claritatem *om. P* luna *CN* 4 solem *N* futuris *PN* accipere *om. P* 7 similis *N* ei erunt] egerunt *C* 9 similis *CN* 10 tamen] tunc *C* 12 futurum *M* septiem *FB* 14 uer-tur (*add.* ta *s. ras.*) *M* 15 perdidit *N* 17 quantum *pr.*] quam *G* qua (*add.* ntum *s. l.*) *A* praesente *G, A* (*corr.*) 22 sicut —est *om.* (*add. inf. mg.*) *C* 23 sic *om. P* 24 disscribit *M* discribit *C* (*corr.*), *NX* perfecta *NX* 25 quot *N*

in causa mundi, Moyses deo se inspirante ostendit quae esset ratio mundi. quibusdam enim uidebatur initium non habere; aliis initium quidem habere, sed ab angelis quibusdam fabricatus esse; nonnullis uero factus similiter, sed a Sacla quodam, qui esset deus potestatis aduersae; pauci autem de origine ueritatis traducem sequentes deum opificem eius adserebant. horum ergo causa diuersitatis, qui falsa opinione trahebantur, coactus est Moyses quae esset causa huius uera ostendere, ne filii Israhel erepti de potestate Aegyptiorum, a falsa tamen intellegentia eorum liberati non essent. ipsi enim inter ceteros magis erroris studium sequebantur; hi enim antiquitus prae ceteris uanae filosofiae operam dabant. denique Moyses, per id quod a filia Faraonis adoptatiuus uidebatur, eruditus est omni sapientia Aegyptiorum.

2. Quid ergo est quod dicit: in principio fecit deus caelum et terram? si enim 'firmamentum' non significat secundum quod supra ostendimus, uideamus quid dicat. arbitramur, quia Moyses, ut omnem errorem inferioris creaturae auferret et inpensarum facti mundi, in principio substantias ipsas, quibus mundus constat, factas esse significauit, quia, si hoc tacuisset, aeternae forte putarentur esse substantiae deo iugabiles aestimatae, ut qui huius rei testimonium recipit ambigere non possit factum esse mundum, quando substantias, quae ad inpensam mundi profecerunt, initio subiectas fatetur. igitur in principio fecit deus caelum et terram, id

13 cf. Ex. 2, 10 Act. 7, 22 15 Gen. 1, 1 25 Gen. 1, 1

2 uidebatur (*corr.*) *C* 4 similiter factus *C* factus] factis *N* a] an (*corr.*) *M* s(a)ecula *CNX* 5 esset] est et *N* aduersa *C* 7 ergo causam (ergo cau *in ras.*) *N* diuersatis *M* 8 est *om. GA* uero *CNF, B* (*corr.* ueri) 9 ostendit *P* 11 errores *G, A* (*corr.*) hii *PCNX* 12 filosophiae (h *est s. l.*) *C* filosophiae (*aut* -e) *NX* 13 adobtatiuus *N*, (*corr.* adobtiuus) *A* adoptatus *P* 14 omnia *M* omne *N* 16 non *om. N* 17 quid] qui *C* 19 auferet *C* 20 factus *GA* 22 recepit *GA* 23 posse *GA* 24 inpensa *CN* pensa *X* (*corr. A* inpensa) subiectus *CFB*

est supernam et infernam substantiam. superna est, qua constat caelum; inferna autem concretio est quaedam faeculenta, quae profecit in aridam, quae dicitur terra, et tenebras. unde dicit in Eseia profeta: ego deus, qui feci lucem et creaui tenebras, hoc est aquam, tenebras et terram.

3. His ergo creatis simul substantiis ante tempora — tempora enim sub firmamento sunt; firmamentum enim, sicut quibusdam uidetur, glacies est aquarum et ideo firmamentum dicitur, quia concretis diuinitus aquis firmatum est, quod ab occulendo uel celando appellatum est caelum. itaque propter quod aqua maius est elementum, prior est significata et quia pars eius profecit in cameram mundi; terra autem pauimentum est. quae quidem et Dauid per spiritum sanctum creata fatetur; ait enim: et aqua, quae super caelos est, laudet nomen domini, quia ipse dixit et facta est, ipse mandauit et creata est —, post haec ergo elementa ante conpaginationem mundi fecit deus lucem, ut opera eius in luce procederent, quae lux modo disposito cursum diei expleuit. et facta est nox iuxta diei modum, quae similiter impleto modo spatii inluminata est aduentu luminis matutini, et sic impletus est primus dies, cum coepit secundus; nox enim diei deputata est, ut simul dicantur unus dies. propter quod enim subiectae sunt tenebrae

4 Esai. 45, 6. 7 14 Ps. 148, 4. 5

1 quę (*corr.*) *M* 3 proficit *NX* terram (*corr.*) *N* 4 fecit *M* creauit *M*, *C* (*corr.*) 5 *uerba* hoc est ... terram, *quae in codd. paulo infra lin. 6 post* substantiis *leguntur, huc transposuit Engelbrecht* aquam (m *eras.*) *M* terram (m *eras.*) *M* 6 substantia *CNX* 8 glaties *MC* gladies *FB* gladius *GA* 9 concreatis (*corr.*) *N* concretus *X* firmamentum *PCNX* firmamen mentum (men *pr. eras.*) *M* 10 appellatum est] appellant *X* 11 quod *om.* (*add.*) *MC* aquam *P* aqua (*corr.* qua, *in mg. m. rec.* terra) *M* magius (*corr.*) *C* *ante* est *alt. s. l. m. rec.* non *M* significata (*m. rec. add. s. l.* est) *M* 12 proficit *G*, *A* (*ex* profecit) 13 est *om. CNX* per *om. CNX* (*add. A s. l.*) 14 aquae *NX* sunt *MX* laudent *CNX* 15 ipse *alt. om. PCNX* 17 ut] et *N* lucem *P* 18 mundo *P* disposita *GA* die *CNF* diem *B* et *om. PCNX* 19 simpliciter *GA*

lumini, auctoritate carent, ne possint numerum facere. triginta etenim dies una luna appellatur, cum secum habeant et noctes. itaque lucis ministerium, quo spatium consummat sibi decretum, dies nuncupatur; tenebrarum autem substantia, antequam inluminetur, nox appellatur. spatium autem illud, quod inter occasum et ortum est, nox est. non enim tenebrae faciunt noctem, sicut et lux diem, quia tenebrae manent in sua natura. lucis autem accessus facit diem et decessus noctem. non inmerito ergo subiecta est nox diei.

4. Luce igitur facta et cursu duodecim horarum impleto totidemque et noctis spatio peracto aequinoctium fuit in primo die. et exinde coepit dies increscere super noctem tribus scilicet mensibus, qui sunt tempus ueris. ex eo deinde augmento suo minuitur dies aliis mensibus tribus, qui sunt tempus aestatis. et iterum fit aequinoctium, ita ut ex eo nox increscat super diem aliis mensibus tribus, qui sunt tempus autumni. et incipit iterum nox de magnitudine, qua supergreditur diem, minorari usque ad finem quarti temporis, quod est hiemps. et fit aequinoctium primi temporis, quando deus mundum creauit, qui dies intellegitur esse XI Kl. Apr., quando primus dies paschae est, id est primus dies primi mensis. in lege enim mandatum est, ut decima die primi mensis uespere praepararent se ad pascha faciendum quarta decima mensis die. id est ab undecimo. iam enim uesper decimi diei in

21 cf. Ex. 12, 3 23 cf. Ex. 12, 6

1 auctoritati *N* 2 appellantur *N* et *om.* *CNX* noctes (noc *in ras.*) *N* 3 consumat *PCX* 4 dies *om.* *X* non cupatur *M* (*corr. m. rec.*), *N* nuncubantur (*corr.* nuncupantur) *C* 8 et *om.* *X* 9 subicta *N* 10 curso *N* 11 que] quae *MFB* quę (*corr.*) *N* et *om.* *X* spatium *N* 13 deinde] de *add.* *P* aucmento *C* (*corr.*), *N* (*exp.* c), *F* 14 minuetur *M* 15 ut] et (*corr.*) *C* 16 quib (*corr.*) *M* 17 quas *M* supragreditur *X* 18 quarto *N* 20 qui] quid *CN* (*corr.*), *F* quando—est (*pr.*) *in ras.* *M* 21 est *pr. om.* *C* primus] primi *P* 22 ut decima] ut undecima *P* undecima *X* 23 faciendam *P* 24 undecimo] XI.o (o *eras.*) *M*

undecimum lucet, ut ab XI Kl. Apr. initium esset primi mensis. in principio etenim facta luna fuit quarta decima, quia omnia plena sunt facta; adde et triduum a decima uespere, et hi sunt tres dies ante luminaria qui fuerunt, ut XI Kl. Apr. factus sit mundus, quia numerus lunae ab undecimo uenit ad quartodecimum, cui paschae primus mensis integer est adtributus; ut in pascha die sollemni neque extra XI sit Kl. Apr. neque extra lunam quartodecimam, quia undecimo mundus factus est. quarta decima autem luna maiore lumine clarior factus est.

5. Inter principium ergo et claritatem, qua inluminatus est mundus, saluator noster et passus est et resurrexit, quia quarta decima luna passus est et primo die resurrexit, qui ideo 'dominicus' dicitur, quia ipsum fecit, qui multiplicatus menses facit et tempora et annos. ut autem uno adque eodem modo minime celebretur, cursus facit lunae in detrimentis et crementis.

6. Terra autem erat inuisibilis et inconposita. manifestum est, quia terra, postquam facta est, inuisibilis erat et inconposita. tegebatur enim aquis, ideo erat inuisibilis; inconposita autem ideo, quia, cum esset fluxa, non erat apta ad culturam.

7. Et tenebrae erant super abyssum. tenebras dicit fuisse super abyssum, id est super inmensam ex omni parte aquam.

8. Et spiritus dei superferebatur super aquam.

13 cf. Apoc. 1, 10 17 Gen. 1, 2 22 Gen. 1, 2 25 Gen. 1, 2

1 undecim *C* undecimum (*alt.* m *eras.*) *N* undecimo *X* 3 tridum *C* (*corr.*), *NX* hii *PCNX* 4 qui] ... *M* undecima *C* XI (o *s. l.*) *G* factus sit—sit (*lin. 7*) *om. N* 5 quartum decimum *PCNGA* 7 in *om. X* undecimum *PCN* XI • (o *add. m. rec. s. l.*) *M* undecimo *X* Kl. Apr. sit *N* 8 quartodecimam *scripsi* quartam decimam *PCNX* quarta (*corr. m. rec.* quartam) decimam *M* undecimum *P* factus est mundus *P* 9 maior *CNX* 10 quia (*exp.* i) *M* 11 et *pr. om. X* quia—resurrexit *om.* (*add. mg.*) *M* quarto (*corr.*) *C* 12 decimo (*corr.*) *C* et *om. CNX* qui] quia *P* 13 multiplicatos *X* (*A corr.*) 14 fecit *PCNFB* 15 celebratur *CNX* fecit (*corr.*) *CG* et crementis *om. P* 23 fuisse *om. X* 25 ferebatur *PG*, (*in ras.*) *A* superferabatur *C*

hanc aquam quasi summitatem significat, super quam spiritum dei, quia superferebatur, ostendit, ut tenebras super infinitam profunditatem fuisse significet, spiritum autem dei super aquas, quia, ubi spiritus erat dei, obscuritas non erat. quantum enim poterat, inluminabat aquam, abyssum autem, id est inmensam profunditatem, inluminare non poterat; hoc est, superiores aquas inluminabat; subter erant et tenebrae super abyssum.

9. Idcirco autem hunc 'dei spiritum' dicit, non quia sanctum hunc intellegi uult spiritum, sed cum super creaturam hylicam spiritalia uult intellegi, totum autem dei esse significans dei hunc, qui super aquas ferebatur, spiritum uocat, ut prauam adseuerationem conuellat, qua quidam utuntur dicentes aliquid esse quod non sit dei. nam nec ordinis nec rationis est, ut super aquas spiritus sanctus fuisse dicatur, quia super omnem creaturam est. quod enim de deo est, super omnes potestates et principatus et simul super omnes potentias spiritales est. non moueat autem mentem alicuius, quia dei spiritus dicitur, cum constet omnia dei esse. ait enim deus inter cetera facturus diluuium: non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia sunt caro, et in Ezechihel inter alia: haec dicit dominus ossibus istis: extendam super uos cutem et dabo spiritum meum in uos et uiuetis. numquid haec ad officium spiritus sancti pertinent et non ad animam? spiritus ergo hic dei est quidem, sicut cetera, hylicarum tamen moderator est substantiarum; ipsius ordo est his praeesse.

15 cf. Eph. 6, 12 19 Gen. 6, 3 21 Ezech. 37, 5. 6

1 spiritus *CN* 3 spiritum autem (m aut *in ras.*) *N* 4 dei erat *N* 7 subtus *GA* et *om. P* 9 intellege *N* hilicam *CNX* 10 spiritaliter *N* esse *om. P* 11 ut] et *C* 12 quia *X* quidem *CX* 13 sit.. *C* 14 fuisse *om. P* 16 et *alt.*] est *P* spiritalis *CNX* 17 esse *P* spiritus dei *GA* 18 constat *CN* 19 faturus (*corr. m. rec.*) *M* dilluuium *M* 20 caro sunt *PX* in] i *FB om. GA* ehiezechiel (e *pr. eras.*) *M* ezechieel *CNX* ezechiel *G* hiezechiele *P* 24 hilicarum *CNX* 25 moderatus *CX* moderatur *N* ipsius] enim *add. PN* odor *X* est *alt. eras. N*

10. Luce igitur facta et cursu diei moderato et peracto secundo die fecit firmamentum, id est caelum, ut lux intra firmamentum moderaretur diem, ut esset quasi lucerna in domo. hoc itaque firmamentum factum est ex supra dicta aquae substantia. nunc enim conpaginatur in specie mundus, ut de confusione rerum discretis substantiis singulae partes aptarentur, quae ad membra mundi proficerent. substantiae enim, quas primum factas diximus, inpensae sunt mundi et ideo mundus dicitur, quia res ab inuicem separatae, quae erant confusae et in speciem productae, mundum fecerunt uocari, cuius in fabricam profecerunt. firmamentum ergo, id est caelum, factum est in medio aquarum, ut diuideret inter aquam, quae erat supra firmamentum, et inter aquam, quae erat sub firmamento, ut dei uirtute in medio aquarum consisteret firmamentum sub se et intra se et supra et circa se habens aquam, ut esset concauum de foris et intra munitum, ne aquae siue exteriores siue interiores penetrarent concauum eius, ut esset quasi domus munita adque firmata, ut securi essent habitantes in ea.

11. Tertio die iussit congregari aquam quae erat sub caelo, hoc est intra capacitatem firmamenti, in congregationem unam, ut appareret arida, quae est terra, et factum est sic. exhausta enim latitudine terrae factum est uelut alueum, in quod demergeretur omnis aqua, quae erat intra firmamentum, et tunc apparuit arida. recedente enim aqua necesse erat appareret terra facta uisibilis, quae prius fuerat inuisibilis. tunc arida appellata est terra et con-

11 cf. Gen. 1, 7 19 cf. Gen. 1, 9 26 cf. Gen. 1, 10

1 et *om.* *C* immoderato *C* immodorato *N* inmoderato *X* 2 inter *P* in terra *CNX* 4 aquae] adque (*eras. m. rec.*) *M* substantiae *G* substantię (*corr.*) *A* 6 singules *P* 7 factus (*corr.*) *N* 12 uideret *X* supra firmamentum et inter aquam quae erat *om.* *P* 13 firmamentum (*corr.*) *C* 14 confiteret *X* sub se firmamentum *P* 16 monitum *N* exterioris *C* (*corr.*), *NX* interioris *C* (*corr.*), *NX* 20 coelo *N* (*sic*) 22 latitudinem (m *eras.*) *M* altitudine *P* 23 quae] qua *NFB* 24 recedenti *CNX* 25 aqua *om.* *P* apparere *MGA* terram *GA* uisibilis (s *alt. eras.*) *M*

gregationes aquarum maria. et iussit producere terram herbam pabuli et ligna fructifera ad semen super terram.

12. Quarto iterum die iussit deus fieri luminaria in firmamento caeli, ut luceant super terram: luminare maius in inchoationem diei et luminare minus in inchoationem noctis et stellas. haec ad conceptum et natiuitatem et ad nutrimenta pertinent eorum, quae gignuntur in mundo, et ad signa temporum certis titulis necessaria nec non et ad ornatum totius mundi. sicut enim ad ornatum domus pertinet, si camera eius habeat auro distincta laquearia, ita et mundo ornatum praestant stellae diuersa luce fulgentes. luci itaque, quae facta est prior, est additus splendor solis, ita ut conexa sint haec et indiuidua; nocti autem, quae erat tenebrosa, datum est luminare. et quia quarta decima fuit luna, quando facta est, sic ait: luminare minus in inchoationem noctis; facta enim tota nocte luxit. a parte ergo ad totum dictum est: in inchoationem noctis, quia non semper uespere lucet. luminare autem maius, quod solem dicimus, manet in initia diei, quia simul cum luce priore concretus est.

13. Tribus igitur diebus sine luminaribus his fuit mundus; non enim erant adhuc quibus proficerent officia eorum. adubi autem produxit terra herbam pabuli et ligna fructifera, necessaria fuerunt quae enutrirent uel conseruarent quae erant producta. quia ergo generatio omnis horum interuentu perficitur,

1 cf. Gen. 1, 11 3 cf. Gen. 1, 14 4 Gen. 1, 16 15 Gen. 1, 16 17 Gen. 1, 16 22 cf. Gen. 1, 12

5 inchoatione *CNX* lumina (*corr. m. rec.*) *N* inchoatione *alt. GA* 6 noctis] d (*eras.*) noctis *M* 7 qui *G*, (*corr.*) *A* 8 certis titulis] certitulis *N* 11 ordinatum *P* prẹstent *N* 12 est prior] prior est *P* additus est *P* additos est *N* 14 et] ut *M* (*eras. m. rec.*), *CNX* quarta decima] quadragesima *G*, *A* (*corr.* quadrigesime [*corr. postea* quarta decima]) 15 sic] sic (*add. m. rec. s. l.* enim) *M* sicut *C* sic (*add.* enim *s. l.*) *A* 16 a parte] aperte *M*, *C* (*corr.*), *NX* ad *om. M* 18 quod] ut *C* 19 in *om. CX* initia (*corr. m. rec.* initio) *M* concretum est *P* concretus est (us est *in ras.*) *N* 20 hiis *N* 21 at ubi *PNX* ad (*corr.* at) ubi *C*

non oportuit prius hoc fieri, ne eorum effectu, quae producta de terra sunt, orta putarentur, sed illa ante facere et sic haec, ut sine his facta non ambigantur.

14. Quinto deinde die aquas iussit producere reptilia animarum uiuarum et uolatilia uolantia super terram secundum firmamentum caeli; et factum est sic. et inter cetera: et uidit, inquit, deus quia bona sunt et dixit: crescite et multiplicamini. ideo autem adiecit: et uidit deus quia bona sunt, quia a quibusdam dicuntur mala esse, ut uel sic erubescant. quando enim deo et conditori suo placent, nulli utique debent displicere. nam solent dicere stulti: 'ideo,' inquiunt, 'uidit et placuerunt ei, quia ante nesciebat.' o hebetes, quo modo nesciuit, qui quod uoluit, productum est? aliquis uult quod nescit? et qui potest facere, potest dici quia nescit quid faciat? et quod amplius est, non ipse fecit, sed iussit ut fieret; et quam iussit, non est huius uirtutis ut faceret? sed quia huic omnia possibilia sunt, iubente hoc quae non poterat coepit posse, ut ad huius laudem proficeret. duplex enim uirtus est, ut insensibilem iuberet sensibilia producere.

15. Sexto uero die praecepit, ut produceret terra animam uiuentem, quadripedia et bestias terrae; et factum est sic et producta sunt. et uidit deus quia bona sunt, et ualde bona, quia omnia necessaria sunt.

16. Supra dicta igitur die dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et habeat,

4 cf. Gen. 1, 20 7 Gen. 1, 21. 22 8 Gen. 1, 21 17 cf. Matth. 19, 26 21 cf. Gen. 1, 24 23 Gen. 1, 25 24 cf. Gen. 1, 31 25 Gen. 1, 26

1 haec *P* ne *om. C* (*add. s. l.*), *NX* 2 si *G*, (*corr. m3*) *B* 3 non ambigantur quinto dein *om. X* 4 reptilium *N* 5 uolantia] *om. P* uolentia (*corr.*) *C* 11 dispicere *N* 13 ebetas *C* nesciunt (*corr.*) *C* 14 qui (*add.* non *s. l.*) *C* 15 quid] quod *P* 16 fieret (*corr. m. rec.* fierent) *M* quam (*corr. m. rec.* quia) *M* (*corr. m2* quoniam) *F* (*corr.* quod) *A* 19 enim] ergo *X* insensibilem] sensibilem *X* 20 produceret *C* 21 terram (m *eras.*) *M* 22 sic factum est *GA*

inquit, potestatem super omnia quae facta sunt super terram. primum quidem fecit deus substantias ex quibus mundum conpaginaret, quo conpacto et omnibus ornatibus decorato et necessariis honestato post haec hominem fecit, qui frueretur eo et omnibus quae in illo sunt. nam cum omnia super terram ex aquis et terra produci iussisset, hominem tamen ut faceret, limum terrae manibus adprehendisse describitur, ut multum differre hominem ab his, quae fecerat, edoceret. ad honorem enim hominis pertinere uult, quando eum dei manibus factum describit et factum ad imaginem et similitudinem dei, id est ad patris et filii.

17. Quid sit autem 'ad imaginem et similitudinem', quamuis alibi dixerimus, hic tamen locus et causa postulat ut iterum dicamus. patris enim ad filium uerba sunt dicentis: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, quamquam in omni opere utriusque intellegatur persona, dicentis et obaudientis. haec ergo imago dei est in homine, ut unus factus sit quasi dominus, ex quo ceteri orirentur, habens imperium dei quasi uicarius eius, quia omnis rex dei habet imaginem. ideoque mulier non est facta ad dei imaginem. sic etenim dicit: et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum. hinc est unde apostolus: uir quidem, ait, non debet uelare caput, quia imago et gloria dei est; mulier autem ideo uelat, quia non est gloria aut imago dei. similitudo autem dei haec est in homine, ut, sicut ex patre filius, simi-

7 cf. Gen. 2, 7 10 cf. Gen. 1, 26 13 Quaest. 21 (p. 47, 27) et 45 (p. 81, 9) 14 Gen. 1, 26 21 Gen. 1, 27 22 I Cor. 11, 7 23 cf. I Cor. 11, 6

1 super *pr. om. P* 2 deus *om. P* 3 ornatibus—omnibus *om.* (*add. mg.*) *C* 5 quae] qui *codd.* (*corr. A*) 6 ex aquis et terra *om.* (*add. s. l.*) *C* 7 discribitur *CN* 8 edoceret] et doceret *P* 9 homines *N* eum] enim *N* 10 factum *alt.*] factum est *P* 14 dicentes (*corr.*) *N* 16 omni *om. CNX* dicentes *N* 17 oboedientes *C* obaudientes *N* hominem *N* 18 orientur *X* 21 enim *P* 25 ut sicut ex patre filius similiter ex homine *om.* (*add. mg.*) *M* patri *N* similiter] et *add. P*

liter ex homine mulier, in hoc plane dispar, quia haec facta, ille uero natus est.

18. Quibusdam tamen uidetur omnia simul dominum fecisse. 'si enim uerbo', inquiunt, 'fecit, quare non omnia simul fecisse dicatur? nam hic hominum mos est, si partibus fecisse credatur.' ad potentiam ergo magis dei proficere dicunt, si uno die omnia ab eo facta credantur. porro autem magnam prouidentiam in hoc opere et ordine contuemur. nam potuit utique simul facere cuncta, sed ratio multiformis prohibuit et sepositis his omnibus scripturae diuinae fides habenda est, quae dicit et saepe dicit, quia in sex, inquit, diebus fecit dominus deus tuus caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt. primo enim in loco sic debuerunt fieri, ut sentirent ac scirent quia facta sunt. quando enim non se omnia simul uiderunt sed unum hodie, cras alterum, cognouerunt initio se contineri nec posse aeternitatem suspicari, ubi se partibus inuicem recognoscunt. nam si omnia simul exstitissent, non esset eis sensus infirmitatis, sed putarent se non coepisse. quae enim uerbo dei subito simul existunt, non se fieri sentiunt, nisi aliud ante se aliud post se uidendo. et ne forte illud quod primum factum est putet se infectum maiora post se facta cernendo, hoc credit de se quod uidet in alterum potiorem. denique lumen, quod dies appellatur, ante se habet caelum et terram, id est aquam et aridam. cum autem ipsa aqua et arida et tenebrae confusa fuissent facta, aeternitatem sibi uindicare non poterant, quia nemo harum statum et proprie-

11 Ex. 20, 11

2 est facta *GA* 3 tamen] tunc *C* deum *PNX* 4 si enim uerbo inquiunt fecit quare non omnia simul fecisse *om. P* uerba *N* 5 hoc *P* mors *X* est] est (*add. m. rec. s. l.* ut) *M* 8 continemur *N* 10 est *om. P* 11 quia in] quam (*corr. m2* quoniam) *F, B* quia *GA* 12 et *om. ante* mare *N* 14 quia] quare *GA* 16 se *pr.*] sem (*corr.*) *N* continere *N* 18 non *alt.*] nunc *C* 20 uiuendo *X* 21 illud] aliud *X* factum *om. X* est *om. N* maiore *C* 22 facut (?) *M* altero potiore *M m. rec.* 24 ipse (*corr.*) *C* 26 horum *C* statuam *C*

tatem sibi ausa est uindicare. sol iterum et luna cum sint clarissima, ante se habent multa. ita ergo factum est, ut, potiora posteriora, anteriora autem inferiora cum se uident, nihil horum sibi uindicet aeternitatem.

19. Praeterea, quia sex diebus opus consummatum, totius mundi aetatem in se continet, ut sex dierum opera sex milium annorum haberent figuram, quia, quod uno quoque saeculo futurum erat, sex dierum per ordinem operibus continetur: ut — puto quia prioribus saeculis tanta cognitio dei in terris futura non erat —, sine splendore anteriores dies uiderentur; ut autem ante hominem pecora fierent, quia ueteres nostri inculti et agrestes pecorum more uicturi erant; sexto autem die homo fieret, haec res fecit, quia sexto millesimo anno aduentus Christi hominem fecit, ne morti esset obnoxius; ut autem imago dei esset homo, quia dono dei coimaginari haberet filio dei dicente Iohanne apostolo: scimus autem, inquit, quia cum apparuerit, similes ei erimus. et uas electionis: coimaginati, ait, filio dei. arbor autem uitae, quae posita est in paradiso, imago fuit futurae gratiae dei, quae est corpus domini, quod qui edit, uiuet in aeternum. nam arbor scientiae boni et mali lex est data per Moysen, quae, cum cognitum fecisset peccatum quod prius latebat, dedit scientiam boni et mali. ostendit enim quid esset bonum, quidue malum. illud uero, quod septimo die requieuit ab operibus suis, hoc significauit, quia impleto sexto millesimo anno in septimo millesimo requiesceret cessante iam mundo ab omni opere saeculari.

12 cf. Lucret. V 929 sq. 14 cf. Rom. 8, 2 16 I Ioh. 3, 2 17 Rom. 8, 29 18 cf. Gen. 2, 9 20 cf. Ioh. 6, (51.) 58 cf. Gen. 2, 9 21 cf. Rom. 3, 20 24 Gen. 2, 3

3 posteriora] potenciora *P* 5 consummatum est *GA* 6 operum (*corr.*) *M* 9 puto *Engelbrecht* puta *codd.* 11 haec (*eras.*) quia ueteris *C* 12 egrestes *C* uictori *C* die] die ut *P* 14 essent *M* 15 haberet] adheret (*corr.*) *C* 17 uas] uos *C* 20 edet *P* uiuit *P* 21 lex est data—mali *om. N* 23 esset] et (*corr.*) *C*

20. Haec diximus pauca de multis, ut uiam panderemus intellegendi secundum ea quae supra ostendimus.

CVII. DE ORDINE DIEI ET NOCTIS.

1. Quantum ad mundi rationem pertinet, tenebras ante legimus quam lucem. ea enim, quae ad mundi fabricam profecerunt quaeque simul facta uidentur, lumine priuata fuisse considerantur, id est aqua terra tenebrae, ex quibus conpaginatus est mundus, sicut continetur in Sapientia, quae dicitur Solomonis: ex materia inuisa, hoc est tenebrosa. et tenebras enim et aquam factam sacra uolumina ipsius domini uoce testantur per Eseiam profetam: ego enim, inquit, deus qui feci lucem et creaui tenebras. similiter et per Dauid et aquas factas et terram firmatam super aquas spiritus sanctus ostendit. quod conuenit et euangelicae auctoritati et apostolicae traditioni, in quibus omnia facta leguntur et, ut nihil exciperet, siue quae in caelis sunt, ait, siue quae in terris.

2. In hac ergo parte, quae ad terras pertinet, ante tenebras legimus quam lucem. hoc, quantum ad ordinem lectionis pertinet, non quantum ad dignitatem; nam utique multo melior lux quam tenebrae. in mundi tamen ratione lux accepit nomen, ut appellaretur dies et tenebrae nox, sed hac scilicet ratione, quia, dum inluminantur tenebrae et praeterit lux, illud tempus, quamdiu redeat lux, dicitur nox et illud tempus, quo inluminantur tenebrae, appellatur dies. nox ergo cum dicitur, speratur futurus dies et, cum dies dicitur, speratur fore nox. cum uero

4 cf. Gen. 1, 2. 3 9 Sap. 11, 17 (18) 11 Esai. 45, 6. 7 13 cf. Ps. 135, 6 16 Col. 1, 20. cf. Ioh. 1, 3 18 cf. Gen. 1, 2. 3 20 cf. Gen. 1, 5

2 ea *om.* *P* 5 fabricam mundi (*om.* ad) *GA* proficerunt *X* 9 inuisa (*m. rec. s. l.* inuisibili) *M* est *om.* *X* 11 inquit *om.* *N* 12 lucem] celum *P* creauit *CN* (*corr.*) 13 firmauit *P* 20 accipit *C*, (*corr.*) *A* 21 appelletur *PCNX* 22 praeteriit *CX* illud] illa ad *C* 23 reddat (*corr.*) *M* rediat *C. N* (*corr.*), *FB* radiat *GA* qui *X* 25 fore] futura *P*, (*in ras.*) *N*

officia haec cessauerint transeunte mundo, tenebrae tantum dicentur et lumen. non enim potest dici nox, cum perpetuo sint tenebrae, neque dies, cum occidere cessauerit lumen. ubi enim aeternitas est, cessant haec nomina, quia cum mundo coeperunt. denique antequam lux fieret, quae appellata est dies, non nox legitur fuisse, sed tenebrae; quae postquam inluminatae sunt et praeteriit lux, uespera appellatae sunt et nox.

3. Igitur, quantum apparet, subiecta est nox diei. nec enim, quia ante tenebrae leguntur quam lux, idcirco anteponendae debent uideri, quia et caelum ante solem est et tamen claritate maior est sol et terra ante hominem et pecora et cetera animantia et tamen subiecta sunt homini. non ergo idcirco nox praeferri debet diei, quia ante leguntur tenebrae, cum appareat et dignitate lumen tenebris et tempore diem nocti anteponi. sicut enim supra ostensum est, cum essent tenebrae, facta est lux.

4. Et appellauit deus lucem diem et tenebras appellauit noctem; et factum est uespere et factum est mane dies unus. nam nisi dies fuisset, nec nox; tenebrae enim erant, quae cum inluminatae sunt et praeteriit dies cursu suo peracto, factus est uesper. et cum post uesperum inluxisset, factus est dies primus nocte transacta, ut diem sequeretur nox. hoc et dignum est et ratione commendatum, ut inferior natura per omnia subiecta sit potiori.

5. Quo modo ergo nox ante diem dicetur, cuius nomen post diem legis? non enim appellata fuisset nox neque uesper, nisi

5 cf. Gen. 1, 2. 3 18 Gen. 1, 5

2 enim (*in ras.*) *N* no•x *N* 3 sunt *P* 7 uesper *P* uespere *CNX* 8 et (*eras.*) *N* 11 tamen] tunc *C* 12 claritatem *C* magior (*corr.*) *C* 14 et *ante* tenebrae *add. CNX* 15 dignitatem (*corr.*) *CN* et tenebris *C, N* (*eras.* et), *X* tempora *GA* 18 et *pr. om. C, N* (*add. m. rec. mg.*), *X* 20 esset *post* nox *add. N m. rec. mg.* 21 inlumita *C* 22 uesper] uespere *C* uesper• *N* inluxisse *C* 23 requiretur *C* 24 indignum• *C* ••dignum *N* indignum *X* et *alt.*] ut *M* 26 dicitur *CNX* 27 uespera *C*

facta lux diem egisset, quo transacto factus est uesper, qui est nox: dies utique factus est uesper, ut scias noctem partem esse diei. tunc enim consummatur dies, cum transit et nox. denique sic dicimus: 'annus dies habet CCCLXV', non utique sine noctibus. cum enim dies dicimus, ibidem conputamus et noctes. sub auctoritate enim diei significamus et noctem; nam si nox praeiret diem, sub uocabulo noctis conputaretur et dies. quis etenim hominum dicat: 'post quinque noctes uidebo te', et non: 'post quinque dies'? nec legisse nos meminimus alicubi noctem ante diem significatam. nam fuit, inquit, Moyses in monte XL diebus et XL noctibus; et in psalmo: sol, inquit, non uret te per diem neque luna per noctem; et ut de ipsis primordiis demus exemplum: fiant, inquit, luminaria in firmamento caeli sic, ut luceant super terram; luminare maius in inchoationem diei et luminare minus in inchoationem noctis. si luna potest praeponi soli, sic et nox diei, sed, sicut luna sub sole est, ita et nox sub die. et in euangelio habemus sub auctoritate et numero dierum significatas et noctes. ait enim inter cetera dominus: sunt hic quidam circumstantium, qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis in regno suo. et subiecit: et factum est post dies octo, et cetera. numquid non in hoc numero continentur et noctes? et alio loco: haec, inquit, in Bethania gesta sunt trans Iordanen, ubi erat Iohannes baptizans. postera die uidit Iesum uenien-

10 Ex. 24, 18 11 Ps. 120, 6 13 Gen. 1, 15. 16 19 Luc. 9, 27 22 Luc. 9, 28 23 Ioh. 1, 28. 29

1 est] et *P* uespere *C* 2 uespere *C* 3 esset *P* transit et] transiet *M* transiit et *C*, (*corr.*) *G* 4 dies *om. M* CCC. LXVI (I *eras.*) *M* 5 conputauimus *P* 7 praeieret *C*, *N* (*corr.*), *FG* 8 noctis (*corr.*) *N* 11 montem *NG*, (*corr.*) *A* sol *om. FB* 12 in die *P* neque] et *P* 14 sic] — *N* 15 luminare maius in inchoationem diei et *om. C* in *om. M* (*add. m. rec.*), *N* (*add.*), *X* (*add. A*) 16 in *om. C*, *N* (*add.*), *X* (*add. A*) inchoatio (*corr. m. rec.* inchoatione) *M* 17 sic] sicut *X* 19 significatos *C*, (*corr.*) *N* significat *X* (*corr. A*) 20 de circumstantibus (*ex* cirstantibus *G*) *GA* 22 est *om. CX* 25 iohannis (*corr.*) *N* uidet *PCN*

tem. numquid dixit: 'postera nocte'? iterum sequitur: sequenti die uoluit proficisci in Galileam, et in subiectis: et die tertia nuptiae factae sunt in Channan Galileae.

6. Ecce ubique dies in auctoritate probatur noctem habens subiectam. si enim numerus noctis nomine contineretur, praeiret nox diem. nam quia Romani regnum habent, Hispani et Galli et Affri et ceteri subiecti eis sub eorum nomine Romani uocantur; ita et nox, quia subiecta est diei, sub eius nomine continetur. sed inde quidam falluntur, quia Iudaei in sabbatum uespere iubentur intrare, non considerantes cur ita mandatum sit. nam utique pridie necesse habent emere sibi escas et praeparare in sabbatum et lautum ire. numquid possent haec nocte facere, ut orto die intrarent in sabbatum? dominus certe uespere resurrexit et diei deputatur. in die enim resurrectio celebratur, qui dies dominicus appellatur — sic enim legis: haec dies quam fecit dominus —, non tamen nox dominica, quia principatum dies habet. siue enim praeterito diei siue futuro, semper nox subiecta est, quia et ordine inferior est et natura dicente apostolo: filii diei estis et luminis, non noctis et tenebrarum. et si de consulibus coniciamus, uidebimus illum primo nominari qui prior eligitur. denique solet dici: 'cum illo quis erit consul?' si ergo et nox ante diem esset, prior et nominaretur. nam usque adeo a die incipit numerus, ut puta si dicamus: 'cras sexto Kl. est,' a mane utique usque dum ueniatur ad aliud mane, ut transacto

1 Ioh. 1, 43 2 Ioh. 2, 1 9 cf. Ex. 16. 5. 6 13 cf. Luc. 24, 1 sqq. 14 cf. Apoc. 1, 10 15 Ps. 117, 24 18 I Thess. 5, 5

1 nocte (n *in ras.*) *N* sequente (*corr.*) *N* 2 gallileam *M* galeam *corr. fort. m2*) *C* 3 tertio *N* fatae *N* channan (*m. rec. corr.* chana) *M* chana *PNX* (*A corr.* cana) chanan *C* gallilee *M* 6 nam] iam *P* romam regimen *P* gali *G, A* (*corr.*) afri *PNX* 12 lautum (*corr. m. rec. s. l.* lauatum) *M* 13 surrexit *X* 14 resurrexit *X* (*corr. A*) quid (*corr.*) *N* 15 enim ••• *M* 16 tamen] tunc *C* dominica (*corr. m. rec.* dominicam) *N* quia] quam *N* 20 primo nominari] primominari *M* 22 et *alt.* (*eras.*) *N* usque adeo] et luna utique *P* adeo] abeo *GA* 23 a *om. X* sextu *M* (*corr. m. rec.*), *C, N* (*corr.*) est• *N* 24 dum *om. P*

die et nocte conputetur. nam et luna utique initio mane facta est quarta decima; facta enim lucere debuit tota nocte et in aliud mane coepit quinta decima. quid ergo ambigitur, ut non a die principia teneantur?

7. Propter quorundam contentiones de re manifesta coacti sumus latius loqui, cum ipsa se lectio explanet, in qua dies ante noctem aperta ratione significatur. haec omnia supra memorata secundum mundi originem diximus. uerum si altius loqui uelimus, intellectum nostrum spiritali erigentes uigore incongruum deprehendemus tenebras ante lucem creatas adserere. si enim lucis caelestis natura est et tenebrarum terrena, ineptum utique est post tenebras lucem factam putare, quia Moyses lucem quidem factam, sed in qua nunc mundus est parte, non quia tunc creata est, dicit, quia omnia spiritalia ante creata sunt quam carnalia, ut lux quae in supernis erat fieret in subiectis, ut lampas in domo. qua autem ratione ante lucem tenebrae dicuntur, cum semper post lucem uideantur? denique caelestia et spiritalia lumen natura esse creduntur, terrena et carnalia tenebrarum, ut tenebrarum natura potentia luminis subsistere uideatur, quia omne imum summitatis est. nam si requiramus, in ipso sole tenebras deprehendimus. quando enim, si iuxta illum fueris, tam clarissimus uidetur, ut perspici non possit; si uero in interuallo, clarissimus quidem, sed ut possit aspici; si autem longe, minus clarissimus et quicquid longius defectus quidam apparet, qui tenebras nuntiat, et ita peruenitur. ut tenebrae ex lumine ortum capere uideantur, itaque qui fecit

2 facta enim lucere debuit tota nocte et in aliud mane coepit quinta decima *om.* *P* 3 XV. *C* ambitur *X* 5 rem *FB* 6 lectione (*corr.*) *N* 7 aper (*corr. m. rec.*) *M* 8 mundi•• *N* uero (*corr.*) *N* 9 uellimus *CN* (*corr.*), *B* uellimur *F* 10 deprehendimus *CNX* creata *P* 11 lucis (*corr.* lux) *N* tenebrarum (*corr.* tenebrae) *N* inceptum (*corr.*) *N* 13 quidam *FB* quedam *G, A* (*corr.*) in qua] iniqua *C* in aqua *X* (*corr. A*) 16 autem] autem in *P* 20 subsistere (s *tertium in ras.*) *C* imum] unum *P* primum *X* 21 requiramus (*corr.* requeramus) *N* deprehendemus *P* 22 si (*eras.*) *N* 25 appareret *C*

lucem, hoc modo creauit et tenebras, quo modo faciens aquam simul creauit et terram; ut sicut firmum aquae terra est, ita tenebrae defectus luminis.

8. Deus autem solus est qui defectum non patitur, qui, cum ubique sit, immo omnia intra se habeat, tam praeclarus est ut a nullo uideatur, nisi se uoluerit temperare. denique saluator, cum esset in corpore et clausus non esset, tamen minime uidebatur, nisi uoluisset. nam utique, quod in monte transfiguratus est et in claritate magna apparuit, hoc ueluti latebat in corpore, quod, cum uoluit, manifestauit. quo modo ergo latebat qui clausus non erat? nam si cum corpore clausis ostiis intrauit ad discipulos, quem ad modum diuinitas eius non omnia penetrat? hoc est, claudi non potest, quia defectum non patitur. cum ergo nusquam desit deus, illic tamen dicitur esse, ubi apparet et uult uideri. cum ergo omnia in deo sint, quia excedit cuncta dicente apostolo: in ipso enim uiuimus et mouemur et sumus, ipse tamen in nullo est nisi in quo uoluerit. mysterio enim quodam in omnibus est et prouidentia quadam in quo uult apparet.

CVIII. DE LINGUA HABREA, EX QUO NOMEN ACCEPERIT.

1. Omne quod a deo est, rationale est et uni cuique rei exordium causa dat, quae sit origo ipsius, ut non absurde nominari aut subsistere uideatur, sed ut nuncupatio rem ostenderet, quae caput intellegatur esse ipsius nominis. igitur ratio hominis

9 cf. Matth. 17, 1. 2 11 cf. Ioh. 20, 19 16 Act. 17, 28

1 hoc (*corr.* hic) *N* modo *pr.*] mundo *PC, N* (*corr.* mundum), *F* 2 firmum] fimum (*corr. m. rec.* summum [?]) *M* firmiter (ter *in ras.*) *N* terrę *C* est ita tenebrae] stat atenebre *C* 4 defectum] effectum *CNX* 5 sit] ••• *M* ut—est (*9*) *om.* (*add. mg.*) *C* 6 nesi *N* 10 quod (*in ras. m2 fort.*) *M* 10 cum *om. M* 11 clausis] clausus *P* 13 cladi *M* 15 sunt (*corr.*) *N* excidit *C* (*corr.*), *NX* 17 ministerio *C* (*corr.* misterio), *N* est] e (*eras.*) est *C* 19 appa••ret *C* 20 hebraea *P* ebraica *CNF* hebraica *X* qua *N* 21 accepit *N* 22 rationabile *GA* 23 causam *P* 24 nuncupatio rem] nuncupationem *N* ostenderet] significet *P* 25 intellegitur *PX* nomine *N*

est causa qua constat. constat autem ex quattuor elementis, terra aere aqua igne, deo auctore dumtaxat; quintus est animus quasi auriga, ut concretum et figuratum corpus agitet quasi imperator ipsius. ex hoc omnes initium sumpsimus et eius nomine nuncupamur. homines enim uocamur propter humum, unde pater noster forinsecus originem habet. igitur causa et ratio facit, ut ex nomine alicuius ceteri subsistentes sub eodem nomine appellentur ipsum significantes in sese.

2. Quam ob rem uideamus si congruit, sicut quidam putant, ex Heber dictos Hebreos. uidetur enim, quantum ad nomen pertinet, inde huius nominis origo descendere; anterior est enim Heber quam Habraham. quod si esset uerum, deberent hi, qui de tribu Heber sunt, post ipsum eodem nomine nuncupari; ab Heber enim septima generatione natus est Habraham. si ergo super Habraham uel ipse Habraham Hebreus dictus est, sine dubio Hebrei ab Heber nuncupantur; si autem non legitur super Habraham dictos Hebreos, sed post Habraham, non iam utique ex Heber, sed ab Habraham dicuntur Hebrei, quippe cum filii Habrahae primo hoc nomine appellati noscantur. in Genesi enim Iosef et fratres eius Hebrei sunt appellati. scientes enim Habraham fuisse, qui de Syria descendisset in Chanaan et multiplicatus fuisset, fidei causa omnibus copiis refertus rex et profeta appellatus et pater multarum gentium, qui cum trecentis decem et octo uiris uernaculis suis quinque reges confoderit,

14 cf. Gen. 11, 16—26 19 cf. Gen. 43, 32 21 cf. Gen. 12, 4—5. 17, 2 seqq. 23 cf. Gen. 14, 14—15

1 quatuor *M* quatur (*corr. fort. m2*) *C* 2 scilicet *ante* terra *add. PB* terre (*corr.*) *C* aera *N* igne aqua *P* auctorem *P* 3 figuratum] figura tunc *C* agitet] agit et *PNFB* 5 nuncupatur *P* uocantur *N* humanum (?) (*corr.*) *N* 7 f.acit *C* ceteris *C, N* (*corr.*), *X* 8 se *X* 12 abraham *PCNX* essent (*corr. m. rec.*) *M* deberet *C* hii *PCNX* 14 abraham *PCX* 15 uel ipse habraham *om. X* ipsi *CF* hebreos *N* 18 ab] *om. CNB* ex *GA* 19 abraham *CNX* primi *P* primom (*corr.*) *C* noscuntur *M* (*corr.*), *C* 21 syriae *C* siria *N* chanan *M* (*corr. m. rec.* canaan), *CF* 22 refectus *M* refertur *X* 23 trecentis et (et *eras.*) *M* tricentis *CN* 24 uernalis *C*

quia non in angulo haec gesta et dicta sunt, ut laterent, eos, qui ex semine eius erant, Hebreos nuncuparunt. ordinis ergo et meriti fuit Habrahae, ut caput fieret his qui ex eo traducem habent. dei enim iudicio princeps et origo positus est in terra Chanaan, ut ex eo geniti alterius essent et professionis et conuersationis, quam fuerat ipse, priusquam descenderet in terram Chanaan; innouatus enim ipse nouum constitueret populum in dei deuotione. hinc est unde apostolus Paulus Hebreum se ex Hebreis fatetur; hoc enim dignitatis uidebatur esse cognomen. testimonium enim et nobilitas generis erat, ut ex nomine eius cognominarentur, qui multis modis deo placuerat quique eis erat origo.

3. Abnuatur, si non conuenit rationi; spernatur, si dispar est; conuellatur, si alienum est a meritis Habrahae, et nos refellamur quasi adulatores eius. quae est haec inimicitia aduersus Habraham, quae aemulatio, qua ei obtrectant inimici, et qui sunt hi, nisi qui filii eius dicuntur? quid est in quo displicet Habraham, ut gloria haec aliena ab eo putetur? et quid est quod placeat in Heber, ut primatum istum habere dicatur? cuius si conuersatio possit inquiri, inueniretur forte idola coluisse sicut Thara et Nachor et pater Nachor, quos constat non longe ab eo fuisse, sicut testatur Hiesus Naue, quia hi idola coluerunt.

4. Aut certe qui ex diuerso sunt, ostendant qua ratione uindicandum est hoc Heber, ne forte a nobis subprimatur meritum eius; sed nullum est, quia communes sunt nobis scripturae et quid uni

1 cf. Act. 26, 26 8 cf. Phil. 3, 5 22 cf. Ios. 24, 2

2 semini *N* erunt *N* 3 meritis *GA* fuit. (it *in ras.*) *M* hiis *P* 5 canaan *M* chanan *C* 7 ut *s. l. m. rec. ante* innouatus *add. M* enim] ... *M* constitueret (*corr.* constituerat) *CA* populum in] in populum *C* 10 nubilitas *N* 11 eius *om. CNX* 14 alianum (*corr. m. rec.*) *M* 15 refallamur *M* reffellamur *N* haec *om. C* 17 hii *PCNX* 18 gloria. *N* haec] habet *G*, (*corr.* habita) *A* putatur *C* 19 eber (*fort. corr. m. rec.*) *M* dicetur *C* 20 coluisset *N* 21 thar *C* 22 fuisse ab eo *GA* iesus *P* hiesu *C* iesu *X* na.ue *M* hi *om. CNX*

cuique debeatur in propatulo est. si enim ex solo nomine putant hoc debere defendi, infirmum et inprobabile est. tunc enim rite nomini eius uindicaretur, si causae aliquae testes exsisterent quae hoc confirmarent; possent enim aliqui eiusdem nominis rem sibi non suam uindicare. ideoque hoc est uerum, quod non solo nomine, sed et perspicua ratione firmatur. nam quoniam dignatione dei factum est ut in Habraham uisitaretur genus humanum et forma fieret salutaris hominibus, nulli est ambiguum. idcirco in ipso reparatum est quod fuerat amissum uitio fragilitatis humanae. hic enim imago quaedam positus est, ut ad eius similitudinem genus hominum reuerteretur ad deum, ut et dei culturam et sermonem, qui datus prius fuerat in usum hominum, recuperaret hominibus, quia, sicut in principio in Adam dei fuit imago, ut cognitio eius esset in terris, ita post ruinas humani generis et obliuionem ueri in Habraham reformatum est, ut ab ipso fides in deum iterum coepta germinaret in fructum. unde non est absurdum ut ex nomine eius plebs ab eo coepta uocabulum sortiretur.

5. Sed ne forte propter nomen Heber scrupulum patiantur, quia magis Hebreis Heber sonat nomen, quia Hebrei dicuntur, non Habraei, recognoscant iterum quia Hebrei, non Heberei dicuntur; Heber enim dictus est, non Hebrer. si ergo hinc

13 cf. Gen. 1, 27

1 solo nomine] solomone (*corr.*) *M* salomone *N* 2 infernum *N* 3 testis *N* 6 perspicua] *om. P* perspecua *X* quomodo *GA* 7 dignatione (*decem litt. s. l. eras.*) *M* 8 firma *C* 9 est] esse *P* 10 hic] hinc *C* (*corr.*), *B* quaedam *om. P* positus• *M* 11 hominum (mi *et* m *in ras.*) *N* inreuerteretur *CX* 12 fu•erat *M* usu *P* 13 hominum] homines *P* 15 geris *N* ueri *om. P*, *corr. m. rec.* ueritatis *M* 16 coeptum *P* 17 nomini *N* plebs (b *in ras.*) *N* 20 ebraei *M* ebrei *N* hebrẹi *X* 21 Habraei] habrei *P* habraei (h *s. l.*) *M* hebrẹi *C* ebrei *N* hebraei *FB* hebrei *G* (*corr.* habraei), *A* (*corr.* heberei) Hebrei] haebraei *M* hebrẹi *CAB* ebrei *N* Heberei] heberei (*alt.* e *s. l.*) *A* heb••ei (*corr. m2* hebrei) *M* (*m. rec. mg.* heberi) hebrei *C*, *G* (*corr.* habraei) heber ei *N* hebrẹi *B* 22 dictus] ductus (*corr.*) *M* dictum *N* est *om. GA* non *om. N* hebre *P* heber *C* hunc *GA*

inpugnandum putant, patiuntur quod faciunt et neuter nostrum habebit ex hac parte uictoriam, nisi is qui per ordinem reddita ratione ostendit uerum esse quod asserit. qui enim in una re par est, perdidisse dicendus est, si in altera inaequalis fuerit inuentus; nam propter sonum inmutata est littera, ut Hebrei pro Habraei dicerentur, quia melius sonat, quoniam et ex Iuda non Iudai dicuntur, sed Iudaei. ubicumque enim absurdum uisum est, inmutata est littera, ut uox sonum conpositum haberet. nam pro 'medidie' meridie dicimus et multa sunt talia. igitur conuenit, ut est ostensum, ut nomine Habrahae tam lingua quam populus nuncuparetur.

6. Haec ergo lingua est, quam dicimus primitus datam Adae et ceteris, quam propter praesumptionem turris aedificatae credimus in multas dispersam et confusam, ut non iam haec, sed multae ex hac inmutatione habita quorundam dictorum existerent, ut non haberet speciem nec tamen deperiret, sed tota confusa esset ceteris linguis. ita enim tunc actum est, ne se homines intellegerent et maiora auderent. tantae ergo tunc linguae intelleguntur exstitisse, quanti et homines fuerunt, qui dispersi locis, in quibus habitarunt, unus quisque linguam suam instituit.

7. Si autem ipsa esse minime putabitur quae scripta est tunc una fuisse, hoc supererit, ut de ceteris linguis collecta sit parti-

9 cf. Cic. orat. 47, 157 13 cf. Gen. 11, 1—9

1 praeutant (*corr.*) *N* nostrum] nomen *GA* 2 his *PMX* 4 rem *MN* (*corr.*) pars *C, N* (*corr.*), *X* perdisse *CNF* redisse *G* reddisse *A* 6 Habraei] habrei *P* habraei (h *s. l.*) *M*, (*alt.* a *s. l.*) *N* hebręi *C* hebraei *F* hebrei *B, om. G, A* (*m2 add.* habreis) iudea (*corr.*) *C* 7 Iudai] iudęi *C* Iudaei] iudei *PM* uisum est absurdum *GA* absurdum *N* 9 medi die *PFAB* meridie *C*, (*corr.* medio die) *N* talia] alia *MCX* et (?) (*eras.*) alia *N* 10 habrae (h *eras.*) *M* 12 primitiis *FG* datam] datam (*corr.* data) *C* data est *G* datam esse (se *s. l.*) *A* 14 s.ed.. (s *et* e *postea ligata*) *N* 15 multa *P* immotati.one *C* 16 haberent *P* 18 et] .. (*corr. m. rec.* ne) *M* audirent *CX* 19 fuerint *P* 20 dispersis *GA* habitarent (*corr.*) *C* 22 esse] esset *GA* putabatur *GA*

cuique debeatur in propatulo est. si enim ex solo nomine putant hoc debere defendi, infirmum et inprobabile est. tunc enim rite nomini eius uindicaretur, si causae aliquae testes exsisterent quae hoc confirmarent; possent enim aliqui eiusdem nominis rem sibi non suam uindicare. ideoque hoc est uerum, quod non solo nomine, sed et perspicua ratione firmatur. nam quoniam dignatione dei factum est ut in Habraham uisitaretur genus humanum et forma fieret salutaris hominibus, nulli est ambiguum. idcirco in ipso reparatum est quod fuerat amissum uitio fragilitatis humanae. hic enim imago quaedam positus est, ut ad eius similitudinem genus hominum reuerteretur ad deum, ut et dei culturam et sermonem, qui datus prius fuerat in usum hominum, recuperaret hominibus, quia, sicut in principio in Adam dei fuit imago, ut cognitio eius esset in terris, ita post ruinas humani generis et obliuionem ueri in Habraham reformatum est, ut ab ipso fides in deum iterum coepta germinaret in fructum. unde non est absurdum ut ex nomine eius plebs ab eo coepta uocabulum sortiretur.

5. Sed ne forte propter nomen Heber scrupulum patiantur, quia magis Hebreis Heber sonat nomen, quia Hebrei dicuntur, non Habraei, recognoscant iterum quia Hebrei, non Heberei dicuntur; Heber enim dictus est, non Hebrer. si ergo hinc

13 cf. Gen. 1, 27

1 solo nomine] solomone (*corr.*) *M* salomone *N* 2 infernum *N* 3 testis *N* 6 perspicua] *om. P* perspecua *X* quomodo *GA* 7 dignatione (*decem litt. s. l. eras.*) *M* 8 firma *C* 9 est] esse *P* 10 hic] hinc *C* (*corr.*), *B* quaedam *om. P* positus• *M* 11 hominum (mi *et* m *in ras.*) *N* inreuerteretur *CX* 12 fu•erat *M* usu *P* 13 hominum] homines *P* 15 geris *N* ueri *om. P*, *corr. m. rec.* ueritatis *M* 16 coeptum *P* 17 nomini *N* plebs (b *in ras.*) *N* 20 ebraei *M* ebrei *N* hebręi *X* 21 Habraei] habrei *P* habraei (h *s. l.*) *M* hebręi *C* ebrei *N* hebraei *FB* hebrei *G* (*corr.* habraei), *A* (*corr.* heberei) Hebrei] haebraei *M* hebręi *CAB* ebrei *N* Heberei] heberei (*alt.* e *s. l.*) *A* heb••ei (*corr. m2* hebrei) *M* (*m. rec. mg.* heberi) hebrei *C*, *G* (*corr.* habraei) heber ei *N* hebręi *B* 22 dictus] ductus (*corr.*) *M* dictum *N* est *om. GA* non *om. N* hebre *P* heber *C* hunc *GA*

inpugnandum putant, patiuntur quod faciunt et neuter nostrum habebit ex hac parte uictoriam, nisi is qui per ordinem reddita ratione ostendit uerum esse quod asserit. qui enim in una re par est, perdidisse dicendus est, si in altera inaequalis fuerit inuentus; nam propter sonum inmutata est littera, ut Hebrei pro Habraei dicerentur, quia melius sonat, quoniam et ex Iuda non Iudai dicuntur, sed Iudaei. ubicumque enim absurdum uisum est, inmutata est littera, ut uox sonum conpositum haberet. nam pro 'medidie' meridie dicimus et multa sunt talia. igitur conuenit, ut est ostensum, ut nomine Habrahae tam lingua quam populus nuncuparetur.

6. Haec ergo lingua est, quam dicimus primitus datam Adae et ceteris, quam propter praesumptionem turris aedificatae credimus in multas dispersam et confusam, ut non iam haec, sed multae ex hac inmutatione habita quorundam dictorum existerent, ut non haberet speciem nec tamen deperiret, sed tota confusa esset ceteris linguis. ita enim tunc actum est, ne se homines intellegerent et maiora auderent. tantae ergo tunc linguae intelleguntur exstitisse, quanti et homines fuerunt, qui dispersi locis, in quibus habitarunt, unus quisque linguam suam instituit.

7. Si autem ipsa esse minime putabitur quae scripta est tunc una fuisse, hoc supererit, ut de ceteris linguis collecta sit parti-

9 cf. Cic. orat. 47, 157 13 cf. Gen. 11, 1—9

1 praeutant (*corr.*) *N* nostrum] nomen *GA* 2 his *PMX* 4 rem *MN* (*corr.*) pars *C*, *N* (*corr.*), *X* perdisse *CNF* redisse *G* reddisse *A* 6 Habraei] habrei *P* habraei (h *s. l.*) *M*, (*alt.* a *s. l.*) *N* hebręi *C* hebraei *F* hebrei *B*, *om. G*, *A* (*m2 add.* habreis) iudea (*corr.*) *C* 7 Iudai] iudęi *C* Iudaei] iudei *PM* uisum est absurdum *GA* absur•dum *N* 9 medi die *PFAB* meridie *C*, (*corr.* medio die) *N* talia] alia *MCX* et (?) (*eras.*) alia *N* 10 habrae (h *eras.*) *M* 12 primitiis *FG* datam] datam (*corr.* data) *C* data est *G* datam esse (se *s. l.*) *A* 14 s•ed•• (s *et* e *postea ligata*) *N* 15 multa *P* immotati•one *C* 16 haberent *P* 18 et] •• (*corr. m. rec.* ne) *M* audirent *CX* 19 fuerint *P* 20 dispersis *GA* habitarent (*corr.*) *C* 22 esse] esset *GA* putabatur *GA*

culatim et conpaginata in speciem linguae unius qua uteretur Habraham, ut, quia pater multarum gentium erat, ex multis linguis sermonem haberet conpositum et esset per omnia innouatus. sed quia hi, quos memorat liber Geneseos unius uocis et sermonis, ab oriente migrasse leguntur et inde iterum dispersi a deo super faciem totius terrae, non utique illic remansit. qui in primitus lingua data remaneret. denique neque terram aliquam habet inter homines, ut ceterae linguae, neque gentem exceptis Iudaeis, quia primo homini data est in paradiso. et postquam confusae sunt linguae, nusquam reperta haec quae nunc dicitur Habraea. si igitur nusquam habet locum uel gentem — Habraham autem natione Syrus erat —, unde hanc linguam Habrahae uel ceteris seminis eius, nisi quia aut illa prior est aut certe de multis aptata? uidemus enim aliquantas linguas similia eius habere.

8. Sed non sic conuenit rationi quo modo illud, si prima ipsa esse dicatur; non enim otiose hoc factum ratio probat. ipsam enim linguam debuit Habraham habere, quam habuit primus homo, ut Moyses ueniens et creaturam et hominem a deo factum describens hac uoce uteretur, qua deus locutus est et hominem appellauit Adam et Adae mulier uocata est Eua, ut haec uox esset in libro Moysi, quae fuerat et in his quos describit, ut uere in omnibus reformatam doceret primam causam et beneficium diuinum in Habraham.

2 cf. Gen. 17, 4 4 cf. Gen. 11, 1 5 cf. Gen. 11, 2 cf. Gen. 11, 8 21 cf. Gen. 2, 16. 23

1 quia (i *eras.*) *M* 2 ex] .. (*corr. m. rec.*) *M* 3 et] ei *P* ut *C* 4 hi (*corr.* hii) *M* hii *CNX* his (*corr.* hi) *B* 5 orienti *C* 7 in] .. *M* primitiis *P* 8 in homines (*corr. m. rec.* hominibus) *M* ceterae] terrae *N* 11 habraea *M* hebrea *PN* hebrea *C* hebrea *G etc.* 14 uidimus *GA* linquas *M* 15 ei *P* 17 di.catur *N* otiosa *C* 20 ut (*eras.*) hac *C* 21 edae (*corr.*) *C* Eua] eua et (et *eras.*) *C* 23 descripsit *P* reformatum (*corr. m. rec.*) *M* 24 ambraham *P*

CVIIII. DE MELCHISEDECH.

1. Legimus in libro Geneseos de Melchisedech, simili modo et in epistula data ad Hebreos, quia obuiauit, inquit, Melchisedech sacerdos dei summi Abrahae reuertenti a caede regum et protulit panes et uinum et obtulit ei et benedixit eum dicens: benedictus es, Abraham, deo excelso, qui fecit caelum et terram, qui tradidit inimicos tuos sub manus tuas, et, ut significaret, quid intellegendus esset idem Melchisedech, adiecit: sine dubio enim, ait, quod minimum est, a meliore benedicitur. quod quidem non utique ad traditionem rettulit officii ecclesiastici. quis enim ambigeret regulam traditionis dominicae, qua benedicuntur subiecti domino, meliorem esse his qui benedicuntur ab ea? domini enim mysterium in his uerbis, quae ipsum complectuntur ac memorant, operatur. personae autem eius proprium meritum et potentiam uoluit demonstrare.

2. Quis ergo hic et quantus est, ad cuius conparationem minimus dicitur Abraham, quem constat in omnibus fidelibus signum habere testimonii nobilitatis ac fidei! igitur hic Melchisedech non utique sic benedixisse intellegitur Abraham, sicut faciunt homines sacerdotes, ut ex delegatione daret benedictionem uerbis solemnibus, sed quasi proprium, quam non per uerba, sed per naturam accepit substantialiter, ut sit ei propria.

3 Hebr. 7, 1 5 Gen. 14, 18 6 Gen. 14, 19. 20 9 Hebr. 7, 7 18 cf. Gen. 17, 11 21 cf. Hebr. 7, 8. 28

1 de melchisedech *add. CNX* 4 habrae *M* a caede regum] accaede (*pr.* c *s. l.*) regum *M* accedere (*corr. m2* accede regum) *C* 5 et *quart. om. P* 6 est *CNFB* a *ante* deo *add. M mg. CNX* 8 sub] in *N* 10 quid (*pr.*) *G*, (*corr.*) *A* benedicetur *P* (*corr.*), *X* (*A corr.*) 11 retulit *P*, *C* (*corr.*), *NX* rettullit *M* offici *C* 12 dominici *C* subiecti] subiecti enim *GA* 14 est mysterium (mist.-) *G*, *A* (*corr. m2 mg.* est ministerium) 15 autem] ho *M* (*uide Traube, Neues Archiv, XXVI 233 seqq.*) 19 habere (e *alt. in ras.*) *C* haberet *N* nubilitatis *N* 21 omnes *C* delicatione *P* dilegatione *CNX* 22 sonempnibus *M* solem.nibus *N* propriam *P* 23 accipit *C* sic (*corr.*) *M*

sacerdotes autem, quos antestites dicimus, regulam habent uerbis solemnibus ordinatam et traditam sibi, quam superponentes hominibus benedicunt, non quos uolunt, sed et aliquando quos nolunt, quia dator regulae ipse scit cui dari debeat uel infundi sacratissima benedictio.

3. Ille uero qui in natura habet benedictionem substantialiter, quem dicit summi dei sacerdotem, per uoluntatem dat benedictionem. uerba enim benedictionis et natura eius cum uoluntate concordant. nec errat, ut ibi uelit ubi non debet, neque nolit ubi debet, sed cui dederit uerba, dedit effectum. nostri autem sacerdotes super multos cottidie nomen domini et uerba benedictionis inponunt, sed in paucis effectus est. est iterum quando meliores se benedicunt. quamuis enim quis sanctus sit, curuat tamen caput ad benedictionem sumendam, quia non proprium sacerdotis est, sed dei inuentum. Heli enim sacerdos Annam benedixit et prosecutus effectus est non utique merito sacerdotis, sed ipsius Annae, cuius mundum cor inspexit deus.

4. Igitur Melchisedech non ideo melior Abrahae dicitur propter solum officium sacerdotii, sed et natura anteponitur illi, ut ultra homines intellegatur. nullo modo enim fieri potest ut qui tantum amico dei praeponitur et fideli usque adeo, ut amore eius nec filium suum carissimum dubitaret occidere, homo putetur. qua enim iustitia, quibus operibus plus posset mereri, quam meruit Abraham? nec enim erat plus quod faceret ad

7 cf. Hebr. 7, 1 15 cf. I Reg. 1, 17. 20. 19 cf. Hebr. 7, 7 22 cf. Iac. 2, 23 23 cf. Gen. 22, 10

1 regalam *M* uerbi *X* 2 ordinatum *N* 3 benedicuntur (ur *eras.*) *M* uoluit (*corr.*) *M* sed et aliquando quos nolunt *om.* (*add. mg.*) *M* et] ad *A* 4 quia dator regulae] quidat corregulę *GA* ipsae *M* daret *P* dare *N* 6 in *om. GA* naturam *N* 9 erat *CNX* uelet *M* uellet *N* 10 nolit nolet *MGA* noluit *N* ubi *om. C* non debet *CNX* dedit *om. X* affectum *C* 12 est *pr.*] et (*corr.*) *M* 13 qui *AB* 14 sanctos (*corr.*) *C* 16 persecutus *X* utique quae *N* 17 sacerdotes *N* 20 officium solum propter sacerdotii *P* 22 amore] timore *X* 23 putetur homo (*corr.*) *P* 24 possit *CNGA* meiiti (*corr.* meriri) *N* 25 quam] qua *C* facere *FB*

commendationem meritorum, quam fecit Abraham. primum enim, cum nesciret deum neque signum uidisset, quo ei suaderetur, dicenti sibi deo: exi de terra tua et de cognatione et de domo patris tui, nec distulit, sed statim oboediuit non solum praesentis dei, sed et futuri domini implens uoluntatem. dicit enim dominus: quicumque plus fecerit domum aut parentes aut fratres aut cognatos quam me, non est me dignus. qualis ergo Abraham et cuius meriti est, qui ante mandata saluatoris impleuit quam praedicarentur!

5. Apostolus hospitalitatem sectandam magnopere docet: hanc Abraham sic et tam deuote excoluit, ut uideatur ab hoc didicisse apostolus hanc praedicandam. deinde prouectus annis sic multiplicari credidit semen suum, quod prudentibus mundi stultum uidetur, quem ad modum sunt stellae caeli, ut, antequam sententia daretur prudentibus saeculi, ab hoc damnati uideantur. postea enim dictum est: perdam prudentiam prudentium. iussu dei circumciditur — quod non utique sine dolore fit — et non aegre fert, ut posteris formam daret patientiae. ex Sarra illi uxore sua iam anicula filius promittitur et non dubitat, ut futuris ostenderet in tantum auctoritati dei cedendum, ut, etiam si quae inrationabilia uidentur praecipiat aut promittat, non ambigatur, quia magis persona eius respicienda est quam uerba, ut, quod in uerbis infirmum aut inpossibile uidetur, persona

3 Gen. 12, 1 4 cf. Gen. 12, 4 6 cf. Matth. 10, 37 10 cf. Rom. 12, 13 11 cf. Gen. 18, 3 seqq. 12 cf. Gen. 17, 1 seqq. 13 cf. I Cor. 1, 20 14 cf. Gen. 22, 17 16 Esai. 29, 14. I Cor. 1, 19 17 cf. Gen. 17, 24 18 cf. Gen. 17, 16

2 quod *C* 3 dicente *GA* exii *C* 4 domum *N* 5 et *om. P* 7 cognitos (*corr.*) *C* 9 mandata.. *N* praedicaretur *Cm2* 10 apostulos *M* apostolos *FB* docet] monet *P* 11 tam] tamen *G*, (*corr.*) *A* 12 apostolos *FB* profectus *X* multiplicare *N* 16 post *P* -dam— circumciditur *om. X* sapientiam *P* 18 egri *N* fert] fit *CNX* sarrę *C* 19 anicula (*corr.* annicula) *C* annicula *X* 20 futurus *P* ostenderetur *N* auctoritate *PN* dei *om. P* credendum *CNX* 23 infirmum (infirm *in ras.*) *C* in persona (*corr.*) *P*

eius confirmet et faciat uideri possibile. deus est enim qui promittit, de quo credendum est, quia potest quod hominibus impossibile uidetur. quae enim offensio potest iudicari, cum plus de deo opinatur, quam de se sentit humanitas?

6. Propter quod datum sibi a deo Abraham filium eodem iubente occidere illum non ambigit nec tempus differt nec admiratur ad dei uoluntatem, ut filium, quem magnopere beneficii et admirationis dederat gratia, hunc iuberet occidi certus dei uoluntatem non debere ab homine retractari neque iussionem et factum dei sine prouidentia esse. quod ut omni deuotione festinanter impleret, matri eius coniugi suae non indicat non ignarus fragiliores esse circa filios feminas et posse huic deuotioni lacrimarum miseratione inpedimentum adferre; nec non et ipsum puerum latet usque ad horam necis, ut iussioni dei toto mentis obsequio oboediret non parricidium hoc deputans, sed holocaustum, quod iusto iudice auctore fiebat.

7. Quae igitur his maiora posset gerere Melchisedech, quibus praecederet Abraham, quem, sicut uidemus, in nullo constat inoboedientem fuisse? Moyses etenim, cui legitur facie ad faciem dominus esse locutus, missus ad gentem et fratres suos ire nolebat. Ionas adaeque profeta praeceptum sibi ut Nineuitis praedicaret inrupit, ut ad alium locum pergeret, quo missus non fuerat. Iob plane egregius in omnibus tamen motus amissione filiorum uestimenta scidit sua et totondit comam capitis sui: Abraham autem nec contristatus legitur de morte carissimi filii et quem iussus fuerat ipse occidere, nec alicubi deo sibi iubente legitur trepidasse.

1 cf. Luc. 18, 27 etc. 6 cf. Gen. 22, 10 11 cf. Gen. 22, 3 16 cf. Gen. 22, 7 19 cf. Ex. 33, 11 20 cf. Ex. 3, 10. 11 21 cf. Ion. 1, 2. 3 24 cf. Hiob 1, 20

1 confirmet—qui *in ras. C* 9 iussione *M* 10 sene (*corr.*) *M* deuotioni *X* 11 festinantur *C* 12 fragilioris *N* 14 ip.sum (i *s. l.*) *M* iussione *CNX* 15 non] nam *FB* 17 hiis *P* 18 praecederat *GA* 19 oboedientem *X* 20 esset *X* 21 adaeque] atque *P* adae qui *C* ad ea quae *X* profata *CX* 22 locum alium (*corr.*) *N* 23 tamen] tunc *C* 24 tondit *P* totundit *NX* capiti *MC* 26 sibi deo *GA*

8. Igitur per haec apparet Melchisedech ultra hominem esse, quia non erat unde melior esset quam Abraham, nisi sola praecedat illum natura. natura enim inpassibilis beatitudinem per substantiam habet, humana autem natiuitas beatitudinem adquirit per gesta. quia enim perfectionem deitatis non habet, per exercitium et conluctationem proficit ut melior fiat, cum plus uincit quam uincitur. si enim sic ageret — quod inpossibile est —, ut numquam peccaret, melior deo fieret — quod absit! —, quia natura quae potest peccare, sicut et non peccare, si semper uinceret, illi naturae praeponenda erat, quae ideo non peccat, quia inpassibilis est. non enim magnum uideretur non peccare, quia non potest, magnificum autem, si, cum posset peccare, non peccaret.

9. Hoc ergo interest inter substantiam dei et hominis, quia dei substantia beata semper est securitate inuincibilis aeternitatis suae; hominis autem substantia aliter beata fit, per laborem. et alia necesse est beatitudo sit inpassibilis, alia illius, qui tribulationibus conficitur, ut possit aliquando gaudere. beatitudo enim inpassibilis in eo est semper ut beata sit, passibilis autem post magna exercitia gaudet euasisse se mortem. contristatur ergo, ut possit gaudere, nec perpetuo securus passibilitate naturae; inpassibilis autem semper beatus est, quia neque nouit tristitiam neque suspicatur posse se contristari. nam et natura hominum, quamuis per laborem beatitudinem consequatur, non erit tamen intacta neque deerunt ei cicatrices. qui enim fieri potest ut saepe congressa et aliquotiens uicta non sit uulnerata? inpassibilis autem semper intacta inlaesa inuiolabilis manet.

10. Igitur non minimus diceretur Abraham ad Melchisedech, nisi potior esset natura Melchisedech quam Abraham. nam

28 cf. Hebr. 7, 7

2 quia] qui *GA* unde *M bis* 3 inpossibilis *C* beatitudine *CNX* 4 perquirit (*corr.*) *M* 5 quia] qua *X* excitium *C* exitium *NX* 6 profecit *NFB* 8 quia] qua *X* 9 peccare sicut—erit si abit (*p. 271, 10*) *om. MCNX* 15 substantia aliter *Morelius* substantialiter *P* 19 exercitia *scripsi* exitia *P edd.* euasisse se] euasis se se *P* euasisse *edd.* 23 consequitur *edd.* 24 intanta *P* deerint *P* qui *scripsi* quin *P* quomodo *edd.*

haec quae diximus ingenii esse forte uidentur; si autem legem respiciamus, plurima adhuc et potiora dicentur. hic enim Melchisedech rex Salem, sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahae regresso a caede regum, qui et benedixit eum, primum quidem interpretatur rex iustitiae, deinde rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre et sine genealogia neque initium dierum nec finem uitae habens; similatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum. et ut haec locis quibus significauerat commendaret, de eo adiecit: uidetis, ait, quantus sit hic, cui decimas dedit Abraham de primitiuis princeps patrum. ut enim qua potentia et quanta Melchisedech sit ostendat, laudat Abraham dicens quia princeps patrum est, hoc est ceteris omnibus melior Abraham, sed minimus ad Melchisedech.

11. Nonne manifestum est hunc hominem non esse, sed meliorem? quid est enim quod dicit de eo, quia rex pacis est et rex iustitiae? propius accedite et uidete. de longe enim solem uidentes lucernam putatis et argentum aspicientes aestimatis stannum. potest aliquis hominum dici rex pacis adque iustitiae? pax enim hominibus praedicatur, similiter et iustitia; hic autem ideo rex pacis et iustitiae dicitur, ut ab eo iustitia et pax originem habere noscatur. non enim super ipsum esse dici potest, quod ab ipso regitur. nam homines iustitia magistra et pace erudiuntur ad deum promerendum. haec ergo, quae hominum magistra est, Melchisedech habet regem. quantum ergo melior est homine Melchisedech, quando gubernatrix hominum sub ipso est! hoc est regem esse regum.

12. Itaque cum rex iustitiae et pacis dicitur, auctor eorum esse significatur. ut quo modo dominus Iesus auctor uitae est,

2 Hebr. 7, 1—8 10 Hebr. 7, 4 13 Hebr. 7, 4 16 cf. Hebr. 7, 2 27 cf. Apoc. 19, 16 29 cf. Act. 3, 15

def. MCNX 8 simulatus *P* 10 de eo] deo *P* 12 qua *edd.*] quę *P* 17 proprius *P* 19 stannum] stagnum *P* 21 iustitiae et pacis *P* 26 hominem *P* 29 ut quo modo *pleonastice pro* ut, *cf. p. 106, 1*

ita et Melchisedech auctor iustitiae et pacis, quia qui per Christum uiuunt, hi dispensante iustitia et pace reguntur. cordibus enim seruorum dei iustitiam infundit et pacem ad exornandam disciplinam dominicam. scriptum legimus in psalmo octogesimo quarto, quia iustitia et pax complexae sunt se et ueritas de terra orta est, et, ut de qua iustitia diceret ostenderet, ait quia iustitia de caelo prospexit. hoc de tempore saluatoris scriptura ostendit, quo iustitia dei data est mundo per Christum in cognitione mysterii dei unius, quod ante promiserat — iustum est enim scire creaturam ueritatem creatoris sui —, quae iustitia manifestata in terris sublata discordia, quae de iniustitia fuerat generata incogniti dei, pacificos fecit discordes, dum diuersos dudum in una fide constituit. sic 'se complexae sunt iustitia et pax et ueritas unius dei de terra orta est' magistra iustitia. incarnatio enim Christi ostendit quae esset de ipso deo ueritas cognoscenda. igitur haec certe iustitia dei est. similiter et pax dicente apostolo: ipse autem deus pacis conteret satanan.

13. Quo modo hoc possit discerni, non aduerto, ut, cum deus pacis pater sit domini nostri Iesu Christi nec non et ipse Christus — dicit enim: pacem meam do uobis —, de Melchisedech dicatur quia rex iustitiae et pacis est; qua ratione secernatur, non intellego. puto enim nihil differre, quantum ad rem pertinet, regem pacis a deo pacis. quia enim in mundo quisquam deus dici non debuit, ut uni soli, ex quo sunt omnia, reseruaretur hoc nomen, regem tamen qui imaginem eius haberet instituit, qui excepto dei nomine omnem potestatem eius haberet. sed quia terrenus est, hominum rex est, non tamen pacis et iustitiae, quia etiam ipse ducem habet iustitiam, quam non illi

5 Ps. 84, 11. 12 7 Ps. 84, 12 9 cf. Col. 2, 2 17 Rom. 16, 20 21 Ioh. 14, 27 22 cf. Hebr. 7, 2 25 cf. Rom. 11, 36 28 cf. Hebr. 7, 2

NX 1 *post* iustitiae *edd. add.* sit 4 LXXXIIII *P* 10 est *om. P* 11 manifesta *P* 14 dei *om. edd.* 17 conterat *edd.* 18 satanan *scripsi* sathan *P* satan *edd.* 19 discernere *edd.* 22 se cernatur *P* 26 nomen regem tamen] tantum nomen regem *edd.* 29 etiam *edd.*] tamen *P*

licet contemnere. iustitia enim deus illi est. res enim dei est iustitia et qui praeuaricatur eam, reus fit dei iudicio. Melchisedech autem, sicut datur intellegi, non more hominum rex appellatur, quia sub se habet iustitiam, quae regibus dominatur. nemo etenim potest habere sub se iustitiam, nisi eius naturae sit, ut peccare non possit. sub ipso autem esse ideo dicitur, quia ab eo inuenta est modo legis, per quam gubernentur, qui possunt peccare. igitur rex iustitiae moderator est uerborum a se inuentorum, quibus bene beateque et uiui possit et credi.

14. Diu multumque laboramus et adhuc minus de Melchisedech dicimus, nisi reuertamur ad scripturam, quae et ipsa diu pulsat et clamitat, ut pressos graui somno excitet ad intellectum non noctis, sed diei. dicit ergo quia 'sine patre, sine matre, sine genealogia' est Melchisedech et, ne aliter intellegeretur quam dignum est, adiecit: neque initium dierum nec finem uitae habens. per quod ostendit neque natum neque mortuum esse Melchisedech. quid ad haec tam manifesta humana argumentatur subtilitas? quae est tam uersuta ingenii calliditas, quae audet resistere manifestis, ut non sensum capiat ex lectione, sed sensum tribuat lectioni? uis infertur scripturis dominicis, ita ut etiam hos inimicos sentiat, qui auctoritati eius se inclinare uidentur. dicunt enim quidam non ita de Melchisedech debere credi, ut relatum est scripturis, ac per hoc ad sensum suum scripturas conuertunt; quibus melius esset aperte non recipere scripturas, quam dolose agere contra illas, ut sub nomine pacis paretur bellum et sub tegmine amicitiae lateat hostis.

15. Dicunt ergo non ad generositatem pertinere Melchisedech, sed ad humilitatem generis eiusdem, quia sine patre et matre legitur fuisse. hoc enim ideo aiunt sic scriptum esse, ut ostenderetur ex alienigenis fuisse, non ex tribu qua ortus est Abraham, quia genus eius non inuenitur in lege. 'unde et adiecit,'

13 Hebr. 7, 3 15 Hebr. 7, 3

def.MCNX 1 contempneret (*corr.*) *P* 15 neque] nec *edd.* 18 uersuta ingenii *edd.* ingenii uersuta *P* 22 inclinare] indiuinare *P* 26 pacis] patris *P*

inquiunt, 'et sine genealogia, ut intellegeretur penitus origo eius in lege descripta non esse, ut ex parentibus qualibuscumque per se ipsum uir bonus factus credatur'. porro autem tam incauta est scriptura, ut omnia per ordinem digesta causae necessaria ponat! primum enim dicit: sine patre, sine matre. uideamus si ceterorum matres significantur in lege; quae fuerit uxor Nachor, auia Abrahae, mater Thare non legitur neque quae fuerit mater Abrahae, ut de ceteris taceam. numquid hi sine matribus fuisse dicendi sunt? si dixisset: 'sine patre', nonne fuerint † color? quia omnium, qui fuerunt, patres habentur in lege, addit: et sine genealogia. si ideo haec dixit, ut ostenderet generationem eius in lege non esse, suffecerat dixisse: 'sine patre', quia cuius patrem nemo nouit, multo magis auum.

16. Ad manifestationem dicit: neque initium dierum neque finem uitae habens: dic, quisquis es uiolentus, quo modo istud interpretaris? quid est initium dierum non habere neque finem uitae? suffecerat certe dixisse generationem eius in lege scriptam non esse, ac per hoc origo eius ex allophylis esset credenda. potest dici 'translatum' hunc sicut Enoch ideo non mortuum esse. esto. quid est initium dierum uitae non habere? forte dicas, quia dies natalis eius scriptus non est. cuius enim scriptus est in lege? et haec ratio est, ut, cuius natalis dies scriptus non est, initium dierum uitae negetur habere? potuit ergo et de ceteris eadem dici. et si ut homo translatus fuisset, non tamen sine uitae erat fine, quia, quidquid sub spe mortis est, finem habet.

17. Desine, quisquis es contentioni studens. expedit enim

1. 5. 11. 14 Hebr. 7, 3 19 cf. Gen. 5, 24

CXX 3 tam incauta (*per ironiam dictum*) *P* iam tanta *edd.* tam cauta *coni. Turner* 4 neccesaria *P* 6 matre *P* 7 neque *om. edd.* 9 nonne fuerint] sine fuerat *edd.* 12 sufficerat *P* 13 cuius *Engelbrecht* eius *P* illius *edd.* multo magis auum ad manifestationem ⟨nemo⟩ dicit. 16. Neque *etc. coni. Engelbrecht* auum] iterum *edd.* 14 dicit *P bis* 19 esset *Engelbrecht* est *P* 24 eadem] idem *edd.* 25 quidquid] quid *P* 27 es contentioni studens] contentioni studes *edd.*

ueris uinci quam uincere uera per falsa. perdere est enim, non uincere, quia, si in homine perdere uideretur ueritas, apud deum tamen uincit, quia ratio eius inuincibilis est. itaque animus a lege uinci debet, ut hoc sentiat quod a lege significatur, non ut ipse legi sensum det suo arbitrio, ut legem se uiolenter legi exhibeat. et audi Zorobabel, qui: super omnia, ait, uincit ueritas.

18. Iam Melchisedech futurum mysterium incarnationis et passionis domini ostendit, dum Abrahae primum quasi patri fidelium tradidit eucharistiam et corporis et sanguinis domini, ut praefiguraretur in patre, quae in filiis futura erat ueritas. qui si homo putatur sacerdos eo more, quo fuit Aaron aut nunc sunt, ostendatur aut legatur locus habitationis eius aut si fuit templum aliquod aut synagoga, in qua congregabat populum et offerebat eorum sacrificia, uel qui populus conueniebat ad illum. si enim sacerdos in terris erat, sine dubio habuit populum. et ante Abraham utique uel tempore eius erat populus, qui seruiret deo. et quo modo Abraham quasi caput factus est fidei, ut ex eo populus haberet notitiam dei? similiter enim, si Melchisedech erat, qui doceret unius dei timorem in terris, frustra electus est Abraham, ut ex ipso plebs dei nuncuparetur. potuerat enim inter eos esse, qui conueniebant ad Melchisedech.

19. Et ubi est illud quod legitur in cantico Deuteronomii, quia cum diuideret, inquit, altissimus gentes, quemadmodum dispersit filios Adae, statuit fines gentium secundum numerum angelorum dei et facta est pars domini populus eius Iacob? igitur si in mundo plebs non erat dei exceptis filiis Abrahae, qua ratione alia plebs putatur fuisse, quae ex doctrina descenderat Melchisedech negante profeta? quando enim nominat omnes gentes, quae in mundo sunt, et non dicit populum

6 I Esdr. 3, 12 12 cf. Hebr. 7, 28 23 Deut. 32, 8. 9

def. MCNX 6 qui] quia *edd.* 9 dum] dens *P* 12 *add.* et *post* putatur *edd.* 19 si *om. P* 20 dei] diei *P* 21 ipso] eo *edd.* 22 potuerant *edd.* 23 ubi *om. P* deuteronomium (*corr.*) *P* 25 dispersit] separauit *edd.* 27 dei] deo *P*

dei esse nisi filios Abrahae, quid superest nisi ut exceptis his negetur ceteros dei habuisse notitiam, quia notus in Iudaea deus? Melchisedech autem 'sacerdos dei summi' ad benedicendum Abraham apparuit ad praesagium futurorum sanctorum, quia benedictio danda erat in futurum plebi dei per antestitem fere dei, quem dicimus sacerdotem. hic ergo Melchisedech praecursor apparuit sacramenti futuri filii dei, quia praecedit ad obsequium, qui ordine sequens est. non ergo admiranda sint quae diximus de Melchisedech, quando scriptura ad confusionem obstrepentium plus addat et dicat. post omnia enim laude digna, ut confundat maliuolos: similatus autem, inquit, filio dei manet sacerdos in perpetuum.

20. Iam uide de quo male sentire contendis et, si hunc non uereris, uel Christum metue, cui similis scripturae auctoritate refertur. per ordinem enim paulatim ad naturale eius meritum uenit, ut, si quos dicta superiora mouerent, quibus rex institiae et pacis significatus est, et quia in carne uisus neque patrem neque matrem habuit, hoc est ingenitus apparuit neque ortum neque occasum habens ex his, quae ultima subiecit, superiora credibilia demonstraret. quis enim audeat dicere nisi uesanus haec omnia, quae sublimia dicta sunt, incongrua esse illi, qui dei filio similis designatus est manens sacerdos in perpetuum? similis autem dei filio non potest esse, nisi sit eiusdem naturae. et quid incredibile uidetur, si Melchisedech ut homo apparuit, cum intellegatur tertia esse persona? si enim Christus, qui secunda persona est, frequenter uisus est in habitu hominis, quid ambigitur de iis quae dicta sunt? legimus etenim in psalmo, quia tu es, inquit. sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. hoc nemo nostrum dubitat ad Christi pertinere personam, quia eodem genere sacerdos est Christus in aeternum, quo et

2 Ps. 75, 1 3 cf. Hebr. 7, 1 11 Hebr. 7, 3 16 cf. Hebr. 7, 2 17 cf. Hebr. 7, 3 22 cf. Hebr. 7, 3 27 Ps. 109, 4

MCXX 5 blebi *P* antistem *P* 6 fere *edd.* forem (*corr.* fore) *P* fori *coni. Engelbrecht* 7 sacrati *edd.* 8 est *om. edd.* sunt *edd.* 11 similatus autem inquit] ait similatus autem *edd.* 19 his] iis *edd.*

Melchisedech, sed summus sacerdos Christus est, Melchisedech secundus. nam si homo est Melchisedech, quo modo conuenit ut secundum ordinem eius Christus sacerdos sit in aeternum? ideo enim ambo similes esse leguntur et unius esse dispensationis, quia unius sunt et naturae.

21. Quoniam autem omni modo unius dei auctoritas conseruanda est, idcirco secunda et tertia persona subiciuntur paterno nomini. Christus autem uicarius patris est et antestes ac per hoc dicitur et sacerdos. similiter et spiritus sanctus missus quasi antestes sacerdos appellatus est excelsi dei, non summus, sicut nostri in oblatione praesumunt, quia, quamuis unius sint substantiae Christus et sanctus spiritus, unius cuiusque tamen ordo seruandus est. sacerdotes igitur uel legati ideo dicuntur, quia illum in se ostendunt cuius legati sunt; sunt enim eius imago. ac per hoc Christus et sanctus spiritus naturaliter habentes dei imaginem sacerdotes eius dicuntur. in ipsis uidetur deus, sicut dicit dominus: qui me uidit, uidit et patrem; et si in gestis domini uisus est deus, gesta autem spiritus sancti sunt opera signante domino, quia ego in spiritu dei eicio daemonia, et in spiritu sancto uisus est deus.

CX. DE PSALMO PRIMO.

1. Cum profeta Dauid per speciem carnalium spiritalem rationem significaret, diuersi generis ac meriti psalmos ad dei laudem et sacramentum alacri mente pronuntians primum psalmum nullo uelamine texit neque alicui adsignauit, sed generalem instituit, ut horum sit, qui a malis segregati bonorum se societate munierint. nec debuit enim principium et maxime huius gratiae in

11 cf. Canon Missae 17 Ioh. 14, 9 19 Matth. 12, 28 etc.

def. MCNX 4 ideo enim] iam *edd.* 7 secunda *om. edd.* subicitur *edd.* 9 missus *om. edd.* 10 summus] sumimus *P* 11 sint] sit *edd.* 12 spiritus sanctus *edd.* 13 obseruandus *edd.* 14 etenim *edd.* 15 spiritus sanctus *edd.* 17 uidit *pr. scripsi* uiderit *P* uidet *edd.* uidet *edd.* 18 domini] dei *edd.* deus] dominus *edd.* 19 significante *edd.* 26 qui a] quia *P*

obscuritate cantari — ante enim lux quam tenebrae et caput unius cuiusque rei in manifesto est — nec inde fit quaestio, sed de subiectis, unde sic orsus est dicens: beatus uir qui ⟨non⟩ abiit in consilio impiorum. consilium impiorum est conspiratio malignorum multifarie intellegenda. idcirco impii a peccatoribus distant — impietas enim grauissimum peccatum est —, quia omnis impietas peccatum, non tamen omne peccatum impietas. quo modo ergo quis abit in consilium impiorum? cum a se uocatur certe. hoc enim dicens ostendit quia, quamdiu quis a natura non exit, non incurrit peccatum. propter hoc 'beatus', inquit, 'qui non abiit in consilium impiorum'. impietas enim a diabolo coepta adsentientibus satellitibus eius inlicit homines, ut participes eos suae impietatis efficiat. ipse enim prior in deum peccans, dum uult sibi principatum per tirannidem usurpare, deiectus de sacris sedibus hoc solacium aestimauit, si perditioni suae adquireret plurimos socios. ideoque 'beatus', inquit, 'uir qui non abiit in consilium impiorum'. illi enim semper inliciunt homines, qui sub hoc principe agentes nobis inimici sunt dicente apostolo: non est enim, ait, conluctatio uobis aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates, et in altera epistula de tyranno eorum ait inter cetera: ita ut in templo dei sedeat ostendens se quasi sit deus. quia enim peccare dulce uidetur et non sentitur malum nisi fuerit iactura — ac per hoc fallentes non apparent quamdiu capiant, sed cum deceperint tunc cognoscuntur —, propterea beatum dicit illum qui inlectus non fuerit in consilium impiorum, ut eat in contubernium impietatis illorum.

2. Prima ergo impietatis causa haec est, qua rebelles in deum maligna conspiratione esse coeperunt, qua imitatione

3 Ps. 1, 1 19 Eph. 6, 12 22 II Thess. 2, 4

MCNX 4 non *om.* *P* 9 uocatur] euagatur *coni.* *Turner coll. p. 271, 5* euocatur *coni.* *Engelbrecht coll. p. 269, 27* 11 consilium *ex* consilio *P* 13 satellibus *P* 15 deiectis *P* 16 adquiriret *P* 25 iactura *Engelbrecht* factura *P* capient (*corr.*) *P* 27 inlectus *scripsi* intellectus *P* 30 ceperunt *P*

coepit idolatria. in supernis enim coepta praeuaricatio descendit ad terras. dum ⟨enim⟩ contenti non sunt uni deo et creatori esse subiecti, impii extiterunt maiestatem eius aliis partiendo, ut spreto eo alios sibi ad culturam eligerent. haec est enim prima causa offensionis humani generis, ex qua neglecti a deo diuersis inlecebris et passionibus inludendi traduntur secundum fidem apostoli Pauli. quid enim inuiolatum opus manet, quod non agnouit auctorem? inde iam seminatum malum consuetudinem renuit et in multas partes uelut propago palmites tendit, ut qui deo non pepercerant in parentum contumeliam et necem facilius prosilirent, quia — ut de ceteris taceam dicente apostolo: quo enim mihi de his qui foris sunt iudicare? — Ruben in contumeliam patris stuprum in concubinam eius admisit et Absalon contra fas regnum praesumpsit, ut patrem suum imperio et uita priuaret.

3. Habet adhuc et alias partes impietas, quia et in periculo despicere rogantem cum prodesse possit impietas est et in re aspera et maligna, ut impleri possit, consilium dare tam † huius rei nec ad praesens euasit, et talia quae in hunc sensum poterant reperiri. non inmerito ergo beatus uir est qui non abiit in consilium impiorum. magna enim pernicies est homini et incurabile uulnus post cognitionem dei his erroribus sociari. deterius enim tractetur necesse est qui post uerum conuertitur ad falsum et beatus uir est qui ueri cognitione percepta impiorum fugit consilia, quia caput erroris impietas est.

4. Et sequitur: et in uia peccatorum non stetit, quoniam inpossibile est non peccare, sicut possibile impium non esse, quia grauissimum peccatum potest euitari, cetera autem de non est qua subrepant. ipsa enim humana conuersatio frequenter. dum peccare non cogitat, ex inprouiso incurrit ut peccet. ac per hoc beatus est qui in consilium impiorum non uadit; hoc est nec incipere malum. peccatum autem quia non potest non

7 cf. Rom. 1, 24. 26 12 I Cor. 5, 12 26 Ps. 1, 1

def. MCNX 1 cepta *P* 2 enim *om. P* contempti *P* 7 manent *P* 17 prop esse *P* 18 consilium dare, tam⟨etsi effectus⟩ huius rei nec ad praesens euasit *temptat Engelbrecht*

incipi, sicut dixi, beatum dixit qui non permanet in eo; hoc est in uia peccatorum non stare. uia enim peccatorum est conuersatio in peccatis. male enim ambulare dicitur, qui ad hoc procedit, ut quaerat peccare. dum enim mens eius non stat in dei lege, sed euagatur, in uia peccatorum dicitur ambulare, quia euagatio haec quaerit peccare. ideoque 'beatus est qui non stat in uia peccatorum', id est, qui paenitentia subsequente circumuentum se dolet et recedit a ⟨con⟩spiratione hominum peccatorum. igitur sicut beatus est qui non abiit in consilium impiorum, sic inemendabilis erit, si abiit, dicente Solomone quia spes impiorum peribit et: beatus uir qui in uia peccatorum non stetit. si autem steterit, non iam beatus, sed reus dignus plagis. ad emendationem aliquam enim uidetur habere spem, quia non impius, sed peccator est. si autem unus fuerit qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stat, duplici genere beatus est. nec potest enim esse beatus, si in consilium impiorum non eat et in uia peccatorum stet, quia, si non perditioni, poenae tamen obnoxius est.

5. Dehinc adiecit: et in catedra pestilentiae non sedit. hanc dicit beatitudinem esse, quae his tribus gradibus constat et triplici ratione munitur, id est, ut neque in consilium impiorum eatur neque in uia peccatorum stetur neque in catedra pestilentiae sedeatur. sed cum duo genera tantum habeantur, impiorum et

11 Prou. 10, 28 Ps. 1, 1 15 Ps. 1, 1 19 Ps. 1, 1

CNX 6 hoc *P* 8 a conspiratione *Mercati* aspiratione *P* 10 abit *P* dicente salomone—peribit *dant qu. 109 MCNX et haec uerba claudunt quaestionem, quam sequitur titulus qu. 110* 11 *post* peribit *add.* INCIPIT DE SPALMO PRIMO CAPL̄ .C.X. *Mmg*, CX ET BEATUS UIR DE PSALMO PRIMO *C*, CX DE SALMO PRIMO *N*, CX DE PSALMO PRIMO *X* et *om. MNX* beatus uir *om. C* 12 stetit] stat *PCN* 15 abit *P* consilium *P* 16 enim potest *CNX* 17 consilio *NX* impiorum] peccatorum *MCNX* non stet *M* (*corr.*), *C*, *N* (*corr.*), *X* (*G corr.*) 18 paenae *M* paene *CFGB* paenę *A* tamen] tunc *C* 20 hinc *N* constat gradibus *P* 21 rationem unitor (*corr.* unitur) *C* rationem (*corr.*) unitor (*corr.* unitur) *N* consilio *NX* 22 neque *alt.*] nec *P* cadra (*corr.*) *M* 23 sed] non (*eras.*) sed *N* generet *C* genere *X*

poccatorum, in reprehensione, quae supra memorata sunt, hoc tertium cui adscribi uoluit, quod adiecit dicens: et in catedra pestilentiae non sedit? impiorum aut peccatorum? sed uideamus, quid sit catedram pestilentiae sedere, et tunc cui generi hoc adscribat intellegemus. hanc dicimus catedram pestilentiae, quae extra dei ordinationem est, quae ad hoc utique inuenta est, quae, ut iniqua inde exeant iudicia, propterea pestilentiae catedra dicta est, quae est corruptio quae parit mortem, sicut et iniquitas damnationem. non est ergo a deo quae est catedra mortis; nam Moyses accepit catedram uitae. ad hoc enim data est, ut auctoritas in ea sit iusti iudicis uel creatoris dei. unde dicit dominus: super catedram Moysi sederunt scribae et Farisaei; et apostolus: non est, inquit, potestas nisi a deo; quae enim sunt, a deo ordinatae sunt.

6. Unde dicit ad principem plebis: tu quidem sedes iudicans secundum legem et contra legem iubes me percuti? quod dixit 'secundum legem', iustam et salutarem catedrae auctoritatem significauit. illud autem quod ait: contra legem iubes me percuti, illum ipsum iniustum iudicem ostendit, ut in dei catedra sedens iudicaret iniuste. hinc est unde et Danihel: dei est, ait, regnum et cui uult dabit illud. sicut ergo terreni imperatoris auctoritas currit per omnes, ut in omnibus eius sit reuerentia, ita deus instituit, ut ab ipso rege dei auctoritas incipiat et currat per cunctos. quamuis frequenter mundus hoc non intellegat et alii se subiciat in potestate positus quam debet, tamen institutio est ut unus sit,

2 Ps. 1, 1 12 Matth. 23, 2 13 Rom. 13, 1 15. 17. 18 Act. 23, 3 21 Dan. 4, 14 (17)

1 repromissione *GA* 2 abiecit *M* 4 catedram] i (*eras.*) cathedra *C* cathedra *NX* 5 adscribi debeat *P* intellegimus *PCNX* 10 accipit *C* 11 in ea] mea *FB* in eo *G, A* (*corr.*) 12 moysi..... *M* 14 ordinata *GA* 16 et contra legem *om. N* 17 iustam] iuxta legem *P* 18 cathedram *M* ait] *add.* et *P* 20 indicaret *M* 21 uul *P* dabit] dauid (*alt.* d *eras.*) *C* 22 imperatoris (i *alt. in ras.*) *N* currat (*corr.*) *N* 23 ut in omnibus eius sit reuerentia ita deus *om. P* 24 auctoris *X* 25 non *om. C* se *om. GA* 26 tamen] tunc *C* tamen *N* unius *X*

qui timeatur. ubi ergo haec institutio non est, ibi catedra pestilentiae repperitur. nusquam unius dei auctoritas abnuitur, nisi apud eos, qui multorum deorum praedicant metum et reuerentiam. hi sunt qui in catedra pestilentiae sedent, quia quod pontifices eorum praedicant mors est. hoc enim docent, ut cultores unius dei quasi stulti et inimici aut obprobrio sint aut de hac uita tollantur. haec ipsa materia impietatis est, quae etiam in ceteras partes extenditur, per quas impietatis suae leges ostendat. nam iussu Iezabel antestites iniquitatis in catedra pestilentiae sederunt, qui aduersus innocentem Nabuthae, cum iudices non essent, praua meditantes subornatis falsis testibus mortis tulerunt sententiam. unde in alio psalmo dicit: et cum impiis non sedebo. hoc enim iudicium eius est, cuius et catedra pestilentiae. itaque si in dei catedra sedentes innocentes opprimant, iniustum erit iudicium, non catedra. ubi enim catedra pestilentiae est, non potest iudicium non esse iniquum, quamuis quaedam adplicent sibi uelut uelamina, quibus impietatem contegant, ut uidentes fallantur. non potest enim sola impietas proponi, quia non inuenit emptorem, et, ubi lex diaboli est, si ipse nominetur, horretur.

7. Sicut ueneno admiscetur per quod lateat, ita et legi diaboli quaedam iusta admiscent et nomen adplicant ueritatis, sed unius cuiusque sensus est iudicandus, quia ideo aliquando aliquid uerum ostendit, ut fallat, ut, cum maligna praedicat, bona putentur. quoniam catedram pestilentiae non esse de

9 cf. III Reg. 20 (21), 8—10. 13 13 Ps. 25, 5

1 non est] est non *C* est (*eras.*) non est *N* ibi] in *MX* 2 unius dei *om. M* dei *om. GA* abnutur *M* 4 hi] his *C* hii *NX* 5 pontefices *M* docent] dicent *CX* docent (o *m. rec. in ras.*) *N* 7 sunt *C, N* (*corr.*) *X* 8 impietatis (*corr.* impietates) *N* 9 legis *CN* ostendant *X* iussis *X* iezabel (i *m. rec. in ras.*) *N* antistes *P* antisstites (*pr.* s *s. l.*) *M* 11 nabutthe *M* esset *M* 12 subordinatis *PCNX* 14 cathedre *P* 15 dei *om. X* iniustum] an iustum non *P* 17 quaedam] quae dicit *M* 18 uelut (ue *in ras.*, l *s. l.*) *N* contigant *C* 19 quia] quae *C* 21 lege *C* 23 est *om. M* 24 uerum] uerbum (*corr.*) *M* ut *alt.*] et *X*

peccatorum, in reprehensione, quae supra memorata sunt, hoc tertium cui adscribi uoluit, quod adiecit dicens: et in catedra pestilentiae non sedit? impiorum aut peccatorum? sed uideamus, quid sit catedram pestilentiae sedere, et tunc cui generi hoc adscribat intellegemus. hanc dicimus catedram pestilentiae, quae extra dei ordinationem est, quae ad hoc utique inuenta est, quae, ut iniqua inde exeant iudicia, propterea pestilentiae catedra dicta est, quae est corruptio quae parit mortem, sicut et iniquitas damnationem. non est ergo a deo quae est catedra mortis; nam Moyses accepit catedram uitae. ad hoc enim data est, ut auctoritas in ea sit iusti iudicis uel creatoris dei. unde dicit dominus: super catedram Moysi sederunt scribae et Farisaei; et apostolus: non est, inquit, potestas nisi a deo; quae enim sunt, a deo ordinatae sunt.

6. Unde dicit ad principem plebis: tu quidem sedes iudicans secundum legem et contra legem iubes me percuti? quod dixit 'secundum legem', iustam et salutarem catedrae auctoritatem significauit. illud autem quod ait: contra legem iubes me percuti, illum ipsum iniustum iudicem ostendit, ut in dei catedra sedens iudicaret iniuste. hinc est unde et Danihel: dei est, ait, regnum et cui uult dabit illud. sicut ergo terreni imperatoris auctoritas currit per omnes, ut in omnibus eius sit reuerentia, ita deus instituit, ut ab ipso rege dei auctoritas incipiat et currat per cunctos. quamuis frequenter mundus hoc non intellegat et alii se subiciat in potestate positus quam debet, tamen institutio est ut unus sit,

2 Ps. 1, 1 12 Matth. 23, 2 13 Rom. 13, 1 15. 17. 18 Act. 23, 3 21 Dan. 4, 14 (17)

1 repromissione *GA* 2 abiecit *M* 4 catedram] i (*eras.*) cathedra *C* cathedra *NX* 5 adscribi debeat *P* intellegimus *PCNX* 10 accipit *C* 11 in ea] mea *FB* in eo *G, A* (*corr.*) 12 moysi..... *M* 14 ordinata *GA* 16 et contra legem *om. N* 17 iustam] iuxta legem *P* 18 cathedram *M* ait] *add.* et *P* 20 indicaret *M* 21 uul *P* dabit] dauid (*alt.* d *eras.*) *C* 22 imperatoris (i *alt. in ras.*) *N* currat (*corr.*) *N* 23 ut in omnibus eius sit reuerentia ita deus *om. P* 24 auctoris *X* 25 non *om. C* se *om. GA* 26 tamen] tunc *C* *tamen *N* unius *X*

qui timeatur. ubi ergo haec institutio non est, ibi catedra pestilentiae repperitur. nusquam unius dei auctoritas abnuitur, nisi apud eos, qui multorum deorum praedicant metum et reuerentiam. hi sunt qui in catedra pestilentiae sedent, quia quod pontifices eorum praedicant mors est. hoc enim docent, ut cultores unius dei quasi stulti et inimici aut obprobrio sint aut de hac uita tollantur. haec ipsa materia impietatis est, quae etiam in ceteras partes extenditur, per quas impietatis suae leges ostendat. nam iussu Iezabel antestites iniquitatis in catedra pestilentiae sederunt, qui aduersus innocentem Nabuthae, cum iudices non essent, praua meditantes subornatis falsis testibus mortis tulerunt sententiam. unde in alio psalmo dicit: et cum impiis non sedebo. hoc enim iudicium eius est, cuius et catedra pestilentiae. itaque si in dei catedra sedentes innocentes opprimant, iniustum erit iudicium, non catedra. ubi enim catedra pestilentiae est, non potest iudicium non esse iniquum, quamuis quaedam adplicent sibi uelut uelamina, quibus impietatem contegant, ut uidentes fallantur. non potest enim sola impietas proponi, quia non inuenit emptorem, et, ubi lex diaboli est, si ipse nominetur, horretur.

7. Sicut ueneno admiscetur per quod lateat, ita et legi diaboli quaedam iusta admiscent et nomen adplicant ueritatis, sed unius cuiusque sensus est iudicandus, quia ideo aliquando aliquid uerum ostendit, ut fallat, ut, cum maligna praedicat, bona putentur. quoniam catedram pestilentiae non esse de

9 cf. III Reg. 20 (21), 8—10. 13 13 Ps. 25, 5

1 non est] est non *C* est (*eras.*) non est *N* ibi] in *MX* 2 unius dei *om. M* dei *om. GA* abnutur *M* 4 hi] his *C* hii *NX* 5 pontefices *M* docent] dicent *CX* docent (o *m. rec. in ras.*) *N* 7 sunt *C, N (corr.) X* 8 impietatis (*corr.* impietates) *N* 9 legis *CN* ostendant *X* iussis *X* iezabel (i *m. rec. in ras.*) *N* antistes *P* antisstites (*pr.* s *s. l.*) *M* 11 nabutthe *M* esset *M* 12 subordinatis *PCNX* 14 cathedre *P* 15 dei *om. X* iniustum] an iustum non *P* 17 quaedam] quae dicit *M* 18 uelut (ue *in ras.*, l *s. l.*) *N* contigant *C* 19 quia] quae *C* 21 lege *C* 23 est *om. M* 24 uerum] uerbum (*corr.*) *M* ut *alt.*] et *X*

dei ordinatione adseuerauimus, etiam eorum qui extra ecclesiam uel contra ecclesiam sedes sibi instituerunt, catedram pestilentiae esse dicimus. qui enim inconcessa praesumit, reus est: quanto magis si et corrumpat traditionem eius, cuius sedem usurpat! nam et ordinem ab apostolo Petro coeptum et usque ad hoc tempus per traducem succedentium episcoporum seruatum perturbant ordinem sibi sine origine uindicantes, hoc est corpus sine capite profitentes; unde congruit etiam eorum sedem catedram pestilentiae appellare. nec enim ideo impune erit, quia sub dei nomine haec agunt. constat enim suas illos causas sub dei nomine agere. non enim zelo dei haec agunt, sed sibi locum uolentes defendere, cum sciamus Chore et CCL uiros per praesumptionem deo offerentes hiatu terrae absortos esse et Oziam regem, cum deo inlicite obtulisset, lepra in fronte percussum.

8. Quoniam claruit catedram pestilentiae ad impietatem supra dictam pertinere, reliqua prosequamur. adiecit enim: sed in lege domini uoluntas eius. eius uoluntatem in lege domini dicit esse, qui spretis impiis et desertis peccatoribus abnuens pestilentiae catedram uoluntatem suam in dei lege statuit. quam ob rem 'beatum' hunc dixit.

9. Et sequitur: et in lege eius meditabitur die ac nocte. manifestum est, quia liber ab omnibus inlecebris et inmunis ab his, quae dei legi aduersa sunt, nihil aliud quam in dei

12 cf. Num. 16, 31—35 14 cf. II Par. 26, 21 18 Ps. 1, 2 21 cf. Ps. 1, 1 22 Ps. 1, 2

2 uel contra ecclesiam *om. X* constituerunt *P* cathedra *M* 3 esse *om. CNX* 4 et si *GA* cuius *om. P* 5 ab] ad *M* 6 per] qui *P* succidentium *C, N (corr.), X* et episcoporum *X* 9 enim *om. (add. s. l.) M* impune erit] inpuni erunt *GA (corr.* inpunes erunt) 10 haec] *om. P* hoc *X* agunt constat] agere non *P* 11 non enim zelo dei *om. M (add. mg.)* hoc *GA* 12 uoluntatis *M* 13 hiat ueterrę *C* hiat uterrae (t *s.* u *eras.*) *N* absumptos *P* 14 lepra *N* 15 perfusum *P* 17 dictum *M* prosequa-mur (a *s. l.*) *N* 18 fuit *ante* uoluntas *add. X* 19 supretis *C* 20 lege dei *P, M (corr.)* 22 et *alt. om. M* 24 iis *N* lege *C, N (corr.), X* dei lege] lege dei *(corr.) M* dilege (*corr.* lege *m2*) *C*

lege exercitium facit. sacramentis filii dei confirmatus in die bonis operibus insistit et nocte orationibus. hic est enim de quo dicit in Canticis Canticorum, quia dormit et cor eius uigilat.

10. Unde ait: et erit tamquam lignum quod plantatum est iuxta decursus aquarum. quis ambigit eum, qui legem dei meditatur, spem habere ad praemium capiendum? quia, sicut lignum iuxta aquam plantatum sterile esse non potest, ita et qui frequenti usu legi dei studet, non potest eius operis minime habere effectum.

11. Et adiecit: quod fructum suum dabit in tempore suo. omnis plantatio bene gubernata fructum dat tempore competenti: sic et hic, qui legi dei obtemperat, fructum habebit tempore praefinito. tunc enim huius deuotionis mercedem accipiet, cum coeperit dominus Iesus Christus sedere ad iudicandum uiuos et mortuos.

12. Dehinc subiecit: et folium eius non defluet. manifestum est in arbore, cuius folia non decidunt, uitam significasse. umore enim decurrentis aquae uegetatum lignum folia continet sua. nam et dominus Iesus: si in umido, ait, ligno haec faciunt, in arido quid fiet? in ligno umido uitam significauit et fructum. sicut lignum ergo auxilio decurrentis aquae siccitatem non patitur, ita et hic, qui legi dei studet, accedente temptatione praesidio dei tutus non amittit, sed adquirit salutem dicente apostolo: quia per tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

3 cf. Cant. 5, 2 5 Ps. 1, 3 11 Ps. 1, 3 15 cf. II Tim. 4, 1. I Pet. 4, 5 17 Ps. 1, 3 20 Luc. 23, 31 25 Act. 14, 22

1 sacramentum *P* 2 hinc *PX* 3 cantica *G*, (*corr.* cantico) *A* 5 tamque *C* tamqum (*corr. m. rec.*) *N* 6 lege *X* 8 aqua *X* sterili (*corr.*) *N* 9 qui *om. PN* frequenti usu] frequentius ut *C* frequentiusus (s *alt. eras.*) *N* lege *CX* dei qui (qui *add. m.rec.*) *N* 13 his *M; an* is *coll. p. 255, 2 scribendum?* lege *CF* 14 enim *om. M* eius *X* 15 ceperit *C* Christus *om. M* (*fort. recte*) 19 decurrentes (*corr. m. rec.*) *N* uegitatum *N* (*corr. m2*), *X* 20 uirido *P* 21 fiet. *N* uirido *P* 23 dei *om. G, A* (*add.*) 24 accidenti *P* accidente *CNX* totus *C, N* (*corr. m2*), *FB*

13. Et sequitur: et omnia, quaecumque fecit, prosperabuntur. apertum est quod dicit, quia qui legi dei fidem seruat cupidus mandatorum eius, felix fit in omnibus actibus suis; sicut et Iosef, propter quod timorem dei praesenti uitae praeposuit, omnia quae agebat prospera faciebat deus in manibus eius.

14. Et subiecit: non sic impii, non sic. iteratio sermonis non aliter omnino futurum significat quam promittit, quia impiis nihil prosperum erit in futurum, sed omnia aduersa usque ad interitum eorum.

15. Unde ait: sed tamquam puluis, quem proicit uentus a facie terrae. eodem modo dicit impios interire, sicut puluerem, quem spiritus proicit a facie terrae ut pereat. sublatus enim a substantia sua per aera dispersus paulatim deperit: ita et impii ministris angelis proiecti a facie auctoris dei, sine quo non potest uiui, interibunt.

16. Et sequitur: ideo non resurgunt impii in iudicio. dignum est quod dicit. ut quid enim in iudicio resurgant, qui nullum negotium dei credi sibi maluerunt, cuius redderent rationem? spernentes enim dei legem et negantes non est unde praestent rationem, ut in iudicio interrogati iuxta legem sibi creditam praestent causas. adrogantes ergo et rebelles in deum inuenti ad hoc resurgent, ut uideant uerum esse quod credere noluerunt, ut pereant, quia deum mendacem iudicarunt.

17. Et adiecit: neque peccatores in consilio iustorum. in hoc psalmo tria genera hominum significat: impiorum et

1 Ps. 1, 3 2 cf. Ps. 118, 97 5 Gen. 39, 3 7 Ps. 1, 4 11 Ps. 1, 4 17 Ps. 1, 5 24 cf. I Ioh. 1, 10 25 Ps. 1, 5

1 fecerit *N* 2 lege *FB* 3 actibus *om. CNX* 8 futurum *om. X* 9 futuro *GA* 10 inter ritum (*corr.*) *N* 11 proiecit *C, G* (*corr.*) 12 eodem—terrae *om.* (*add. mg.*) *M* interire] interre (*corr. m2* in terra) *N* 13 proiecit *C* 14 aerem *N* terra *FB* terram *GA* dispersit *P* 15 impiis *C, N* (*corr.*), *X* 16 potest (*corr. m2* possunt) *N* interhibunt *N* 17 resurgent *P* 19 dei *om. P* 20 legem dei *C* 21 ut] q (*eras.*) ut *C* et (*corr.*) *N* 23 uideat *C,* (*corr. m2*) *N* 24 iudicauerunt *C* 26 trium *AB*

peccatorum et iustorum, quo ordine coeptus est error. sed impii ab his alieni sunt, quia sub dei decreto, sicut dixi, uiuere noluerunt; peccatores autem sub dei lege agentes ante tribunal Christi sistendi sunt segregati a iustis, ut acceptae legis praestent rationem, emendandi in quibus operam non dederunt, ut plus haberent laudis quam uituperationis; iusti uero ualde propensiores in exercitio implendae legis inuenti remunerandi sunt.

18. Et subiecit: quoniam scit dominus uiam iustorum. hos scire dicitur deus, qui memores praeceptorum eius bonis operibus insistunt, ut iusti habiti coronentur. his autem, qui inmemores eius circa curam animae neclegentes sunt, sic dicit: recedite a me; nescio uos, operarii iniquitatis.

19. Et sequitur: et iter impiorum peribit. unde psalmus coeptus est et terminatus, ut causa impiorum tractata nulli alii quam perditioni docerentur obnoxii. sicut enim dixi, idcirco dicitur deus scire uiam iustorum, quia in lege eius ambulant; iter autem impiorum, quia extra dei legem est, peribit, quia omnes uiae impiorum tenebrosae, dicit Solomon, piorum autem clarissimae duce Christo domino nostro.

CXI. DE PSALMO XXIII.

1. Titulus psalmi rationem eius insinuat. de Christi enim domini nostri sacramento locuturus dominicum diem significauit dicens: huic Dauid prima sabbati. cum enim dicitur: huic Dauid, ad eum pertinet, cuius hic Dauid habet imaginem,

9 Ps. 1, 6 13 Luc. 13, 27 14 Ps. 1, 6 19 Prou. 4, 19 23 cf. Apoc. 1, 10 24 titulus Ps. 23

2 hiis *P* sub *om. M* 3 nenoluerunt (ne *eras.*) *N* sub *om. P* lege noluerunt (noluerunt *eras*) *N* 4 accepta *C, N* (*corr. m2*), *X* 5 legis] alegis *C, N* (*corr.*), *FB* lege *GA* praestant *X* opera *GB* 7 exercitatione *P* excitio (*corr. m2*) *N* implendi *G*, (*corr.*) *A* 11 ut *om. CNX* habiti (*corr. m2* ut ab eo) *N* 12 neclegentes sunt] neclegentesunt (sunt *exp. et eras.*) *M* 14 unde et *C* 15 tracta *M* 16 alii quam] aliquam *C* 20 clarissime *C*, (*corr. m2*) *N* 21 ui-ce-sio *C* 23 die *M*

de quo dicit profeta: et puer meus Dauid pascit illos. prima autem sabbati prima feria est. post sabbatum enim primus dies dominicus est adfirmante euangelio et dicente: prima autem sabbati uenit Maria Magdalene et altera Maria ad sepulcrum, et cetera. in dominico ergo die saluatoris sacramentum significauit. sed ut per rationem ordinis psalmus exponeretur, a persona dei et patris initium fecit, ut ueritatis sacramentum non sine ordine manifestaretur hominibus. qui enim causam aliquam insinuare uult, nisi eius caput et originem teneat, non poterit proprietatem eius ostendere neque quae sit eius ueritas edocere.

2. Itaque sic orsus est profeta et ait: domini est terra et plenitudo eius. fidem rerum tenuit dicens: domini est terra et plenitudo eius. auctoritatem enim ueterum sanctorum secutus est, qui terram et quae sunt in ea ad dominium domini dei pertinere dixerunt.

3. Et adiecit: orbis terrarum et omnes qui habitant in eo. ne forte minus aliquid significasse putaretur, quia dixerat domini esse terram et plenitudinem eius, sensum suum aperuit dicens: orbis terrarum et uniuersi qui habitant in ea, ut doceret omnem omnino terram domini esse et quae sunt in ea, ut nihil esset exceptum quod non eius sit, sicut putant quidam heretici, qui secundum dictum apostoli Petri dominium deo abnegant, quorum ad condemnationem cuncta dei esse profetica oracula docuerunt.

1 Ezech. 37, 24 4 cf. Matth. 28, 1. Ioh. 20, 1 8 cf. Ioh. 14, 6 12. 13 Ps. 23, 1 15 cf. II Petr. 2, 1. 10 17. 20 Ps. 23, 1 23 cf. II Petr. 2, 1. 10

1 prophetę *C* pascet *B* 2 enim] autem *P* 4 sabbati *óm.* (*add. mg.*) *N* uenit *om. M* 5 ergo] autem *X* sacramentum saluatoris *P* 7 fecit initium *P* 9 qui] qui (*corr. m2* nisi) *N* causam aliquam] causa (?) (*corr. m2* quis) causę (*m2 in ras.*) quam *N* nisi eius *eras. N* 11 ueritas eius *GA* 12 est *pr. om. G* 13 fidem—eius *om.* (*add. mg.*) *M* 15 qui] quia (*corr.*) *C* qui (i *m2*) *N* terra *X* dominium] dominicum *M* dominum *N* 16 domini *om. P* 17 omnes] uniuersi *P* 18 in *om. M* ea *PC, N* (*corr. m2*), *X* 19 est terra et plenitudinem *P* est terra et plenitudo *C* 21 eo (o *in ras.*) *N* 24 dominum *X*

4. Et sequitur: ipse super maria fundauit eam, hoc est, quod in alio psalmo significauit dicens: terram super aquas tu firmasti. ut fidem testimonium sequeretur, ostendit quo modo fecerit. dum enim confusio esset rerum et neque terra neque aqua propriam haberent speciem, iussu dei adunata est terra et firmata est super aquas, ut et terra et aqua haberent originis suae proprietatem. unde in Regnorum uox est dei dicentis: nonne aquas ego feci?

5. Et subiecit: et super flumina praeparauit illam. sic super flumina praeparata est, dum intra se aquas conditas habet, quae quasi per uenarum fistulas fluitantes praestant ei densitatem, ne penitus sicca fragilis esset et inutilis ad culturam. radicibus enim nascentium uitalem praestant effectum simulque locis aridis siti auxilio sunt.

6. Et ut professionem sine bona uita non ualde proficere ostenderet, ait: quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius? proponit qualis debeat esse qui deum creatorem profitetur, ne, quia puniendos ostendit, qui, sicut dixi, dominium deo abnegant, hi qui confitentur inmunes se a poena scirent non esse, si recte minime uersarentur. montem ergo domini dicens caelum significauit. unde in alio psalmo dicit: leuaui oculos meos ad montes, unde ueniet auxilium mihi. locus autem domini est ubi apparet.

1 Ps. 23, 2 2 Ps. 135, 6 8 ? 9 Ps. 23, 2 16 Ps. 23, 3 19 cf. II Petr. 2, 1. 10 22 Ps. 120, 1

3 formasti *CX* fondasti (*corr.* formasti) *N* fide *GA* testi-monium *M* 5 terram (*corr.*) *N* 7 dicentes (*corr. m2*) *N* 8 aquam *GA* 10 intras *M* inter *GA* condita (*corr. m2*) *N* 11 quasi per] quasuper (*corr.*) *N* 15 non *om. X* 16 ascendit *C, N* (*corr. m2*), *X* 17 qui *MC* stabit (ta *in ras*) *C* 18 confitetur *GA* ne quia] neque *C* poendos *M* ponendos *C* poniendos (*corr.*) *N* *an* poeniendos? 19 qui] quia *G*, (*corr.*) *A* dixi *om. M* dominium] dominum *NX* obnegant *C* hi] in *M* hii *CNX* 20 non esse] non esse non *P* 21 domini] deum (?) *N* 22 ad] in *G* 23 adiutorium *CN*

dicitur autem ad Iesu Naue, cum dominus ei apparuisset: et locus, in quo tu stas, terra sancta est, et Iacob, ubi dominum uidit: hic est, ait, domus dei.

7. Et sequitur: innocens manibus et mundus corde. tunc dicit dignum esse ascendere in montem domini, id est in caelum, aut stare in loco sancto eius, si quis innocens fuerit operibus et mundum cor habeat in causa dei, id est fidei. huius modi enim potest in caelum ascendere et stare in loco sancto eius. defuncta enim hac uita ascendit in caelum. deinde cum ciuitate Hierusalem in aduentu domini descendet de caelo dignus stare ubi iudicaturus est dominus de uiuis et mortuis quasi innocens; impii autem et peccatores indigni erunt stare in loco sancto iudicii dei, qui resurgent, impii ad perditionem, peccatores ad poenam. nam si uultum Moysi glorificatum descendentis de monte filii Israhel peccati causa uidere non poterant, quanto magis ipsum gloriae dominum in throno maiestatis sedentem conscientia delictis obnoxia formidabit aspicere! audient enim: non noui uos, operarii iniquitatis.

8. Et adiecit: qui non accepit in uano animam suam. nunc ipsa genera peccatorum tangit. primo enim in loco hic

1 Ios. 5, 15 3 Gen. 28, 17 4 Ps. 23, 4 10 cf. Apoc. 21, 2 11 cf. II Tim. 4, 1 12 cf. Ps. 1, 1 13 cf. Ps. 1, 5 15 cf. Ex. 34, 30 16 cf. Esai. 6, 1 18 Luc. 13, 27 19 Ps. 23, 4

1 iesum *P* naue] manae *M* nauae *N* et *om. P, eras. N* 2 tu stas] stas *PX* iustas *MC* (*corr.*) 3 haec *GA* 4 mundo *PNX* 5 tunc] hunc *P, N* (h *m2 in ras.*) 6 aut] ut quis *P* 7 habebat *M* 9 defuncta (*corr.* defunctus) *N* ascendit (*corr. m2* ascendet) *N* in caelum *MB* (in *exp. B*) in *om. cet.* 10 cum] dum *MCNX* ciuitatem *MC, N* (*corr. m2* ciuitas), *X* discendit *C* discendet *NFB* discenderet (*corr.* descenderet) *G* discendere (*corr.* descendere: *ult.* e *in ras.*) *A* 11 erit *post* dignus *add. Nm2* iudicaturus (u *pr. m2 in ras.*) *N* mortis (*corr.*) *N* 13 sanctos eius (eius *eras.*) *N* qui] quia*P* qui (*corr.* quia) *CGA* resurgunt *X* 14 discendentes (*corr.* discendentis) *C* discendentis *N* (*corr. m2*), *X* 16 gloria *C* et (*exp. G, exp. et eras. A*) dominum *GA* 17 formidauit *MC* aspicere—non (*19*) *in ras. M* audiant *CN* 18 *ante* non *add.* recedite *P* operari *N* 19 accipit *NGA* uanum *P* 20 in *om. N*

est innocens et mundum cor habet, qui a fornicatione idolatriae inmunis est. ipsa est enim uanitas, cui qui se inclinat animam suam subiugat corruptioni.

9. Et sequitur: nec iurauit proximo suo in dolum. duas causas memorauit, quae sunt principales, dei et proximi, quia qui in his idoneus fuerit, sine dubio et in ceteris probatus habebitur dicente domino: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex omni uirtute tua. hoc est primum mandatum. et secundum simile illi: diliges proximum tibi tamquam te ipsum. in his duobus mandatis tota lex pendet et profetae. quis ergo ex toto corde dominum diligens legem eius non seruet? aut quis habens proximi caritatem peccatis studeat, quippe cum causa timoris dei diligat proximum?

10. Et subiecit: hic accipiet benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari suo. nunc quod meritum eius sit, qui in causa dei et hominis, creatoris et proximi, fidem habuerit et dilectionem, ostendit, quia et benedicetur a domino, ut commendatus appareat, et in his misericordiam consequetur, quae implere non potuit. nec enim tam circumspectus potest aliquis esse, ut nusquam erret, sed quia in magnis sollicitus et fidelis inuentus est, in minimis misericordiam accipiet a deo suo, qui ideo salutaris dicitur, quia non uult morientis mortem, sed ut reuertatur et uiuat.

11. Et sequitur: haec est generatio requirentium

4 Ps. 23, 4 7 Matth. 22. 37—40 15 Ps. 23, 5 23 cf. Ezech. 18, 32 (cf. 33, 11) 25 Ps. 23, 6

1 habebit *P* 2 inclinata *FB* 3 corruptionem *P* 4 sequitur] subiecit *P* proximo suo in] in proximo suo *X* 5 principalis (*corr. m2*) *N* 6 qui *om. C* 7 diligis *C, N* (*corr. m2*), *G* (*corr.*) 8 ex *alt. om. X* 9 ille *CF* 10 tibi *om. GA* 11 pendit *C* ergo] enim *P* 12 tota *C* seruetur *P* 13 peccati *X* (*corr. GA*) studeant *P* studiat *N* 14 diligit *N* 15 accipietur *P* accipiat *C* 19 ut commendatus] et commendatur *X* consequitur *CNX* 21 in magnis] imaginis (*corr.*) *C* 22 in minimis] imminimis *N* accipiat *C, N* (*corr. m2*), *X* 23 morientes (*corr.*) *CN* 25 requirentium] quaerentium *X*

illum, quaerentium faciem dei Iacob. unam dixit esse generationem requirentium deum et quaerentium faciem dei Iacob, quod non est otiosum. quamuis enim utrumque bonum sit, duos tamen gradus his dictis significauit. bonum est requirere deum, plenum autem est bonum quaerere faciem dei Iacob. digniores enim sunt, qui ante faciem iudicis sunt. horum ergo meritorum haec est generatio, quia, ut ad hoc ueniatur, innocentia facit et puritas cordis, sicut iterum, ut ad malum possit uenire, praecurrit iniustitia adque iniquitas, quia duae generationes sunt, una ex parte iniquitatis, quae est mater Cain, alia ex parte iustitiae, quae est mater Abel. haec in fide consistit et bona conuersatione, illa in perfidia et obliquis operibus. istae sunt duae leges, boni et mali, dei et diaboli, et quam secutus quis fuerit, eius appellabitur filius. ac per hoc requirentium deum generatio haec est: fides in deum et dilectio in proximum, sicut supra diximus. qui enim fidem habet in deum, semper eius quaeret auxilium; nec hominibus iniustum se praebeat, qui uult deum habere propitium, cuius signum hoc est cum dicitur: 'deus Iacob', quia notus in Iudaea deus. et quare faciem dei quaerere dicantur, cum audierit Moyses, quia non, inquit, uidebitur tibi facies mea? si ergo et Moyses faciem dei quaesiuit et uidere non potuit, frustra hi quaerere dicuntur, quia meliores Moysi non sunt. sed nemo frustra faciem dei quaerere dicendus est, quia ideo faciem dei dicuntur quaerere, ut sciatur, quem quaerunt quia digni sunt et uidere. omnis

11 cf. Matth. 23, 35 20 Ps. 75, 2 21 Ex. 33, 20

1 illum] dominum *CNX* unam—iacob *om.* (*ad l. mg.*) *M* 5 autem est] est (*eras.*) autem est *N* 7 haec] hoc *P* 8 innocentia. *C* ut *om. M* 9 ad *om. CNX* 10 duae] dies *P* 11 altera *P* 12 consistet *C, N* (*corr.*), *B* ..consistet *F* consistat *G, A* (*corr.*) ...illa *M* 13 iste *C* legis *C* 17 in deum habet *GA* quaerit *PCNX* 18 praebet *PCNX* praebat (*corr.*) *M* ult *N* 21 dicatur *GA* 22 tibi] deus (*eras.*) tibi *N* facis *C* 23 hii *CNX* 24 moysi (*corr. m2* moyse) *N* 25 dicuntur] cuntur *M*

enim qui quaeritur, tunc cognoscitur, si facies eius uideatur. sed quoniam a mortalibus facies dei uideri non potest, significatio haec pro facie est, cum dicitur: 'deus Iacob'.

12. DIAPSALMA. Diapsalma hoc in loco personae inmutationem significat. post enim illa, quae ad patris dei personam pertinent, subiungit ea quae ad filii dei pertinent sacramentum, ut ordo integer conseruetur patris et filii. nam lex data est per Moysen, ut quasi pedagogus esset hominibus erudiens eos et praeparans magistra iustitia, ut digni fierent ad excipiendum annum domini et diem retributionis, ut, qui sub spe futuri Christi fideles fuissent, susciperent eum et possent Adae peccatum effugere de suis securi, quia aduentus eius, quem sperauerant, daturus illis esset misericordiam de his, in quibus subreptum est illis ut delinquerent. hoc est quod superius memorauit dicens: accipiet misericordiam a deo salutari suo.

13. Dicit ergo: tollite portas principis uestri. haec uox sanctorum est angelorum, de quibus dicit in euangelio, quia accesserunt, inquit, angeli et ministrabant ei. hi ergo dicunt ad principes et potestates, aduersus quos nobis conluctationem esse dicit apostolus, ut tollant portas principis sui, id est diaboli, qui est princeps principum in errore

7 cf. Ioh. 1, 17 8 cf. Gal. 3, 24 9 cf. Luc. 4, 19 15 Ps. 17 Ps. 23, 7 19 Matth. 4, 11 23, 5 20 cf. Eph. 6, 12

2 a *om.* *C* uideri] uidere *G*, (*corr.*) *A* 3 dicitur *om.* *M* 4 diab salma diab salma *P* diabsalma diabsalma *C* 5 significat- (t *in ras.*) *M* illam *GA* 6 pertinet *C* filium *C* sacramentum (*corr. m2* sacramenta) *N* 7 data lex est *PCNX* 8 moyses (*corr.*) *C* 9 ręparans *P* eos *post* praeparans *quoque* *CNX* 9 ex pendum *C* expiandum *NX* 10 quid *FB* 11 susciperunt *FB* 12 adęa (*alt.* a *eras.*) *N* effugere] et fugere *C* 13 quem (*corr.* que) *M* sperauerunt *C* illi *M* 15 accipiat *G*, (*corr.*) *A* 17 principes *MNX* (*corr. A*) portas, principes, principis uestri *malunt Engelbrecht Turner coll. lin. 20—22* uestras *MB* (*corr.*) uestri *N* (*corr. m2* uestras) hec ergo *P* 18 est *om.* *C* uangelio *M* 19 angeli] ęuangeli (*corr.*) *C* 20 hii *CNX* 21 principes *PMC*, *N* (*corr.*), *X* (*A corr.*)

constitutorum, per quas itur in gehennam. hae portae perfidia est et fallacia idolatriae.

14. Et sequitur: et eleuamini, portae aeternales. fides et spes cum caritate portae sunt aeternales, quia non potest aboleri quod per ueritatem praedicatur. illae autem portae, quas dixi perfidiam esse et fallaciam idolorum, temporales sunt, quia omne mendacium non pertinet; manifestata enim ueritate interibit. docentur ergo ut tollant portas principis sui, id est, ut amoto multorum deorum errore unius dei fides introducatur in Christo. hoc est quod se apostolus edocere missum testatur, ut ostendat non solum hominibus, sed et principibus et potestatibus in caelestibus mysterium dei unius in Christo.

15. Et subiecit: et introibit rex gloriae. tollendas dicit fallaces portas diaboli subtilitate conpositas, quae sunt praesumptio, per quam deum se aestimauit, ut introeat rex gloriae, qui est Christus Iesus dominus noster. nullius enim mentem dei fides ingreditur, nisi tulerit a se errorem diaboli praeuaricatione inuentum, et principes supra memorati non possint in unius dei fidem Christum regem recipere, nisi proiecerint a se traditionem, per quam uni deo inportatur calumnia, non solum terrenam, sed et eam, quae in caelestibus usurpata est principe principum satana, quia illic errorem,

3 Ps. 23, 7 4 cf. 1 Cor. 13, 13 11 cf. Eph. 3, 8—10. Col. 2, 2 14 Ps. 23, 7 17 cf. Rom. 6, 23

1 hae] haec *P, N* (*corr.*), *GA* porta *GA* perfidie (*corr. m2*) *N* 2 idolatria *MCNX* (*corr. A*), *cf. lin. 6* 5 autem *om. M* 6 fallatium *C* temporalis *N* 7 est *N* permanet *P* pertinet (*corr.* permanet) *A* manifesta *MGA* 8 ueritatem (*corr.*) *N* ergo] ego *A* (*corr.*), *B* principes *P, N* (*corr.*) 10 edocere] seducere *C* educere *NFB* edocere (o *in ras.*) *A* 12 et *alt.*] ut *P* potestabus *P* 14 tollandas *M* 19 praeuaricationem *G, A* (*corr.*) 20 possent *MGA* 21 inportatur (*corr. m2* inrogatur) *N* 22 terraenam (m *eras.*) *N* terrenam (*corr.* terrena) *A* et *om. X* ea *CNX* 23 satan *M*

quem inter se conspirarunt, ut auctore diabolo deos se dicerent, etiam hic in terra disposuerunt, ut hic error illius imago sit.

16. Et sequitur: quis est iste rex gloriae? ne superuacue forte regem Christum gloriae dicere putaretur, interrogantis ponit personam et dicentis: quis est iste rex gloriae? qui quasi admiretur aut doceri se uelit, si uerum est et condignum dicere Christum regem gloriae.

17. Ideoque respondetur ei: dominus fortis et potens, dominus potens in proelio, ut hoc subiecto non nudis uerbis, sed cum testimonio regem gloriae Christum addisceret. uirtus enim et potentia qua subegit et pressit diabolum cum satellitibus eius, haec ostendunt illum regem esse gloriae.

18. Et adiecit: tollite portas principis uestri et eleuamini, portae aeternales. hoc est, quoniam uirtutis testimonio, cui contradici nefarium est, didicistis dignum esse Christum dici regem gloriae, auferte errorem de mentibus uestris.

19. Et ait: et introibit rex gloriae. ostenditur enim quia non possunt participari cum fide Christi, nisi emundauerint corda sua ab omni inmunditia idolatriae. nisi enim innouatus fuerit homo, non intrabit spiritus sanctus in eum.

20. Et sequitur: quis est iste rex gloriae? iteratio ista confirmationem facit. omne enim, quod nouum auditur,

3. 5 Ps. 23, 8 8 Ps. 23, 8 14 Ps. 23, 9 19 Ps. 23, 9 23 Ps. 23, 10

1 conspirauerunt *P* consspirarunt (*alt. s eras*) *N* ut] et *C* 4 forte] porte *C* puteretur *G*, (*corr.*) *A* 5 et *om. P* 6 docere *GA* uellit *C*, (*pr. l eras.*) *N* 8 ideo *CNX* responditur *G*, (*corr.*) *A* 9 dominus potens *om. X* praelio *C* ut] et *C*, *N* (*corr.*), *X* 11 qua] quia (i *partim eras.*) *M* 13 gloriae] et gloriae *P* 14 tolle *M* principes *PMNX* principes principis *Engelbrecht Turner* uestri (*corr. m2* uestras) *N* 15 uirtutes *M* 16 didicisti *M* 17 dicere *X* 19 et *pr.*] .. *N* 20 quia (*eras.*) *N* possunt *om. N* participati (*corr.*) *N* 21 omni *om. C* inmunditiae *C* inuocatus *G*, *A* (*corr. m2 mg.*) 22 intrat *P* intrauit *C* eum] eo (*corr.*) *N* 24 istam *P*

non concipitur corde, nisi iteretur. admiratio enim stuporem facit, cum dicitur quod auditum est numquam.

21. Et adiecit: dominus uirtutum ipse est rex gloriae. eadem repetendo docet rite dici hunc regem gloriae. qui sit dominus uirtutum. non inmerito enim rex gloriae appellatur, qui uirtutibus dominatur. unde apostolus: si enim intellexissent, ait, numquam dominum maiestatis cruci fixissent.

CXII. DE PSALMO L.

1. Quinquagensimus hic psalmus positus est non pro temporis ordine, sed ratione. titulus enim eius non numero, sed rationi subiectus est. quantum enim ad historiam pertinet, anterior est quam tertius. prius enim a profeta Nathan delicti causa correptus est, quam insurgeret contra illum filius eius Abessalon, ut eum uellet et uita et regno priuare. haec ergo causa est ut quinquagensimus poneretur, quam constat ex lege descendere. illic enim cautum est quinquagensimum numerum remissionem habere. est enim post septem septimanas primus typum habens dominici diei, quia, sicut post septem dies primus dies ipse est, qui initio factus est, qui semper finita septimana primus est, ita et post septem septimanas quinquagensimus numeratus in mysterio primus est, qui duplici genere 'dominicus dies' appellatur, primum quia in initio factus a domino est, qui semper in se conuersus per curricula

3 Ps. 23, 10 6 I Cor. 2, 8 13 cf. II Reg. 12, 7—12 14 cf. II Reg. 15, 1 seqq. 17 cf. Leu. 25, 10 18 cf. Leu. 25, 8 19. 22 cf. Apoc. 1, 10

1 coicipitur (*corr.*) *C* admiratio enim] admirationem (*corr. m2* admiratio nempe) *N, X* 2 umquam *PMC, N* (*corr. m2*), *X* 4 repetendo] res petendo *FG* 5 qui sit] qua sit *F* quasi *X* rex *om. GA* 9 quinquagesimo *PMX* 10 hic *om. P, B* (*add. s. l.*) pro *om. P* 12 quam *M* 13 delicta (*corr.*) *N* 14 filii (*corr. fort. m2*) *C* ab-salon *C* absalon *NX* 16 discendere *C, N* (*corr. m2*), *X* 21 septemana (*corr.*; sep *est s. l.*) *M* septimanas] septem manas *C* 22 numeratur *MNX* ministerio *C* 23 in *om. CNX*

impleta septimana primus est, deinde, quia in eo resurrexit triumfata morte, dominicus dies nuncupatur. non inmerito ergo in quinquagensimo numero, quem in mysterio primum significatum aduertimus, remissio continetur. denique lex quinquagensimo die data est. a profectione enim filiorum Israhel ex Aegypto quadragensimo et octauo die ablui iubentur, ut biduo purificati tertio die parati essent ad legem accipiendam. quae ablutio quid aliud indicat quam remissionem factam in quinquagensimo die, ut purificati legem acciperent, ex quo de cetero praeteritis obliteratis actus sui redderent rationem secundum creditam sibi legem? hac etiam ratione possessionem emtam quinquagensimo anno remitti debere praecepit lex. hinc est ergo unde et psalmus hic quinquagensimus titulatus est.

2. In hoc enim rex Dauid remissionem postulat secundum supra dictum sensum; unde ait: miserere mei, deus, secundum magnam misericordiam tuam. sciens rex Dauid grauiter se peccasse sic postulat dicens: miserere mei, deus, secundum magnam misericordiam tuam. magna enim misericordia tunc est, cum grandia ignoscit peccata.

3. Et adiecit: et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. ut manifestaret acerbe se deliquisse, peccatum suum iniquitatem appellat, quia iniquitas non leue peccatum est, et qui delet iniquitatem, hoc est non inputat, miseratione abundat. nihil

4 cf. Ex. 19, 10. 14 12 cf. Leu. 25, 10 seqq. 15. 17 Ps. 50, 3 21 Ps. 50, 3 25 cf. Ps. 31, 2

1 in eo] ** *M* surrexit *P* 3 numero—quinquagensimo (*4*) *om.* (*add. mg.*) *M* in mysterio] inmerito *X* 6 *post* ex *uersus et dimidium eras. in M* et *om. N* ut biduo] ut dubio *M* ut hii duo *N* 8 quam] quęm *M* 9 lege *M* 11 rationem *PC, N* (m *eras.*), *X* possessione *M* 12 praecipit *CNFB* 13 unde *om. P* hic *om. CNX* 16 magna (*in mg. add.* tempore *eras.*) *M* 19 enim] et (?) (*eras.*) enim *N* misericordiam (*corr.*) *C* innoscit *N* 23 acerbi *C* deliquisse] deoliquis (*corr.*) *C* 24 quia] quoniam *C* quia non (non *eras.*) *N* 25 inputet *GA*

ergo in causa sua excusare nititur, ut non solum animum sibi iudicis mitiget, sed et faciat condolere. commouetur enim animus ad misericordiam, quando uidet reum sic sua confiteri peccata, ut ostendat dolere sibi quia peccauit. cui enim non dolet, inridere uidetur iudicem, quia ideo precatur, ut euadat interim postea eadem facturus.

4. Et sequitur: usque quaque, inquit, laua me ab iniustitia mea et a delicto meo munda me. quoniam multam miserationem dei praedicat, penitus se mundari precatur, ut nihil remaneat delicti aut iniustitiae in eo, unde suspectus sit.

5. Et ut hoc ipsum obtinere possit uel impetrare, adiecit: quoniam iniquitatem meam ego agnosco et delictum meum contra me est semper. quoniam grauiter scit se peccasse, sollicitus est ne non totum ei remittatur. considerans enim magnitudinem peccatorum suorum timet sciens grauia peccata non facile ignosci; ac per hoc cum fletibus confitetur peccatum suum ante oculos habens, ut ex omni parte propitium sibi faciat iudicem. scit enim scriptum esse: dic prior iniquitates tuas, ut iustificeris.

6. Et sequitur: tibi soli peccaui et malum coram te feci. nunc ex alia parte causae suae medellam prospicit, ut ad effectum postulationem deducat. hac enim prosecutione in prima causa innocentem se dicit, quia qui alteri deo peccat

7 Ps. 50, 4 13 Ps. 50, 5 20 Esai. 43, 26 22 Ps. 50, 6

2 iudici (*corr. m2*) *N* et *om. M* faciet *PX* condolere] condolore *C*, (*corr. m2*) *N* cum dolore *X* 3 uidit *GA* 4 ostendant *M* dolore *C*, *N* (*corr. m2*), *FB* dolorem *GA* 5 inridere[illegible] *M* peccatur *C* (*corr.*) 6 interim] iterum enim post *X* 7 inquit] iniquid (*corr.* ininquid) *N* 8 munda me] mundom (?) meo *C* 9 multum *M* mundare *X* 11 subpectus (*corr.*) *N* 13 ego iniquitatem meam agnosco *P* cognosco *GA* 14 contra] coram *P* 15 scit *om. N* ei totum *PGA* 17 ignoscit (*corr.*) *N* 20 ut] et *M* 24 hac] haec *CNX* prosecutionem *NF* (*corr.*), *B*

inimicus est auctoris dei. in locum enim eius alterum eligit, cui auctoritatem eius adscribat. unde hic ab hac se iniquitate alienum ostendens: tibi, ait, soli peccaui et malum coram te feci, hoc est: 'quia tibi et nulli alii, quem deum per errorem dicerem, peccaui, minor mea causa est quam ceterorum, qui sunt perditioni obnoxii. non enim impius sum, sed peccator, quia non in te, sed in lege tua peccaui, nec te negaui, sed te deum et dominum confitens in homine peccaui. ergo quia in illa, quae tua propria causa est, reus non sum, ignosce quod in conseruum peccaui. sic enim peccaui, ut honorificentiam nominis tui nec negarem nec alteri darem'. fuit itaque unde commoueretur ad misericordiam iudex. cum enim multi in illum peccent, quos etiam hortatur ad se conuerti, dum hi, qui non in illum peccant, ex aliis tamen causis ueniam postulant, libenter admittit. semper enim dominus ad auxilium suum uult confugere seruos suos.

7. Unde adiecit: ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas, cum iudicaris. misericordiam postulans deum iustitiam suam non inmutare precatur, cum soleat media esse iustitia, ut non peccantibus et peccantibus aequa sit, id est, ut uni cuique reddat secundum opera sua. sed non ignorat quid postulet uir innocens in dei sacramento. sciens enim dominum frequenter in lege dixisse, quia misericors, inquit, sum ego dominus deus uester, inde rogat ut haec fides maneat et in sermonibus suis deus iustificetur, dum in eo

3 Ps. 50, 6 6 cf. Ps. 1, 1 17 Ps. 50, 6 21 cf. Prou. 24, 12. Rom. 2, 6 23 cf. Ex. 22, 27. Ps. 102, 8. 110, 4 etc.

1 iuctoris *M* elegit *CNGA* elegite *F* (*corr.* elegit), *B* 2 cui] qui *X* hac *om. M* iniquitatem (*corr.*) *N* 3 ait.. *M* soli] * *N* 4 quia] quod (*corr.*) *C* 5 quam] quoniam *M* 7 nec te—conseruum peccaui (*10*) *om. N* 8 te deum] te in deum *P* 10 sic] si *X* (*corr. FA*) 13 etiam] enim *N* 14 hii *CNX* in *om. NG, A* (*add. s. l.*) 15 postulat *X* admitti *C* ad] ab (*corr.*) *N* 18 deum] deum (*corr.* domini) *C* 19 soleat] sole et *CNX* (*corr. A*) 21 unicuique (*mg.* unique) *M* 22 uiri *C* 23 dominum] omnem *N* 24 ego *om. N*

permanet, quod locutus est, nec peccatis hominum uincitur, ut non misereatur. scientes enim qui peccant, quae promisit deus bene uiuentibus, et quia in eo perdurant, iudicant illum mendacem. non enim credunt male uiuendo uera esse quae promisit. idcirco petit rex Dauid ut uincat hoc deus, quod putant homines, et det quae promisit, ut erubescant qui, dum non seruant mandata, iudicant illum non daturum.

8. Et sequitur: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. nunc hoc adiecto causam et infirmitatem humani generis memorat — quia facile est homini peccare —, ut examen circa se iudicis mitiget. primae enim causae facit mentionem, ex qua praeuaricando Adam genus hominum obnoxium fecit peccato. suasu enim et fallacia inimici iniquitatem concipiendo omne semen suum iniquitati subiecit, ut ex eo omnes per traducem geniti peccato essent obnoxii.

9. Propterea adiecit: et in delictis concepit me mater mea, ut ab Adam deriuatio facta peccati conceptis et natis inpedimento esset ad bonam uitam agendam; ac per hoc supplici non negandam misericordiam, quia insertum habet hostem, qui ei suadet ut peccet. peccatum enim, qui est diabolus, subiecto sibi primo homine potestatem accepit carni eius se inserere et delictorum quadam subtilitate oblectamenta suggerere, per quod captum hominem spoliat uita. quam rem magister gentium memorans: uideo autem, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis

4 cf. I Ioh. 5, 10 8 Ps. 50, 7 12 cf. Rom. 5, 14 etc. 16 Ps. 50, 7 24 Rom. 7, 23

1 uincetur *FB* 2 sciens *N* enim *om. M* 3 qui *Turner* 4 credant *N* mala *C* uerę *M* 6 putat (*corr*) *N* promisit (sit *in ras.*) *N* 8 etenim *P* in *om. F* (*add.*), *A* 9 nunc] non *C* 12 humanum *NX* 13 suaso *X* et *om. GA* ini.mici *C* iniquitatem—sub- *om.* (*add. mg.*) *M* 14 omni *FB* iniquitate *N* subiecit (i *pr. in ras.*) *N* 17 diriuatio *CNX* 20 ut] et (*corr.*) *N* 21 accipit *C* 22 quidam *P* sublimitate *P* subtilitatem *C, N* (*corr.*) 23 subgerere *G*, (*corr.*) *A* spoliet *P* spolia *M* uitam *CNX* 24 memoratis *X* (*corr. FA*)

meae, ut hoc contuens iudex dolenti circumuentum se porrigat manum.

10. Et sequitur: ecce enim ueritatem dilexisti. 'quia ergo ueritatem diligis', inquit, 'subueni roganti et quem scis uera pectoris sui inpedimenta exponere cuique reo olim motus misericordia subuenire decreuisti, ut errorem admissum in terra caelestis prouidentia emendaret'.

11. Propter quod subiecit: incerta et occulta cordis manifestasti mihi. 'incerta et occulta cordis' haec significat, quae deus ad praesidium humani generis procurauit, sicut et apostolus: quod oculus, inquit, non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus diligentibus se. qui sunt qui diligunt deum, nisi qui legi eius consentiunt non celando nec excusando peccata? haec ergo occulta cordis manifestata sunt diligentibus deum et, quia dolebant delictis se circumueniri nec correpti negabant sibi et origini suae inputantes, in auctorem deum transferentes quae peccabant, corda eorum inluminata sunt spiritali corusco, ut uiderent dei prouidentiam in Christo, quia uenturus erat ad damnandum peccatum, quod ex praeuaricatione Adae humano generi imperabat. hoc ergo orat rex Dauid, ut, quod decreuerat deus in futurum uidens genus hominum laborare, sibi prius subueniret in eadem necessitate constricto, in qua omnibus se decreuerat subuenturum, ut

3 Ps. 50, 8 8 Ps. 50, 8 11 I Cor. 2, 9 20 cf. Rom. 5, 14

1 mei (?) *M* 4 ueritatem] uero ueritatem *CNX* (*eras.* uero *FA*) dilegis *N* subuenio (o *exp.*) *N* 5 impedimento *N* reo *Engelbrecht* rei *codd.* 7 terram *MCNX* (*A dub.*) prouidentiae *C* prouidentiam (*corr.*) *N* mendaret *C* 8 quod *om. N* 9 manifestasti mihi incerta et occulta cordis *om. P* haec *om.* (*add. s. l.* ex) *M* 13 qui *pr.*] quę *C* 14 lege *CG*, (*corr.*) *A* nec] non *GA* 15 manifesta *PCNG* 16 et *scripsi* ut *codd.* dilectis *C* (*corr.*) se *om. CNX* circumuenire (*corr.*) *M* nec] ne *NFB* 17 originis *CX* 18 trasferentes *M* inluminа (*add.* ta *s. l.*) *M* 20 ad damnandum] addandandum *M* adam (*eras.*) ad damnandum *N* quod *om. P* 23 humanum *X* eaedem *M* 24 constrictio (*corr.*) *C* in *om. NX* qua] quia *GA*

donum, quod gratuitum futurum erat et ante tempus dari non poterat, huic pro prece et lacrimis concederetur.

12. Quod quo modo fiat, non tacet dicens: asparges me hysopo et mundabor. recte asparsione hysopi petit se mundari. de hoc enim filii Israhel postes suos sanguine linierunt, ut tuti praestarentur a morte; ita et hic asparsione hysopi orat mundari se a peccatis, ne tangatur a morte.

13. Et sequitur: lauabis me et super niuem dealbabor. manifestum est, quia factum dei distat a facto hominis. ideo super niuem, inquit, dealbabor, quia quod deus fecit multo melius est quam fecit homo. propterea asparsione hysopi petit se mundari, ut, sicut carnale corpus aqua abluitur, ita et per hysopi significationem spiritali ratione animarum maculae abluantur. asparsio enim hysopi inlustratio quaedam est, ut per id, quod uisibile est, inuisibiliter emundetur.

14. Et sequitur: auditui meo dabis gaudium et laetitiam. dubium non est, quia uox praedicantis remissionem gaudium praestat peccatoribus. quis enim non laetetur, cum audit dari indulgentiam? cui enim deus remittit, et in praesenti et in futuro securus est.

15. Propterea exultabunt ossa humiliata. duplici genere sunt ossa humiliata, quia et ut peccaret humiliatus est — nemo enim peccans exaltatur — et ut postea subplex ueniam imploraret. nam utique in cilicio et cinere uolutatus

3 Ps. 50, 9 5 cf. Ex. 12, 22. 23 8 Ps. 50, 9 10 Ps. 50, 9 16 Ps. 50, 10 21 Ps. 50, 10 24 cf. II Reg. 12, 16

1 dare *G, A (corr.)* 2 huus (*m2 corr.* huius) *N* 3 tacens dicit *P* asparge (*add. s s. l. et eras.*) *M* assparges (*corr.* ac sparges) *N* 4 aspersione *CNX* 5 potes *P, F (corr.)* sanguini *N (corr. m2)*, *X* liniuerunt *C NX* 6 praesentarentur *M* 7 ne tangatur] nec angatur *M* (?), *C* 8 me *om. (add. m2) C* 9 dei] deus *uel* dicitur *(corr.) C* 11 facit *P* facit *P* 12 mundare *(corr.) N* 13 rationi *(corr. m2) N* 14 asparssio *M* aspersio *X* 19 indiligentiam *M* 21 et adiecit *add. ante* propterea *P* 22 generi *M* geri *(corr.* generi*) C* 24 cinere] in cinere *N* cineri *(corr. A) X* uoluptatus *P, N (corr.)* uoluntatus (n *partim eras.*) *M*

misericordiam precabatur, quam obtinens eleuatus est mentis exultatione et corporis refectione.

16. Et subiecit: auerte faciem tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele. hac forma remissionem postulat, sicut constitutum erat in futurum per fidem Christi, ut saluator, qui ei specialiter promissus ab ipso inciperet cuncta conuersis donare peccata. cuius enim non respiciuntur peccata et omnes delentur iniquitates, non habet unde reus constitui et inimicorum eius ora clauduntur. qui enim non respicit peccata, non illa inputat. hoc est enim auertere faciem a peccatis alicuius, accusationem contra eum non recipere. et quid est hoc, ut, cum de duobus peccatis correptus sit, hic addat de multis se accusando? et cum audierit a profeta Nathan quia ignotum erat ei, quare sic postulat sedula prece, ut possit ad ueniam peruenire, nisi quia non suam solius causam agit, sed sub occasione peccati sui totius populi miserias narrat? sibi enim reformationem precatur, quia cui ignoscitur non est sine rubore, nisi loco suo fuerit redditus, ut dignitas loci ruborem excuset; ceteris autem beneficium dei, quod ad cuncta peccata abluenda futurum erat in Christo, significauit.

17. Et sequitur: cor mundum crea in me, deus, et spiritum iustum dedica in uisceribus meis; hoc est bona mente misericordiam deprecari. non solum autem de

1 cf. II Reg. 12, 20 3 Ps. 50, 11 6 cf. Matth. 6, 12 etc. cf. Esai. 11, 1 sqq. 10 cf. Ps. 31, 2 14 cf. II Reg. 12, 13 22 Ps. 50, 12

4 haec formam (*corr.*) *N* 5 futuro *GA* 6 fuerat *ante* promissus *add. P* erat *post* promissus *add. N* 7 ab] ad *M* 7 inciperet] *add.* remittere (*fort. m2*) *N* donare *om. N* cuius enim non respiciuntur peccata *om.* (*add. mg.*) *M* 9 constitui] possit constitui *P* constituatur *Nm2* inimicorum] inicorum *M* inimici coram *X* eius• *C* 10 illa *om. P* est *om. M* 12 et *om. C* 13 addit *GA* acussanto (*corr. m2* acussantum) *N* 14 ei] et *P* 17 populi *om. M* 18 robore *CNX* (*corr. A*) 19 loco *M* roborem *CNX* (*corr. A*) exsuset *M* 20 abolenda *P* 23 dedicame (me *exp.*) *M* 24 mentem (*corr.*) *N*

praeteritis rogat, sed et de futuris sollicitus est ne peccet, ut ostendens odisse peccare se adiuuetur a deo per spiritum iustitiae, quem orat dedicari in uisceribus suis, id est, ut nouus ad hoc ponatur in eo, ut custodiat eum a peccatis, ne cogatur facere quod scitur nolle. cor autem mundum sic potest habere, si neque intus neque foris delinquat, hoc est neque in opere neque in cogitatione. quod quia prope inpossibile est ut in omnibus seruetur, uel in dei causa seruandum est, quae principalis est, ut mundum cor in sacramento dei et Christi custodiatur, dum fides eorum inuiolata seruatur, quia in alio psalmo ait: quis gloriabitur mundum se habere cor aut inmunem esse a peccatis? denique rex Dauid mundum cor habuit in causa dei, quia neque auxilium aliquando a uanitate quaesiuit, quae est idolatria, neque aliquid sibi a deo praeceptum non impleuit.

18. Uideris de ceteris. et adiecit: ne proicias me a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. hic sensus est, quem supra memoraui, quia securus de uenia sollicitus est de reformatione. cui enim ignoscitur solum, solet a facie domini secerni. quamuis enim non in illum uindicetur, in animo tamen domini uel iudicis facinus eius deletum non est. ideo orat, ut penitus peccatum eius deleatur et dignus sit accedere ad faciem domini et iterum profetare, quod et factum. hoc est enim quod dicit: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. hic est spiritus profetarum.

7 cf. Col. 3, 17 11 Prou. 20, 9 16 Ps. 50, 13 24 Ps. 50, 13

1 rogat sed et de futuris *om.* (*add. mg.*) *M* rogant (*corr.*) *N* peccet ut ostendens] peccator tendens *CNX* 4 peccato *N* 5 autem *om. C* 6 si neque] sique *X* foris] inforis *C* foras *X* 7 quod *om. P* 8 ut in omnibus seruetur uel in dei causa seruandum est *om. C* causam *X* 9 ut] et *CNX* mundo *X* 14 a *om. N* 16 uideris de ceteris *om. P delet Turner* et *om. M* me] meme *P* 20 *post* se cerni (*sic*) *def. F usque ad* Romanorum (*p. 307, 12*), *cuius in locum succedit E* 21 iudi**cis *M* 23 accidere *C* 24 factum] *add.* esse *P* est *CNX*

19. Et sequitur: redde mihi laetitiam salutaris tui et spiritu principali confirma me. laetitiam dari sibi postulat, quae promissa erat in Christo, ut omnibus maculis ablutus et reparatus laetus esset in salute quaesita, nec amotus, sed confirmatus in regno spiritu sancto, quem ideo principalem dixit, quia super omnem creaturam est, per quem reges regnant.

20. Et subdidit: doceam, inquit, iniquos uias tuas et impii ad te conuertentur. hoc dicit, ut in eo discant iniqui pietatem dei, qua confitentes sibi suscipit peccatores et promouet, nec impios conuersos neclegit, sed hortatur, dum aliis miseretur.

21. Et sequitur: libera me de sanguine, deus, deus salutis meae. hoc dicto ostendit peccatum suum morte dignum, ut dei misericordiam, quanta sit, praedicet. per hoc enim etiam alios prouocat confugere ad dei clementiam.

22. Unde subiecit: exultabit lingua mea iustitiam tuam, domine. gaudere se dicit in iustitia domini, quia in eo permanet quod promisit dicens: misericordiam autem meam non amouebo ab eis. laetus ergo Dauid rex et securus in hac parte dei sui iustitiam praedicat.

23. Et sequitur: labia mea aperies et os meum adnuntiabit laudem tuam. sic labia eius aperit, dum subiectum illum esse non sinit causa peccati. liberati enim os patet, peccatoris enim clausum est os; pudore enim et metu

1 Ps. 50, 14 6 cf. Prou. 8, 15 8 Ps. 50, 15 13 Ps. 50, 16 17 Ps. 50, 16. 17 19 Ps. 88, 34 22 Ps. 50, 17

f.F 2 spiritum *EB* dari sibi] dauid *P* dari] dare *M* 3 quae] quem *P* quae (*corr.* quam) *N* promissa erat] promiserat *PNB* ut] et *P* omnibus] in (*eras.*) omnibus *C* 4 requesita *P* 5 ammotus *EB* 8 subdit *M* 9 ad] a (*corr. m. rec.* at [?]) *M* 10 qua] quae *CNX* 11 promouit *C* nec *Nm2 in ras.* tatur (*corr. m2*) *N* 14 dico *M* 17 exultauit *PCX* lingua. *N* 20 ammouebo *X* dauid (*eras.*) *N* 21 iustitiam suam (suam *eras.*) *M* 22 domine labia *C* aperias *M* adnuntiauit *C* 24 sinit] sine *C, N* (*corr. m2*), *X* liberati *om. P* os] ons (*corr.*) *N* 25 enim *pr. om. P*

correptus loqui non audet; absolutus autem uel liberatus tripudians praedicat laudem iudicis. nam et apostolus, sicut ipse testatur, propter quod ab omnibus liber esset: os nostrum, ait, patet ad uos, o Corinthii.

24. Et adiecit: quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem utique. hoc de conperto loquitur sciens sanctum Samuhel dixisse ad Saul regem, cum peccatum suum non dolore mentis neque lacrimarum miseratione, sed sacrificii oblatione oblitterari putaret: non uult, inquit, deus sacrificium magis quam audiri uocem suam, quia huius modi sacrificia damnum possunt facere, non tamen deum placare. deus enim sic placatur, si anima peccati sui memor tribulatione et maerore cordis defleat quod peccauit.

25. Et sequitur: holocaustis non delectaberis. non delectatur holocaustis deus, sed in huius modi causis. ipse enim animus pro se satis facere debet, non se de foris redimere. nam ista adiutorium praestare possunt, animus autem, quo modo oblectatus est in peccatis, sic tribulari debet in paenitentia et tunc delectabit deum delere eius peccata.

26. Unde subiecit: sacrificium deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum deus non despicit. ostendit quale sacrificium pro peccatis deus suscipit, quia non poterit deum placare, nisi qui laetatus est contra

3 II Cor. 6, 11 5 Ps. 50, 18 9 cf. I Reg. 15, 22 14 Ps. 50, 18 20 Ps. 50, 19

def. F 1 tribudians. *corr.* (*fort. m2*) *C* 2 praedicat (prae *in ras.*) *M* sicet (*eras.*) *N* 3 testur (*eras.*) *N* 4 ait] aut (*corr.*) *N* 5 adi.cit (e *s. ras.*) *M* 7 .suum *M* 8 dolere (*corr. m2*) *N* sacrificio *P* oblationem *C* 9 oblittera reputaret *N* obliterati putaret *G*, (*corr.*) *A* 10 audire *M* (*corr.*), *N* 11 deo *X* placere *C*, *N* (*corr. m2*), *X* 12 peccatis *G*, (*corr.*) *A* tribulationem *MC*, *N* (*corr.*), *X* (*corr. A*) 13 memorem *ME* merorem *C*, *N* (*corr.*), *X* 14 delectaueris *C* 15 modis *G*, (*corr.*) *A* 16 redemere *X* 18 oblectastus (*corr.*) *M* debet *om. P* 19 delectabitur (*corr.*) *N* dominum *N* 22 despicit] spernet *P* spernit *CNX Turner* suscepit *G*, (*corr.*) *A* 23 deum] deum (*corr. m2* deo) *N* deo *GA* placere *CNX* quia *PA*

salutem contribulatus fuerit corde, ut reparetur ad uitam. denique omnis inquietus uel indisciplinatus frequenter incurrit, ut membra corporis laedat, quae utique non sine dolore possunt sanitatis recipere medicinam: sic et peccatores non possunt peccata sua redimere, nisi dolorem senserit animus qui peccauit. hoc enim iustum est, ut, quia contra rationem gauisus est, secundum rationem patiatur maerorem.

27. Et sequitur: benigne fac, domine, in bona uoluntate tua Sion. Sion dicens ecclesiam significat, ut adseueratio nostra non inprobabilis uideatur, cui, ut impleat deus promissum suum, suggerit sciens se tunc plenam remissionem accepturum, cum, quod decreuit deus, in Christo impleuerit, id est, ut ab omni peccato liberentur sperantes in salute promissa, quia non solum a propriis, sed et ab Adae peccato, quod per traducem in omnes peruenit, liberabuntur per Christum.

28. Et adiecit: et aedificentur muri Hierusalem. quid est ut dicat: 'et aedificentur muri Hierusalem'? numquid destructi fuerant? sed muros Hierusalem dicens ecclesiam significat per fidem, quae in Christo disposita erat, construendam, cuius muri sancti esse homines intelleguntur docente nos Apocalypsi Iohannis apostoli, quia et Hierusalem ciuitas et muri eius dei serui sunt intellegendi. sciens ergo per Christum rex Dauid promissum, quod futurum erat ad liberationem seruorum dei, orat ut impleatur, id est, ut per fidem aedificetur ecclesia et liberentur sperantes de hac fide salutem.

8 Ps. 50, 20 16 Ps. 50, 20 21 cf. Apoc. 21, 10—12

lef.F 1 ut *om.* *C, N* (*add. m2 s. l.*), *X* 3 utique] utique quae *C, N* (*eras.* quae), *EB* 5 redemere *X* (*corr. A*) 6 peccauerit *CNX* 7 patetur *EB* patitur *G*, (*corr.*) *A* 8 bone *GA* 9 seueratio *X* 11 suggeret (*corr.*) *GA* 12 accepturam *P* decreuit deus in Christo impleuerit id est ut ab omni peccato liberentur] decrerentur *EB* crederentur *GA* 13 salutem promissam *GA* 14 et *om.* *GA* 15 omnis (*corr. m2*) *N* 16 hierusalem.. *M* 17 quid est ut dicat et aedificentur muri hierusalem *om.* *MCNX* 20 endam cuius *om.* *P* 21 hioani *M* 22 serui sunt] seruiunt *X* (*corr. A*) 23 erat (e *in ras.*) *C*

29. Et sequitur: tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta. hoc dicit, quia oblationes et holocausta tunc accepto ferri haberent, cum ecclesia esset aedificata, et non passim aut secundum consuetudinem, sed sacrificium, inquit, iustitiae acceptabis. iustum est sacrificium, cum condignum munus offertur: porro autem nihil tam iustum est et condignum, nisi ut nos ipsos offeramus deo. quia enim deus spiritus est, spiritalia illi offerenda sunt sacrificia, ut uiuo uiua hostia offeratur. quia enim dixerat in causa peccati sacrificiis carnalibus deum minime delectari, ostendit futurum, quia spiritaliter deo offerendum erat et acceptaret, quia haec deo digna sunt sacrificia, hoc est, in praeteritum minora fuerunt quasi carnalia, nunc maiora, quia spiritalia.

30. Et adiecit: tunc inponent super altare tuum uitulos. si cessantibus pristinis sacrificiis spiritalia successura sacrificia significauit, quid est ut diceret: 'tunc inponent super altare tuum uitulos', nisi quia per haec corporalia spiritalia significat, quippe cum dixerit, quia carnalibus non delectatur? uitulos ergo dicens populum nouellum significauit Christi fide renatum, cuius deuotio cottidie super altare domini delibatur. qui enim de ecclesia intellegitur locutus, sacrificia quoque eius spiritalia significasse debet intellegi.

1 Ps. 50, 21 5 Ps. 50, 21 8 Ioh. 4, 24 15 Ps. 50, 21

def. F 1 hacceptabilis *M* 2 oblationes *pr.*] et oblationes *C*, (et *eras.*) *N* 3 accepta *Nm2* ferri] fieri *P* fiere (*corr.* fieri) *N* haberentu (u *eras.*) *M* 5 acceptabilis (*litt. eras. s. pr.* a) *M* iustum] si iustum (*eras.* si) *C* 6 cum condignum munus offertur porro autem nihil tam iustum est et condignum nisi *om. P* cum *om. GA* 7 nos] non *M* offeramur *C* 11 quia (*corr. m2* quod) *N* 12 erat] deo erat *P* 13 quasi] quia *P* 16 si] sic *P* si (*corr. m2* sic) *N* sacrificis *C* 18 spiritalia *om. P* 20 uitulus *C* 21 fidem *N* (*corr.*), *X* altaria (*corr.*) *N* domini] deum *N* (*corr.*), *EG*

CXIII. CUR FILIUS DEI MISSUS SIT ET NON ALIUS.

1. Quamquam omne, quod facit deus, rationabiliter et prouidenter factum credendum sit, melius tamen puto, si post fidem etiam causa facti possit aduerti, ut quod creditur non ignoretur. unde dominus ait: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum et uerum deum et quem misisti Iesum Christum. primum enim credi debet, sicut a profeta dictum est, deinde sciri quod creditur, quia iam fidelem et in hac re diligentem adiuuat spiritus sanctus, ut cognoscens intellegat fidei rationem. tunc enim plenum habet gaudium credulitatis suae, si quod credit intellegat. hoc est enim fidei robur, hoc inmobile fundamentum, credulitatis addiscere sacramentum. ubi enim sola fides est, non est tam mera deuotio et potest aditum habere subreptio.

2. Unde uas electionis ideo laborat, ut credentes fidei suae rationem ediscant. cum enim cognouerint, quantus sit cui se crediderunt et quae sit eius potentia, nullo pacto, nulla ratione ab eius spe traduci se patientur. unde dictum legimus: gustate et uidete, quam suauis est dominus, ut data opera cognoscant diuinitatis eius saporem intellegentes nihil sapientius esse quam in Christum credere. quam ob rem ipse magister gentium inter cetera ait: in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, et iterum: nam scio, inquit, cui credidi, quia potens est depositum meum custodire.

5 Ioh. 17, 3 7 cf. Esai. 7, 9 14 cf. Act. 9, 15 18 Ps. 33, 9. cf. I Petr. 2, 3 22 Col. 2, 3 23 II Tim. 1, 12

kf.F 1 dei] *om. M* domini (*corr.*) *N* 2 faciat *C* 4 c*ausa *M* 5 autem *om. P* 6 noscant *M* 8 scire (*corr.*) *N* 9 rem *M* 10 intellegant *C* fide(m) *X* 11 suae] sue enim plenum habet (enim plenum habet *eras.*) *M* 12 fidei] *** dei *M* robur] robur *** *M* robor *C, N* (*corr. m2*), *X* credulitatis] humilitatis *M* 13 tam mera] tam amara *P* tam mira *C* temerata *X* 15 ideo] idem *P* laborant (n *est s. l. et eras.*) *C* nationem (*corr.*) *N* 16 edicant *N* cognuerint *N* 17 spe] *om. P* 18 dictus (?) (*corr.*) *C* legimur *M* selegimus (?) (*corr.*) *N* quoniam *PGA* 19 ut] ait *CX* 20 in *om. N* 21 xpo *X* 24 est *om. EB* custodire] seruare *C*

igitur hic scit fidei suae rationem et non dubitat de potentia eius, qui intellegit omnes thesauros sapientiae et scientiae in sacramento natiuitatis et passionis et resurrectionis Christi esse absconditos.

3. Manente ergo fide diu mecum contuli, ut scirem cur dominus noster de sacris et caelestibus sedibus ad terram incarnandus uenisset et non alius ex his, quos ipse dominus sanctos angelos uocat. incongruum enim uidetur personae eius hoc opus subisse, nisi causa facti noscatur. denique hoc est quod mouet multos. nam potuit dei patris prouisio per alteram personam hoc negotium gerere, ut et hominibus in errore constitutis ostenderet ueritatem et diabolum praesumtorem et salutis inuidum cum satellitibus eius conprimeret et expoliaret deuictum, quia peruicacia et inreuerentia nequissimorum seruorum ministris famulis fuerat conpescenda, et non dominus omnium rem sibi indignam experiretur.

4. Neque enim tanta uis et potentia est satanae, ut per alteram potestatem eiusdem condicionis superari minime potuisset, cum constet dei auxilio istum etiam ab hominibus uinci. nam quamuis impar sit, si ex terrenis sumamus exempla, tamen ex aliqua parte conueni ent rationi. seruum enim contra Dauid regem rebellantem Ioab conseruus eius missus est persequi et trucidare et contra Abessalon in patrem impium seruis iniuncta res est: quanto magis ad tyrannidem diaboli uincendam sancti angeli unius de multis suffecerat efficacia, quippe cum legamus quia repu-

2 cf. Col. 2, 3 8 cf. Marc. 8, 38 etc. 13 cf. Eph. 6, 16 21 cf. II Reg. 2, 24 seqq. 23 cf. II Reg. 18, 5 25 cf. Apoc. 12, 7—9

def. F 2 quia (*corr.*) *C* et (*eras.*) in *C* 4 absconditos (abscon *in ras.*) *C* 8 sanctos (sancto *in ras.*) *M* persona *N* 9 subipse *M* causa *N* facta *P* 10 multos nam] multum *P* 11 in errore] merore *X* 12 ostendere *X* 13 salutens (*corr.*) *N* 14 inreuerentiae *CN* 17 ponentia *M* 18 condictionis *M* 19 constat *X* iustum (*corr.*) *N* 21 dauit legem (auit legem *in ras.*) *M* 22 trucidari *C* 23 absalon (*add.* es *s. l., postea eras.*) *M, X* abisalon (i *eras.*) *C* abysalon *N* 24 diabolici uincedam *M* 25 suffecerat] sufficerat *PCNX* sufferat *M*

gnans contra Michahel angelum perdurare non potuit, sed proiectus in terram est!

5. Haec ergo mecum saepe reputans hoc solum sciebam, quia ideo ipse a patre missus est, ne ad iniuriam eius pertineret, si opus per eum factum per alterum reformaret. sed hoc scire minimum erat; non enim satis fiebat ad tam magnam et admirabilem causam, nisi et aliud conprehenderetur, quod proficeret ad arcanum intellectum. sic factum est, ut animadueterem causam hoc poposcisse, ut hic ueniret qui uenit. ipsum enim ratio tangebat, ut ad eum conprimendum ueniret, qui dignitatem eius et meritum usurpasset. post deum enim patrem diabolus deus dici uoluit, quod etiam nunc usque contendit, cum utique non illum res contingeret, sed esset hoc filii dei, qui post patrem deum secundus est non natura, sed ordine.

6. Ad hanc ergo causam agendam non alium oportuit uenire nisi Christum dominum nostrum, quia non tantum ad conprimendum diabolum uenit, sed et manifestare se ipsum omni creaturae, ut reprobata persona diaboli hunc esse cognoscerent, cuius principatum et maiestatem praesumserat satanas, et de cetero cognita ueritate relinquerent errorem pro certo habentes Christum esse dei filium, qui solus deus de deo sit et caput siue principium eorum omnium, quae in caelo sunt siue in terra, quia uirtute et potentia, qua superauit tyrannum satanan, manifestatus est ipse esse, cuius imperium praesumserat impius diabolus, qui est satanas.

10 cf. Eph. 6, 16 21 cf. symb. Nicaen. teste Tomo Damasi (*Turner, Eccl. Occid. Mon. I p. 283*)

y.F 1 archangelum *CNX* perdurari *N* 4 a] ad (*corr.*) *N* patrem (*corr.*) *N* ad iniuriam] adiu iniuram *M* adiuriam *A* (*corr.*), *B* pertineret (e *alt. in ras.*) *N* 5 si opus per eum factum per alterum reformaret *om. N* per alterum] sed rerum *P* 6 hoc scire] sumes cor *P* scire minimum] scirem inimum *NX* faciebat *C* 8 archanum *C* arc(h)anam *X* animadueterem *M* 9 hic] sic *P* 14 fili *P* deum] domini *P* naturam (*corr.*) *N* 15 aliud (d *eras.*) *N* 16 quia] qui *C* 19 maiestatum *N* 21 filium dei *P* 23 qua] que *P* 24 manifestatum *PEB* manifestum *GA* ipse] se *P* esse] esset (*corr.*) *C*

7. Dum enim uult inique deus dici, ut dominaretur potentiis spiritalibus — unde increpatur a profeta dicente: tu enim, inquit, dixisti in corde tuo: ponam sedem meam in nubibus et ero similis altissimo —, multos decepit, quorum conspiratione princeps erroris est factus, qui in psalmo commonentur, ut reicientes mendacium suscipiant ueritatem. dicitur enim eis: tollite portas principis uestri et eleuamini, portae aeternales, et introibit rex gloriae. nisi enim tollatur error de mentibus incredulorum, non poterunt suscipere fidem unius dei in Christo. hoc enim edocentur, ut sublatis portis, per quas itur ad mortem secundam, quae sunt perfidia a diabolo coepta, suscipiant fidei sacramenta, per quae itur ad uitam. ista sunt enim, quae significat in aeternalibus portis, quia ueritas fidei aeternitas est, perfidia autem temporalis est, quia mendacium adinuentio diaboli est. diabolus enim coeptam praeuaricationem in caelis seminauit in terris multorum deorum suadens culturam, inter quos principatum haberet. caput enim et principium uoluit esse ceterorum, quod non ei debebatur, sed saluatori. unde persequitur eum usque ad terram, ut conprimens eum ostendat erroris eius praeuaricationem manifestata in se ueritate. unde dictum est: ueritas de terra orta est. proiectus enim de caelis confugit ad terras, ut meditatam deitatem in supernis expleret in inferioribus. unde dicit apostolus: ita

2 Esai. 14, 13. 14 7 Ps. 23, 7 siue 9 10 cf. Col. 2, 2 22 Ps. 84, 12 24 II Thess. 2, 4

def. F 1 uul *M* inique] inquit *X* deus] dicitur (*eras.*) deus *C* 2 inqui *M* 3 cordesi (*corr.*) *C* ponam] panem (*corr. m. rec.*) *M* 4 decipit *X* 5 factis (*corr.*) *N* commouentur *P* 7 principis *A* principes *PMNX* principes principis *Engelbrecht Turner, cf. p. 283, 17* uestras *P, M* (*corr.*) eleuamitu *P* 9 errorem *G*, (*corr.*) *A* potuerunt *GA* 11 secundam *C* (a *exp.*) secundum *NX* 12 perfidiam *C, N* (*corr.*), *X* suscipient *C* suscipiunt *X* 13 eternabilis *M* 16 enim] est *C* 17 cultoram (*corr.*) *C* 18 principatum *X* 20 terras *P* 20 eum osten] *lacuna 21 litt. numquam inscripta in P* ostendat] ostendit *G*, (*corr.*) *A* 21 praesumptionem *P* manifesta *M* in] inter *X*

ut in templo dei sedeat ostendens se quasi sit deus. quoquo enim modo desiderium suum implere uult et damnari; furore enim plenus minus putat esse damnari, quam non explere auiditatem erroris.

CXIIII. ADUERSUS PAGANOS.

1. Qua ratione pagani aduersus nos audeant congredi aut fidem nostram inpugnare se putent, absolutum esse non uideo, quippe cum nulla habeant adsertionum suarum documenta, superstitionis suae dicam quam religionis. nam quae cauta non habent proferunt, ut ipsi potius nouarum rerum auctores et defensores habeantur. primo enim in loco deos se adserunt colere, quorum nulla insignia, nulla dant testimonia. illos enim deos appellant, qui se ausi non sunt hoc nomine nuncupare, ut homines deorum auctores habeantur, cum deus auctor debeat esse hominibus; ac per hoc uana et inanis adsertio est. quicquid enim sine deo est, stabile esse non potest. manifesta enim esse quae dico probant libri eorum, in quibus nihil diuinum, nihil deo iubente legitur constitutum, sed singulos uiros propter quasdam causas diuersa adserunt instituisse numinum sacrificia, et hos, qui nullius meriti uiderentur, ut quae statuerant digne statuisse probarentur. quando ergo quos deos appellant nihil horum mandasse leguntur, qua auctoritate hi faciunt aut accepto ferri putant, quod non probant mandatum, cum, si etiam mandatum probaretur, examinandum prius fuerat, si

lef.F 1 quasi] qua *C*, (*corr.*) *N* 2 quoquo] quo que *M* quo *X* 3 furor *MCNX* (*corr. A*) damnari (n *s. l.*; a *alt. in ras.*) *M* 5 aduersum *GA* 6 audiant *C* 8 assertionum suarum habeant *P* 9 magis quam *P* cauta] cor ita *M* causta (*corr.*) *N* 10 ipso *X* 11 deus *C* 12 colore (*corr.*) *M* 13 nuncupari *GA* 14 ut *om. CNX* 15 esse *om. X* 16 deum *EB* non potest manifesta enim esse *om.* (*add. mg.*) *M* manifestę *M* 19 diuersas *C* (*corr.*), *X* statuisse *P* numinum sacrificia et hos qui nullius meriti uiderentur ut quae statuerant digne statuisse *om. P* nominum *CX* 20 digna *X* 21 probarent *N* 22 quia *M*, *A* (*corr.*), *B* quia• *G* hii *CNX* aut] ut *GA*

dignum esset aut debitum his oboedire, quorum nulla signa aut prodigia ad commendationem diuinitatis in rebus gestis exsisterent?

2. Sed solent ab his exclusi ad elementa confugere dicentes haec se colere, quorum gubernaculis regitur uita humana. a quibus, ut supra, requirimus, si mandatum est aut iussum a deo, quem etiam ipsi magnum et summum fatentur et neglegunt eum. si enim fieri debet, ab illo mandari oportuit, qui auctor eorum dicitur. si autem ab illo mandatum non est, praesumptio est et ad poenam proficiet, non ad praemium, quia ad contumeliam pertinet conditoris, ut contempto domino colantur serui et spreto imperatore adorentur comites. quo modo istud inpunitum erit, quod etiam in hac uita uindicari, et quidem acerbius, uideamus?

3. Sed forte ab his ipsis elementis dicant mandatum. ostendant alicubi praeceptum, legant aliquando aliquid illos locutos. quod si non ostendunt, qua poena digni sunt, qui auctores praesumptae et confictae religionis deteguntur? libera sunt ex hac impietate elementa. ipsa enim luminaria mundi accusabunt illos aput iudicem deum, quia in hac consilii uanitate minime se auctores ostendunt. similiter et illi, quos, cum constet homines fuisse, deos nuncupant, cum coeperint pro peccatis suis cruciari, in hac parte minime se reos esse defendent in hos crimen hoc retorquentes, quibus cum non mandassent, ut deos illos colere coeperunt.

4. Igitur quo pudore fidem nostram reprehendendam aut

9 cf. Gen. 1, 14—18

def. F 6 requiremus *G*, (*corr.*) *A* 7 etiam ipsi] ipse etiam (ipse *corr. A*) *GA* ipsi] ipsum *N* ipse *X* 8 fieri] ferri (*corr.*) *N* qui] quia *C* 10 praesumptum *P* proficient *C* 13 uita. *N* 15 ipsis *om. M* ostendent *N* 16 locutus *CE* 18 resumpte *C* religionis deteguntur libera sunt ex hac impietate *om. X* deteguntur (eg *in ras.*) *N* libera] etenim *add. P* 19 ipse *M* ipso *C* 20 accusabant *NX* dominum *P* 21 ostendent *P* cum *om. X* 22 caeperunt *C* coeperunt (*fort. corr.*) *N* 24 hos] hoc *X* hoc *om. N* 26 reprehendam (*corr.*) *M*

ridendam putant, quorum legem uirtutum testimoniis fultam uident nec non et ipsius domini ac dei nostri relegunt uocem dicentis: ego sum deus et non est alius praeter me? quod si nudis uerbis diceret, non erat ei credendum, ne similes paganis uideremur, qui nulla deorum suorum signa maiestatis uidentes colere eos coeperunt et, quod peius est, inhoneste. turpia enim illic aguntur, quae pudoris est reuelare, et prudentes se appellant, quia lege sua sicut a samardaco inluduntur.

5. Porro autem deus noster teste uirtute coli se mandauit et, ut nihil suspicionis relinqueret, legem ipsam honestam et sanctam et, ut deo dignum est, tradidit. nos uero, qui stulti a paganis dicimur, deo nostro non credidimus, nisi nobis satis fecisset testimoniis uirtutum, nec legem eius suscepissemus, si non illam puram et ipsi professioni condignam cognouissemus.

6. Hinc est unde nihil apud nos in tenebris, nihil occulte geritur. omne enim, quod honestum scitur, publicari non timetur; illud autem, quod turpe et inhonestum est, prohibente pudore non potest publicari. quam ob rem pagani mysteria sua in tenebris celebrant, uel in eo prudentes. erubescunt enim palam inludi; turpia enim, quae illic uice legis aguntur, nolunt manifestari, ne qui prudentes se dicunt hebetes his uideantur, quos stultos appellant.

3 Esai. 45, 22 10 cf. Ex. 20, 2

F 1 uirtutem *G, A (corr.)* 2 uident *om. CNX* ipsius] impiis *GA* impius *B* 3 dicentes *EB* 4 nudus *(corr.) M* diceretur *P* 5 paginis *EB* 6 inhonestetur; pia *MNX* honestetur. pia *C* 7 reuelant *P* 8 quia] qui a *mauult Turner* quia lege sua sicut a samardaco inluduntur *om. P* de *ante* lege *add. CNX* suae *M* sicut *om. X* 10 coli se mandauit] colis emendauit *CNEB* 11 et *ante* legem *add. X* 12 uero] ergo *P* 13 nostro *om. (add. m2 s. l.) C* 15 professione *C* 17 hic *M* 19 turbe *G (corr.), B* 20 publicare *M* 21 celebrant] celabant *P* erubescant *CX* 22 inluditur pia *MCNX* quae] quia *C* 23 ne qui] neque qui *P* neque *CX* 24 *post* appellant *duo uersus uacui in P*

7. Sed ne forte hinc illis stulti uideamur, quia lex nostra castitatem, misericordiam, continentiam praedicat. apud illos enim haec stulta sunt, quia omnis bonus malo malus est et prudens stulto insensatus est. nam in tantum castitatem exsecrantur, ut etiam cinedis delectentur magisterio eorum subiecti, qui nisi tales fuerint, idonei non erunt ipsi, si dicendum est, religioni. propterea enim abscinduntur et habitum inmutant, ut de uiris quasi feminae fiant et contra naturam subiecti muliebria patiantur, ut tunc demum apti et digni sint ministri superstitionis illorum. numquid accusari potest huius modi, quem lex facit talem? ideo enim amisso uiri et actu et habitu in mulierem transformatur, ut licenter muliebria patiatur.

8. Quae ergo putantur esse mysteria, ubi de honesto inhonestum fit et de incorrupto corruptum, cum hic sit uere cultus religionis, ut de turpibus honestos faciat et de indisciplinatis modestos? quo modo cultores eius aemuli possunt esse bonae uitae, quando mysteria legis eorum sine cinedis celebrari non possunt? si ergo lex eorum his delectatur, peccator erit et stultus quisquis non fuerit talis. ideoque stultos nos appellant. colentes enim haec turpia prudentes ab his iudicantur, euitantes autem et fugientes stulti. quod quidem callide et astute ab ipsis uidetur aptatum. idcirco enim legi suae adplicant nomen prudentiae, ut contegant reprehensibilia eius, quia, ubi prudentia, reprehensio nulla est. nostram autem legem stultam dicunt, ut prohibeant ab ea. sed sublatis nominibus prudentiae et stultitiae et submota omni inuidia, quam parit defensio ambarum partium, ipsae leges inter se confligant, ut appareat ubi sit prudentia et ubi stultitia. sed praesente signo crucis obmute-

def. F 2 continentium *M* praedicant *C* 3 quia] qui *M* 5 dilectentur *X* 6 si *om. P* 8 de uiris] uideris *C* fiant et contra naturam subiecti muliebria *om. X* 9 ministri sint *P* 10 superstitiones *G*, (*corr.*) *A* modi *om. N* 13 ergo] rogo *P* de *om. M* 14 uere] aere *M* (*corr.*). *GA* ere *EB* 16 bonae] benę *G* bene *A* (*corr*) 20 iudicentur (?) *C* 21 calide *M* astude *X* 22 legis *PE* 23 prudentia est *P* 25 stultitia *N* 27 partium] *om. P* paratum *N* legis *C* 28 prudentiea *M* prudentiae *C* obmutescat *P* obmutiscit *M* obtumescit *X*

scit paganitas et, si adest, quam uocant stultum, prudentia illa, sacra illorum respondere non audent; reprimitur enim exta illorum et occultatur reuerentia Christianae maiestatis. magna res, ut illa, quam uocant prudentiam, metuat illam, quam appellant stultitiam.

9. Conferamus nunc tenorem legum. pagani deos deasque colere se etiam literis profitentur; et uerum est quod dicunt, quia et masculos colunt et feminas. Ianus enim et Saturnus, Iouis et Mercurius et Apollo et ceteri, item Minerua et Isis et Frux illa et Uenus et Flora meretrix cum ceteris dii deaeque sunt, sicut historiae tam Graecorum quam Romanorum testantur. Christiani autem, utpote pauperes, quos stultos uocant, unum deum colunt in mysterio, ex quo sunt omnia, nec aliquid, quod ab eo conditum est, uenerantur. ipsum enim solum sufficere sibi et abundare sciunt ad salutem non ignorantes quia, si gloriam et nomen eius aliis deputauerint, offendent eum, quia nullus imperator permittit ut nomine eius tribuni et comites adorentur.

10. Conferantur nunc leges, ut uideatur ubi sit prudentia: qui creatorem colit aut qui creaturam, qui dominum aut qui seruos? potest fieri ut in aliqua domo praeter unum alius dominus appelletur, ut pagani litteris forensibus instructi, qui sibi prudentes uidentur, in uno mundo ab uno deo condito multos

13 cf. I Cor. 2, 7. 8, 6

def. F 1 quam] quem *P* quoniam (*corr.* quem) *M* quamquam uocant stultum (*scil.* signum crucis), prudentia illa sacra *Engelbrecht* quem uocat (*seu* uocant) stultum prudentia illa, sacra *Turner* stultem *P* stultum (*corr.* stultam [?]) *A* stultitiam *edd.* 2 reprimetur *GA* enim *om. X* 3 exta] extra *X* illorum respondere non audent (*corr. A* audet) *X* 4 illa] illam *GA* illam] eam *P* 6 tenerem *GA* 7 se *om. X* est] esse *GA* 8 Ianus] anus *C* 9 appollo *M, A* (*corr.*) Isis] hisis *M* ipsis *C* ysis *N* sis *X* 10 Frux (*idem quod* Phryx) illa (= Magna Mater) *scripsi* frux illa (*aut* fruxilla) *PMCX* flux illa (*aut* fluxilla) *N* frixilla (rix *in ras.*) *A* di *C* diis *GA* 12 *a* testantur *rursus inc. F* utpute *MCNFB* utputa *GA* 15 sciunt] sicut *M* 16 offendant *P* offendunt *X* 17 nullus] non nullus *GB* promittit *GA* 20 qui *alt.*] *om. M* quid *C* creatorema *M* deum *N* (*corr. m2*), *X* 21 domum *X* 22 appellatur *CN* appellet *FG* ut] et *P*

deos deasque uenerantur. procuratores enim et actores mundi domini et dei nomine nuncuparunt, cum inprouidi detegantur. illud autem asserere, quod perniciem pariat, inprouidi est et stulti, quoniam necesse est deum iniuriam suam uindicare in eos, qui conseruis suis domini dei nomen et gloriam partierunt.

11. Dehinc considerentur praecepta. lex nostra, quos stultos uocant, antestites et ministros sine crimine sanctos et inreprehensibiles praecipit ordinari; e contra autem paganorum traditio antestites et ministros idoneos sibi esse non posse, nisi ex uiris transfigurentur in feminas, ut licenter et publice muliebria patiantur et discussis in aqua inhoneste crinibus mollem quassatamque uocem et turpem emittant. quod si publice facerent, ab omni populo lapidarentur. et Cynocefalus ille, qui nutabundus per omnia se circumfert loca quaerens membra adulteri Osiris, uiri Isidis: ecce quibus ministris siue magistris pagani prudentiae sibi nomen adsciscunt, cum non solum inprudentiae sit, sed et criminis! obscena enim et probrosa diligere funestum est. illud autem quale est, quod in speleo uelatis oculis inluduntur? ne enim horreant turpiter dehonestari se, oculi illis uelantur. alii autem sicut ales alas percutiunt uocem coracis imitantes; alteri uero leonum more fremunt; alii autem ligatis manibus intestinis pullinis proiciuntur super foueas aqua plenas accedente quodam cum gladio et inrumpente intestina supra dicta, qui se liberatorem appellet.

7 cf. I Tim. 3, 2. 10. Tit. 1, 7

1 ac*tores *N* auctores *G*, (u *exp.*) *A* 2 nuncuparent *C* cum inprou. deteg. illud autem asserere quod pern. pariat] ecce qui se prudentes appellant cum *P* inprouidi] inproui *M* 6 nostra lex praecipit *P* quo *C* 7 ministros] *add.* idoneos *X* inrepraehensibilis *C* 8 praecipit] *om. P* praecepit *MG*, *A* (*corr.*) e] et *M*, *N* (*corr. m2*) 13 *zinocephalus *C* 14 natabundus *C* mutabundus *GA* loco *M* 15 adulterio siris (syris *GA*) *PCNX* 16 magistris] magistris puta *P* magiseris (*corr.*) *C* adsciscunt *P* adadsciscunt *C*, *N* (*corr.*), *X* 17 inprudentiae] non prudentiae *CNX* 20 oculi illis] ocuillis (*eras.* il) *M* oculis illis *X* 21 coraces *CX* imitantes (*pr.* i *eras.*) *C* 22 proicuntur *M* proiciantur *X*

12. Sunt et cetera inhonestiora. ecce quantis modis turpiter inluduntur, qui se sapientes appellant! sed quia haec in tenebris patiuntur, putant posse nesciri. ista enim omnia, quae a malis et turpibus inuenta et ordinata sunt in occulto, sancta Christiana fides prodidit et detexit. praedicata enim fide considerantes qui audiebant, quid boni et sanctitatis publice promitteretur, contulerunt se ad fidem occulta illa inhonesta et turpia relinquentes et quo modo per ignorantiam inlusi sunt confitentes. tunc enim iam pridem omnes prope in hoc uertebantur errore et idcirco sibi prudentes uidebantur, quia qui reprehenderet non erat. nam quamquam omnes errarent sub uno fallaciae nomine, idolatriae unus quisque tamen iuxta mores suos et conuersationem ordinauit culturam, ut unus error diuersitatem haberet ex turpitudine et conuersatione auctorum. denique sacra, quae Liberi uocant, inhonesta et uanissima sunt et plena furoris; difficile enim inpurus non iracundus est. denique ubique cum Priapo pictus uidetur, cum quo inhoneste uiuebat.

13. Hoc modo sunt et cetera sacra eorum; sed, ut posteri his inuentionibus caperentur, subtilitate et astutia factum est satanae. quamquam non sine consilio illius ista inuenta sunt, inuentis tamen singulis aspersit quaedam praestigia, per quae inliceret homines ad errorem, et sic factum est ut per traducem antiquitatis commendaretur fallacia et excusaretur turpis inuentio. per consuetudinem enim coepit turpe non uideri, quod turpe erat. nam cum dehonestantur aliqui, primo erubescunt; postea uero blandiente consuetudine recedit pudor mutata fronte, praeterea si multos uideat tales. nam quaestus

2 sapientes] pientes (*corr. m. rec.*) *M* sapiens (*corr. m2*) *N* 4 inordinata *M* occulta (*corr.*) *N* 7 se] sed (*corr.*) *N* 8 sint *PAB* 9 iam *om.* (*add. s. l.*) *M* omnes] porro omnes *P* 10 prudentes sibi *GA* 13 ordinauit—conuersatione *om.* (*add. mg.*) *C* 14 ex *om. P* et *om. N* 16 furoris *M* impuris *M* 19 capirentur *M* astuta *N* 20 ipsius (*corr.*) *N* 23 antiquitatis] aut parcatis *P* antiquitates *C* (*corr.*), *NFB* 25 erubescant *M* (*corr.*), *CNX* 27 praeterea si *idem quod* praesertim cum mutata fronte praeterea, si *interpungere mauult Turner* nam quaestus] namque estus *N* quam questus *X*

turpitudinis tunc est, quando hi, qui nobiles dicuntur, dehonestari uidentur; facile enim imitatores inuenit dehonestata nobilitas.

14. Si ergo porro iam pridem propter hoc prudentes sibi uidebantur, quia, cui foeda inuentio haec displiceret, non erat, nunc, quia dei misericordia inlustratum est genus humanum et declaratum crimen esse quod pro lege cedebat, stultum autem quod putabatur prudenter inuentum, uel ab hac appellatione cessare deberent permanere uolentes in detecto crimine, cognoscentes nomen sapientiae a se alienum esse.

15. Sed ut addant ad cumulum confessionis suae, in stultitia deprehensi fatuos uocant, a quibus conuincuntur. sed fidem nostram et posteritatem accusant, in praeceptis autem non negant nihil posse reprehendi. qui fidem nostram accusant, non magis contra nos, sed contra auctorem nostrum suscipiunt. nos enim stultos, qui quasi rei fatuae fidem dederimus, illum autem mendacem et circumuentorem nec non et malitiosum pronuntiant, qui fidem traderet, per quam deciperentur credentes. igitur prius non nos stulte credidisse probemus, deinde causam acturi auctoris.

16. Cum in errore degeremus, in quo nunc manent pagani, nullis uirtutum signis adtracti, sed nudis uerbis quae sacra uocant percepimus prodesse putantes, non quod diuinitas commendarat, sed quod uetus consuetudo tradiderat, in qua

17 cf. I Ioh. 5, 10

1 hii *C* (*corr.*), *NX* 2 dehonesta*** (*add.* ta *s. l. m. rec.*) *M* dehonestate *C* 4 porro iam] iam *P* iam porro *CX* 5 intentio *P* inuentio est (est *eras.*) *C* 6 dei] d *M* 7 declaratumo (o *corr.* a) *M* 9 -berent permanere uolentes in detecto crimine *om.* (*add. mg.*) *M* nolentes *P*, *cui assentitur Engelbrecht* 10 ne (*eras.*) cognoscentes *M* 11 confusionis *P* 12 conuinctus (*corr. m. rec.* [?]) *M* 14 possi *C* posse* *N* 15 auctoritatem nostram *C* 16 dederemus (dede *eras.*) *M* 18 quia *C* 20 acturi] actori (*eras.*) *M* auctori (?) (*corr.* actori) *N* auctoris] auctores *G* (*corr.*), *A* 21 in *pr. om. CNX* detegeremus *GA* 23 percipimus *CNX* prod esse *P* prodisse *C* diuitas (*corr. m. rec.*) *M* 24 commendaret *P* commendauerat *CNX* sed quod uetus consuetudo tradiderat *om.* (*add. mg.*) *M* uentus *C*, *N* (*corr.*), *X*

— quod non latet — diuersis inlusi uanitatibus nullam spem salutis agnouimus. quid enim poterat prodesse res ab hominibus inuenta? ut autem ad fidem dei accederemus et filium eius incarnatum et cruci fixum crederemus, non uerbis suasum est nobis, sed rebus. uidimus enim mortuos excitatos, leprosos mundatos, caeco nato oculos restitutos, demonia eiecta et simul omnes infirmitates curatas.

17. Nunc quando stulti fuimus iudicetur: cum nudis uerbis credidimus, aut cum rebus? sine dubio enim res ante uerba sunt, quippe cum ad res significandas inuenta sint. si ergo traditioni humanae nulla suadente uirtute, quae ad inludendas mentes hominum inuenta est, fidem dedimus, quanto magis huic, quam diuinam et deificam omnia signa, quae deum inuocant, contestantur! nonne digne stulti iudicaremur, si uirtutibus non crederemus, qui sermonibus credideramus? nonne rationabiliter inprouidi et inconsulti notaremur, si aduocantem spem non sequeremur, qui desperationi fueramus obnoxii?

18. 'Sed', aiunt e contra, 'stultum est quod creditur; non enim ratione subsistit deum habere filium neque emortua et dissoluta corpora rursus reparari ad uitam'. omnes philosofi et sectarum inuentores diuersis disputationibus inuicem se confoderunt, nullus ad alterum transiens, quia unus quisque in quo imbutus fuerat permanebat. per id quod enim uerba contradictioni obnoxia sunt, nullus alterum superabat; non enim erat

19 cf. Rom. 4, 19

1 non *om.* *N* 2 ognouimus (*corr.?*) *M* prodisse (*corr.*) *C* omnibus *G*, (*corr.*) *A* 5 excitatus (*corr. m. rec.*) *M* 6 demonia eiecta ex quo nato oculos restitutos *hoc ordine* *P* daemonia *N* 8 fuimus stulti *P* nidis (*corr.*) *N* 10 sint] sunt *P*, *C* (*corr.*) 13 deifitiam *M* demificam (*corr.*) *C* indicant *P* 15 credideramus] crederamus *CN* nonne] non *C* 17 eramus *P* 19 mortua *C* et mortua *N* 20 desoluta *C*, (*ex* desolata) *N*, *X* 21 confuderunt *M* 23 contradictionis *NX* 24 obnoxia—contradictionibus *om.* (*add. mg.*) *C* superabat alterum *GA* enim *om.* (*add. m.* 8 *forte*) *C*

unde se quis uictorem ostenderet, sed inuicem contradictionibus se fatigantes minime alter alteri persuadebat.

19. Hinc factum est ut dei prouidentia, cuius sensus inuestigari non potest, praedicationi suae uirtutem adiungeret, ut ueritas praedicationis uirtutis testimonio probaretur, ut, qui uerbis contradicere parati erant, uidentes uirtutem contradicere non auderent. quae enim maior poterit esse testificatio ueritatis, quam est operatio uirtutis?

20. Si quis autem opera uirtutum deneget accusans scripturas, quo modo poterit stultam fidem nostram dicere denegans scripturas? ubi enim scriptum est de Christo quod filius dei credendus est, eodem loco uirtus testis inuenitur. et si cui absurdum uidetur legenti Christum dei filium cruci fixum, reuoluat et inueniet resurrexisse eum a mortuis et intellegat non otiose eum mortuum esse neque inuitum, qui potuit resurgere, sed esse mysterium. quicumque ergo est ille, aut tacebit de cruce — quia, si dixerit stultam crucem, non poterit dicere stultam resurrectionem; excusat enim resurrectio crucem — aut, si locutus fuerit de cruce, non poterit negare prouidentiam esse in ea, quam uidet testimonio resurrectionis firmari; aut utrumque enim accipitur aut utrumque refellitur, ut, qui non defendet, nec audeat accusare.

21. Quare autem cruci figi se permiserit cognatis, mysterium reseruandum est. mortem autem hanc in tantum commendauit, ut clarificari se per eam testatus sit. nam et ait: potestatem habeo ponendi animam meam et: potestatem

11 cf. Ioh. 20, 30. 31 25 cf. Ioh. 13, 31 26 Ioh. 10, 18

1 quis se *P* 3 dei] omni *P* 4 praedicationis *MX* uirtutum *M* 5 quid (d *eras.*) *M* 6 parati erant uidentes uirtutem contradicere *om. X* 7 auderent (*corr.* audirent) *C* 10 nostrum *P* denegari *P* 11 scripturas *om.* (*add. m2*) *C* est *om. N* quod] ut *C* 12 est *om.* (*add. m2*) *C* 14 reuoluant *M* eum se (se *eras.*) *N* 17 quia—poterit *in ras. M* 20 eam *MNX* 21 aut utrumque enim accipitur *om. M* 23 cruci figi se] cruci affigi se *P* crucifigisse *F*, (ss *eras.*) *B*

habeo iterum sumendi eam. non ergo coactus est mori, qui potestatem habuit et mori et resurgere. hanc qui abnuit, non poterit dicere uiolenter illi mortem inlatam. si enim istam negat, nec mortuum illum poterit adseuerare, quia haec illic continentur, ubi morti traditus legitur. nemo enim ex superioribus postrema aut ex postremis superiora condemnat, quia contrarium non est quod unius corporis est.

22. De mortuis autem quod resurgant, dolo dicunt stultum credere. uident enim exempla quibus credibile iudicetur. omnia enim semina usibus necessaria, nisi dissoluta fuerint, renasci rursus non poterunt. si haec in mundo hominum causa decreuit, cur illorum ipsorum corporibus si haec praestaturus credatur, stultum putant, nisi quia ipsi stulti sunt, qui plus deo non dant, quam potest mundus? uirtutum tamen gestarum nunc usque apparet umbra. quia enim tempus non est faciendarum uirtutum — initio enim fieri oportuit, ut semen fidei per hanc crementum faceret —, tamen etiam modo demonia nominata cruce Christi terrentur et, si inpensius fiat, fugantur et di paganorum formidine et metu nominatae crucis responsa dare non possunt.

23. Si obprobrium est mors Christi, quare terrori est? res enim, quae ex crimine uenit, non timeri debet, sed contemni. quis enim timeat hominem pro crimine suo occisum? ac si innocens fuerit, timeri tamen non potest, sed doleri. itaque nisi sentirent demonia uel di paganorum sacramentum esse

10 cf. Ioh. 12, 24

1 iterum—mori *om.* (*add. mg.*) *M* 2 qui *pr.*] quia *M* haec *P* qui *alt. om. C* abnuet *P* apnuit *M* 3 illi mortem uiolenter *P* inlatum (*corr.*) *N* ista *P* 5 continentor *M* contenentur *C*, *N* (*corr.*), *FB* morte *FB* superioris *N* 10 desoluta *CNFB* disoluta *G*, (*corr.*) *A* 11 potuerunt *G*, (*corr.*) *A* 13 qui plus] quibus *CNX* 14 uirtutum *om. M* tamen—uirtutum (*16*) *om.* (*add. mg.*) *M* 17 tamen] tunc *C* 18 si inpensius] sumpensius *C* suspensius *NX* 19 di *scripsi* dii *P* de *cet.* meto *M* (*corr.*), *CN* moetu *FB* 21 mors Christi est *GA* terroris *P* terrore *M* 22 enim] ea *M* timere *M*, (*corr.*) *N* 24 tamen] tunc *C* 25 di *scripsi* dii *P* de *cet.* paganarum *M* sacramento *GA*

crucem Christi, nominata ea non terrerentur et, ut proprius dicam, nisi rei essent, non timerent. hi enim omnes, qui ex parte diaboli sunt, consenserunt in mortem Christi. unde cuncta demonia siue di gentium nominata cruce Christi terrore concutiuntur. omnis enim qui in alicuius innocentis morte reus est, cum nomen eius fuerit memoratum, timor adprehendit cor eius. recordatione enim habita delicti reum se uidet: quanto magis demonia uel di gentium, qui rei sunt necis domini et saluatoris mundi!

24. Sed pagani antiquitatis causa uerum se tenere contendunt, quia 'quod anterius est', inquiunt, 'falsum esse non potest', quasi antiquitas aut uetus consuetudo praeiudicet ueritati. possent enim homicidae aut molles aut adulteri uel ceteri criminosi per hoc inlicita sua defendere, quia antiqua sunt et ab ipso mundi initio coepta, cum hinc magis intellegere deberent errorem suum, quia quod reprehensibile et turpe est male coeptum probatur, quod autem honestum et sanctum est digne colitur; nec posse turpe et reprehensibile ante sanctum esse et inreprehensibile.

25. Et ad postremum paganorum traditio ab homine inuenta negari non potest; quia autem nostra lex a deo data est, euidens res est. in monte enim apparuit maiestas dei ad dandam legem hominibus et, ut huic fides possit haberi, praemisit signa multa et prodigia facta in Aegypto, quod hodieque libri testantur a Ptolomeo reconditi in bybliotecam Alexandriae.

8 cf. Ioh. 4, 42 22 cf. Ex. 19, 16 seqq. 23 cf. Ex. 7, 10 etc. 24 cf. Tert. Apol. 18

1 terrentur *PG* 2 hic *P* hii *CNX* omnem *NFB* 4 dii *PNX* di (*corr.* dii) *C* cruci *A* (*corr.*), *B* xpi. *C* 5 in *om. N* 7 dilecti *M*, (*corr.*) *C* uidit (*corr.*) *C* quantum *M* 8 dii *PNX* di (*corr.* dii) *C* rei] sci *N* 10 contendunt se tenere *P* 12 ueritatem (em *m.2 in ras.*) *N* 14 inlicite *C* quia] qui *CNF* quae *G* que (*corr.*) *A* 16 errorum (*corr.*) *M* 20 ab (b *m.2 in ras.*) *N* 21 quia] qui *CFB* quod (od *m.2 in ras.*) *N* euidens (e *pr. m.2 in ras.*) *N* 22 enim *om. GA* dñi (*corr. m.2*) *N* 23 posset *GA* praemit (*corr. m.2*) *N* promisit *X* 24 hodiequae *N* (*corr. m.2*), *X* 25 a Ptolomeo] apostolo meo *C* a ptholomeo *NX* bibliothecam *PCNX* alexcondrie *M* alexandrinae *CNX*

sic ergo legem dignatus est dare, ut nemo ambigeret deum esse qui tradidit. palam enim et manifeste uisa est omnibus maiestas dei in tanto fulgore et terrore, ut et praeter eum nemo alius deus crederetur et, quod iubebat, omni obseruatione dignum haberetur.

26. Et ut omnia deificae rationi conueniant, inspiciatur tradita lex, si quid in ea iniustum, si quid inhonestum, si quid ridiculosum. sic oportuit deum innotescere, non ut in angulo per inposturam appareret, qui claudi non potest, neque in speleo, ubi aliud est quam cernitur operante inlecebrosa fallacia, neque ea seruanda traderet, quae, propter quod inhonesta essent, in tenebris gererentur.

27. Cum enim unius dei notitia oblitterata esset in mundo consuetudine delinquendi, quia mendacium uelamen praestiterat ueritati, clemens et misericors deus nolens opus suum perditioni obnoxium fieri uisitare dignatus est genus humanum, non sic apparens sicut hi, qui falso di appellari uoluerunt, sed, sicut est ueritas dei, ita se manifestauit, ut errorem adimeret, qui falsorum deorum praedicatione mundi sensum corruperat. denique supra sescenta milia hominum egressa de Aegypto uidentes et cognoscentes dominum hunc esse supra omnes ex apparentia ineffabilis gloriae proximare ad eum timuerunt, sed longe curuato genu adorauerunt. postea prose-

2 cf. Ex. 19, 16—18. 20, 18 8 cf. Act. 26, 26 16 cf. Hier. saepe. Act. 15, 14 18 cf. Rom. 3, 7 etc. 20 cf. Ex. 12, 37. Num. 11, 21 22 cf. Ex. 20, 18

1 si *N* 2 tradidit *edd.* tradit *codd.* manifesta *C* 4 omnino *GA* 6 ratione (*corr.*) *N* conueniat (*corr. m2*) *N* 7 in ea iniustum] in cain iustum *C*, (*corr. m2* in cain iniustum) *N*, *X* 9 appararet *C* 10 spelio *M* speleo (?) (*corr.* speculo) *N* qua *C*, *N* (*corr.*), *X* 12 generentur *CX* 14 -titerat ueritati clemens et mi- *om.* (*add. mg.*) *M* 15 u.ritati *M* 16 dignatus est genus humanum non *om.* (*add. mg.*) *M* 17 hii *CNX* dii *PCNX* appellare *N* (*corr.*), *X* noluerunt *X* 19 qui] quia *C* corriperat *C*, *N* (*corr. m2*) 22 omnes *om. C* (*lacuna est: itaque in archetypo uerbum non poterat legi*) apparantia *NX* 23 coruato *M* curuatu *N* (*corr.*), *F* curuati- *B*

quentibus aliis signis, quam quae fecerat in Aegypto in omnibus mirabilibus, manifestatus est unus esse deus.

28. Haec omnibus prope innotuerunt linguis, haec uicinis gentibus terrori fuerunt. quid tale in diis gentium? cui genti, cui populo gloriam suam ostenderunt? quae signa aut uirtutes ad diuinitatis suae testimonium fecerunt? ubi aut quando locuti probantur?

29. Sed inrationabilis uulgus aut apparentes umbras aut demonia aut simulacra mortuorum ut deos colere coeperunt; quae res in consuetudinem uetustatis deducta arbitratur rationis sibi ueritatem posse defendi, cum ueritatis ratio non ex consuetudine neque ex uetustate, sed ex deo sit, qui non uetustate deus probatur, sed aeternitate. quam ob rem fides non coepta res, sed sine initio est. in deum enim credere nostrum incipere est; nam quod creditur, aeternum est. quo modo ergo anteriores se putant pagani, cum quando quod colunt post deum est? numquid non opus post opificem est? pagani colunt opera, nos opificem; illi creaturam, nos creatorem. certe deus fecit mundum: age, facto notitiam suam non ostendit? aut fecit hominem et noluit se ab eo coli, quem fecit? sed absurdum est.

30. Factus ergo homo coepit uenerari suum conditorem, quia et dignum est et causa hoc exigit. quod cum per desidiam hominum obsoleuisset, reparauit istud deus in Abraham, ut cognitio dei, quae fuerat in Adam, inciperet rursus in Abraham, ut ab eo geniti sub hac cognitione educarentur et per traducem non deficeret neque deesset, qui coleret deum, aduocatis etiam exterae gentis hominibus ad istam dei cognitionem.

1 cf. Ex. 3, 20

2 mirabilibus—deus *om. P* 3 haec *alt.*] hae *N* 4 cui populo cui genti *P* 9 ut] aut *G*, (*corr.*) *A* 11 ibi *mauult Engelbrecht* oratio *X* 12 neque] quae *CNX* qui] quia *GA* 14 coepta] accepta *X* 16 cum (*eras*) *N*; cum quando = quando quidem, *cf. Study of Ambst. p. 77* 19 age (*eras.*) *N* 20 aut] aut si *GA* se *om. M* 23 exegit *CX* 24 obsoluisset *C* obsoluisset *NX* in *om. N* 26 genti *M* genitis *N* sub (*eras.*) *N* hac] hae *CNFB* eius *GA* cognitiones *Nm2* 27 aduocatus *X* 28 exterre gentis *N* exterrae gentes *X*

qui ergo cognoscit, sub initio est; qui autem cognoscitur, super initium est. qua igitur ratione pagani legem suam ante dicunt fuisse quam nostram? si mundus ante deum est — quod absit! —, sic potest et paganitas anteponi Christianitati.

31. Nemo miretur de nomine Christianitatis. est enim colere unum deum in mysterio trinitatis, quia, si nomen Christi putatur ex crisma, nominis tamen ratio ante creaturam est. apud maiores enim nostros, qui in reges ungebantur, christi uocabantur habentes imaginem uenturi Christi, qui natus de deo patre in regem non inmerito Christus appellatur, quia, quod istis crisma, illi dedit natiuitas. quem, quamdiu ignorant pagani, reprobant, cum autem cognouerint, diligentius excolunt gaudentes quia de malo transierunt ad bonum. qui enim in re tam friuola et inepta pertinaces fuerunt, quam fortiores et uehementiores erunt cognita ueritate! qualis ergo Christus noster est, qui cum nescitur oditur, cum cognoscitur amatur! nam omnis malus, cum nescitur, amatur, cognitus oditur. quanti retro oderunt Christum, qui nunc amant quique dolent odisse se, quod nescierant! inprudentis enim est odisse quem nescias, quia probandum est an odio digna res sit. denique qui hodie aduersantur, crastino defendent paenitentiam agentes tarde se cognouisse quod uerum est. quodsi odio digna res esset aut aliquid haberet fallaciae, cottidie ex Christianis fierent pagani. porro autem, quoniam haec est ueritas, cottidie omni hora

8 cf. I Reg. 16, 6 etc. 15 sqq. cf. Tert. Apol. 1

2 quia *N* (*corr.*), *X* ratiꝫoni *C* natione *X* ratione (ra *in ras.*) *A* 4 xp̄ianitate(m) *X* 5 de nomine *om. P* 6 in *om. P* ministerio *PC* 7 est *om. P* 8 christi uocabantur *om. P* 9 natus] *add.* est *C* patre (pa *in ras.*) *C* 10 iste (*corr.* isti) *M* 12 excolent *P* 13 transiuerunt (*corr.*) *N* in *om. CNX* re tam] rectam *C* tam *N* friuola (*corr.* friuoli) *N* 14 inepta (*corr.* inepti) *N* tam *ante* pertin. *add. P* fortiorem *C, N* (*corr. m2*), *FB* 15 noster] nunc *GA* 16 hoditur cum cognoscitur amatur *om.* (*add. mg.*) *M* namꝫ *C* omnes *G*, (*corr.*) *A* 17 cum] quamdiu *P* 19 nescierunt *C* inprudentes *M* est enim *P*, *cf. Study of Ambst. p. 73* nescias (*corr. m2* nesciat) *N* 23 et fallatiae *C* cotidie (e *in ras.*) *N* fierint paganani *M* 24 quoniam *om. GA* ut quotidie *P*

sine intermissione deserentes Iouem, inter quos sofistae et nobiles mundi, qui eum deum confinxerant, confugiunt ad Christum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum.

CXV. DE FATO.

1. Nihil tam contrarium Christiano, quam si arti matheseos adhibeat curam. haec enim inimica dinoscitur dei legi. si enim nascuntur qui mali sint et e contra qui boni sint, frustra lex data dicetur, et non solum hoc, sed et iniustus habebitur legis lator. qui enim lege data cogit homines contra id quod nati sunt facere sciens non posse mutari naturam, ad hoc utique legem dedisse uidetur, ut haberet occasionem, qua crudelitatem suam de nece hominis satiaret. ut quid enim prohibet, quod scit auerti non posse? aut quemammodum damnat hominem qui non fecit, quod facere non potuit?

2. Si autem iustus uidetur, ut est — quia istud de deo sentire nefarium est —, recte et salutari ratione legem dedit, scius posse hominem continere se ab id quod prohibet lex. igitur quia iuste legem dedit, non est utique inicus, cum uindicat.

3. Itaque si legi dei fides commodanda est, quia iuste probatur data, ars matheseos euitanda et fugienda est. hanc enim astutia et subtilitas inuenit diaboli. quia enim aperte repugnare non audet auctori, tergiuersatione id agit, ut et deo iniuriam

3 cf. I Tim. 1, 17

2 confixerant *CNX* configiunt *GA* 3 amen *post* saeculorum *add. PCB* 5 sic *M* arthi *C, N* (*corr.*) arthe *X* mathesios *X* 6 iniqua *M* denoscitur *N* (*corr.*), *FB* 7 noscuntur *C*, (*corr.*) *N* male *FB* sint *pr.*] sunt *P* sint *alt.*] sunt *PGA* lex] *add.* a deo *P* 8 dicitur *NX* et *alt. om. G* habebitur] *add.* sanctus moyses et per moys deus *P* 10 mutare *N* (*corr.*), *X* 11 legem non (non *eras.*) *N* 12 homines *X* 13 quem admodum *PCX* 15 uidetur] *add.* sanctus legis lator *P* 16 sentiret *C* 17 scius *om.* (*lacuna*) *P* id] eo *P* it *M* (*ad* ab id quod *cf.* cum id quod *p. 179, 10*) 20 lege *C* commendanda *G*, (*corr.*) *A* 21 matheos *M* mathesseos *NFB* uitanda *P* euidanda (*corr. m2*) *CNFB* euitianda (*corr.*) *G* 22 astutiam *N* (*exp.* m *m2*), *GA* subtilitatem *GA* diabolus *GA* qui *C* repugnasse *X* 24 id] ad *X* et ut *GA*

faciat et hominem legi inimicum constituens morte multet secunda.

4. Qui ergo dei auctoritati cedit et factum eius retractari nefarium ducit, legi ab illo datae obtemperat die noctuque studiis eius insistens, nec aliquid aduersum respicit non dubitans quia potens est homo praecepta eius seruare. nam hi, qui peccare gestiunt, occasiones quaerunt quo modo peccata sua a se faciant aliena, ut, dum naturae quasi inputanda peccata sunt, inmunis esse uideatur a poena peccator. hoc propositum horum est, qui desperatione promissae uitae praesenti desiderant frui uoluptate.

5. At hi, qui freti fiducia fidei spem futurorum expectant, hoc implere contendunt, quod in primordio renascibilitatis polliciti sunt, ut abrenuntiarent pompis et uoluptatibus satanae. quanta ergo subtilitate usus est satanas, ut promtiorem hominem faceret ad peccandum, per quod inuidiae suae expleret nequitiam! dum enim audit sic se natum esse, ut peccet, et deum non ignorat esse iustissimum, credit se inpune peccare, quia, qui iustus iudex est, non damnat eum, qui imperante natura peccauit, nec quidem eius peccatum dicendum est, quod alius egit per illum, si deceptus est homo; peccatis enim pressus factus est morti obnoxius. igitur tollit omne hominis bonum, qui tollit et malum. si enim peccator non habet poenam, nec iustus coronam; et quid laudantur boni et reprehenduntur mali? si enim huius naturae est ut peccare non possit, quid laudas in illo, quod non est eius? et ut quid condemnas

1 cf. Apoc. 21, 8 etc. 4 cf. Ios. 1, 8. Ps. 1, 2 14 cf. formula baptismi 19 cf. II Tim. 4, 8 24 cf. II Tim. 4, 8 etc.

2 fecunda *X* 4 nefariam *M* obtemperat (e *alt. m2 in ras.*) *N* 6 reseruare *G*, (*corr.*) *A* 7 hii *CNFB* 8 inputandam *G*, (*corr.*) *A* 13 im *M* 14 adrenuntiarent (*corr.* et renuntiarent) *C* 18 non *om. M* 20 est *om. C* 21 si *Engelbrecht* sic *codd.* 22 praessum *GB def. F a* morti *usque ad* permaneret (*p. 321, 9*), *cuius loco codicis Monac. lat. 14537* (*E*) *lectiones substituo* obnexus *M* homini *P* 24 et *pr.*] ut *add. P* reprehentur *M* 26 laudes *C* eius est *P*

in peccatore delictum, cum scias non eius esse, quod peccat, nisi quia iniustus erit, qui bonum laudat et malum accusat?

6. Sed forte dicatur e contra: 'bonam naturam in homine laudo et malam condemno, quia et uinum bonum laudatur, cum per naturam bonum sit, et malum recusatur, cum adaeque natura hoc praestet'. si ita esset, nihil erat reprehensionis in causa, ut sic laudaretur iustus, ne corona dignus iudicaretur, neque ita accusaretur iniustus, ut poena dignus diceretur. porro autem et in praesenti et in futuro iustos remunerari scimus et legimus et iniustos poenis subditos concremari, quod iniustum utique uideretur, si iste, qui naturae suae rem gesserat, igne ultore poenas pateretur aut alius adaeque naturae suae rem exsequens praemiis adficeretur.

7. Si autem laudandus est bonus, quia quod naturae suae erat fecit, laudari debet et malus, quia et ipse similiter quod naturae suae erat gessit, ut unus quisque permanens in eo, quod factus est, laudetur, quia, si in quo factus est manens uituperabilis habetur, auctorem tangit uituperatio, qui talem nasci fecit, qui displiceret.

8. Quodsi iure remunerandus est iustus et condemnandus iniustus, iam non naturae respondetur, sed uoluntati, quia natura libera est, uoluntas autem in causa est, quae sensibus accessus patitur et recessus, ut iniustus uidens coronari iustum, se autem damnari, sibi inputet, qui contra legem sensibus credens malum fecit, cum potuit facere bonum. numquid potest

10 cf. Matth. 25, 34. 41. 46 etc.

def. F 2 laudant *C* 3 e] et *MC* 6 ita] ista (*corr.*) *N* reprehensibilis *P* 7 ut] aut *M* ne] nec *C*, (*corr.*) *B*, ut *Nm2 in ras.* 8 poene *X* 9 in *pr.*] im *M* iustus *CX* 10 iniustus *CN* (*corr.*), *EB* 11 iniustum] *add.* esse *GA* 12 aut] et *P* 15 ficit *C* laudare *CX* quia] qui *C* ipsi *C*, *N* (*corr. m2*), *EB* simiter *M* 16 erat] est *N* 17 quia] qua (*corr.*) *N* in quo] iniquo *GA* 18 tangit] augent *P* 19 facit *GA* 20 iuri *X* iustus *om. P* condemnandus e (e *eras.*) *C* 21 uolunti *GA* 23 uidens *om. N* 24 sed *C* autem damnari] non dicit (*m2 in ras.*) damnari (*m2 corr.* damna uero) *N*

accusari sol, quia urit, aut aqua, quia infrigidat? aut numquid remuneranda est aqua, quia siti adfectos homines recreat, uel praemiis adficietur sol, quia reficit homines calore suo post frigorem? quod enim naturae suae est faciunt, unde nec condemnantur nec laudantur; aliud enim facere nesciunt.

9. Sed quoniam non ita est, ut aestimant stellarum speculatores, ratio actuum probat. nemo enim inueniri potest, qui bene faciat semper aut male. tunc enim uideretur sic natus, ut bene ageret, si inreprehensibilis permaneret; et ita digne aestimaretur, ut esset malus, si in eo duraret ut male faceret semper. at cum et illum, quem bonum putas natum, aliquotiens uideas male agere et hunc, quem malum natum dicis, non numquam cernas facere bonum, quo modo hoc uerum probas, ut malus malus sit et bonus bonus, nisi quia hoc magis certissimum est, quia, ubi animum quis dederit, in eo proficit? nam et causae sunt, quae generant peccata, ut aut inuideat aut litiget aut inimicus existat.

10. Illa autem, quae a lege prohibentur, non palam neque manifeste, sed occulte admittunt. quare, nisi quia reuerentur legem? sin uero, ita ut adserunt, ad hoc nati essent ut male facerent, non quaererent latibula neque aliquam legi reuerentiam exhiberent, sed passim ea facerent, quae cogeret natura. sed cum uideas procurari peccatis et excogitari ubi possint latenter admitti — et loca enim et personas et tempora eligunt, ut mali propositi impleant uoluntatem —, simili modo etiam boni iudicio quodam bona opera sua decernunt, ut pro

lf.F 1 quia *pr.*] aut quia *X* aut *pr. om. X* qui *C* 2 adfectus *C* 3 praemiis] prae *X* adficeretur (*corr.* adficiretur) *M* refecit *X* 4 nec] nec non *P* 6 (a)estiment *X* 7 actum *CNX* inuenire *M*, (*corr.*) *C* 9 et] *hinc rursus F incipit* 10 ut male faceret *om.* (*add. s. l., sed post* estimaretur) *M* 11 ad *C* quem] cum *C, N* (*corr.*), *X* 16 inuideat aut] inuidia ita ut *CNX* (*corr. A*) 21 quaererent] *hoc uerbum quaternionum ordine in archetypo perturbato sequuntur in X uerba* inmutari negatur etc. (*p. 346, 3*) *et quae hoc loco omittuntur postea inter uerba* quem *et* rationis (*p. 357, 17*) *leguntur* legi *om. P* 22 facerent] non quaererent latibula neque aliquam legi reuerentiam exhiberent sed passim ea facerent *denuo add. P* 23 possent *X* 24 et *pr. in ras. C*

tempore et causa alicuius bonum suum distribuant, quod utique non iam naturae inputandum est, sed, quae in natura est, uoluntati. si autem naturale esset, cessaret iudicium.

11. Nam si rem plenius discutiamus, qui nunc iusti sunt, iniustos illos prius fuisse ostendemus, data autem opera inmutati sunt. ipse etenim Abraham per fidem iustus factus legitur — ante ergo non fuit, quippe cum patre suo duce idola coluisse intellegatur — et Zacheus utique, cui post uulgarem uitam testimonium perhibet dominus, et uas electionis, qui istud etiam fatetur dicens: eramus et nos natura filii irae, sicut et ceteri. quia cedit uoluntas pro natura — ex uoluntate enim quis iudicatur, non ex natura —, sine dubio et omnes martyres et iustificati sunt boni, quia non fideles nati, sed renati sunt. et quantos scimus turpis uitae fuisse et prodigos cultores luxoriae, qui nunc continentes et sancti sunt! accedente enim timore dei uincuntur uitia, quae prius dominabantur.

12. Quantum autem possit timor legis, hinc aduertamus. ante Iuliani edictum mulieres uiros suos dimittere nequibant. accepta autem potestate coeperunt facere quod prius facere non poterant; coeperunt enim cottidie licenter uiros suos dimittere. ubi latuit fatum tantis temporibus? timore, credo, legis occultabat se.

13. Illud autem quo modo subintrauit, quod tradidit Moyses? dormientibus, credo, fatis. tanta enim tradita sunt illis seruanda et talia qualia nulla gens habet praecepta. et ne hoc aliquis ad plagam caeli referendum putet, in omnem prope orbem dispersi mandata legis suae custodiunt. haec praecepta contra fata sunt.

6 cf. Rom. 4, 3. 5 8 cf. Luc. 19, 9 10 Eph. 2, 3

2 natura] nature *M* 5 ostendimus *X* 8 et Zacheus] ezacheus *FB* uulgarem] fulgorem *C* 10 *post* nos $^2/_3$ *uers. eras. in M* 11 et quia *P* 13 iusti facti *PC, quibus assentitur Turner* sed renati *om. P* 15 luxuriae *P* accedentes *P* accidente *C* 16 timori *P* quae prius dominabantur *om. X* 17 possint *P* 18 demittere *FB* 20 uiros suos dimittere ubi latuit *om.* (*add. mg.*) *M* demittere *C* 21 fatum hoc *P* fa•tum *N* 24 factis *M* 26 omne *G*, (*corr.* omni) *A* 27 facta *P* fa•ta *N*

non enim fuerunt forte tribus milibus annis et supra a constitutione mundi; postea autem data permanent usque ad finem. quod ergo tot milibus annis non fuit, quo modo coepit? stellarum enim cursus a constitutione mundi est.

14. Et quid illud est, ut, cum tanta multitudo Iudaeorum sit per totum mundum, nemo inmutetur ex his ut fiat gentilis, cum uideamus ex paganis, licet raro, fieri Iudaeos? ecce, quantum pertinet ad ritum Iudaeorum, exclusum est fatum, quia et extra fatum esse coeperunt et in eo permanent.

15. Quid uidetur de Sodoma et Gomorra, quorum qualis fuerit exitus, uindictae obtutibus adiacet? sic fuit, ut omnes spurcitiae infamia adspersi diuino igne consumi mererentur. in cataclismo omnes unius fati fuerunt, ut una morte et eodem tempore cuncti perirent excepta domo Noe. et omnis exercitus Pharaonis uno decreto natus dicetur, ut ineptus error matheseos uindicetur, quia demersi sunt in Rubrum Mare cum suo rege? et alia quanta exempla sunt, quae praetermittimus, quia ad satisfactionem sufficiunt duo exempla, quanto magis tria!

16. Nam et cunctae gentes diuersa habent instituta et, quod alibi licet, hic non licet et iterum, quod hic licet, alibi non licet. hic enim in urbe Roma et finibus eius, quae sacratissima appellatur, licet mulieribus uiros suos dimittere, cum cautum sit in lege diuina, ne quidem uiri ut hac potestate uterentur, excepta fornicationis causa. ecce in hac re meliores sunt barbari! quod et hic seruari posse non inpossibile est,

1. 4 cf. Matth. 25, 34 etc. 11 cf. Gen. 19, 24—28. Deut. 29, 23 (22). Esai. 13, 19. 20 etc. 13 cf. Gen. 7, 21—23 14 cf. Ex. 14, 28 24 Matth. 5, 32

2 permanent] pertinent *P* ad] ad in *M* 5 ut cum tanta *om. P* 6 hiis *P* 7 rare *X* 9 et *pr. om. GA* 10 gomurra *X* 11 fuerat (*corr.*) *MA* omnis *M* omne *CNX* 12 spurcitiae infamia *edd.* spurcitia infamiae *codd.* et in *P* 14 ne (*corr.*) *M* 15 uno] una *M* dicitur *NX* matiseos *M* 16 dimersi *C, N* (r *m2 in ras.*), *X* maris *NX* 17 sunt—exempla *om. P* 18 magis tria] magisteria *MCNFB* 19 diuerse *C* 21 orbe *C* (*corr.*), *N* 22 cautum] autem *M* 23 ut *om. P* 24 rem (*corr.*) *CN* 25 et *om. P* non *om. P* impossibili *M*

quia prius seruatum docetur. mutatum est ergo fatum, quia coepit licere, quod ante prohibitum erat.

17. Et eunuchos in regno Romano fieri non licet, apud alios licet. quia autem et hic possent fieri, in absoluto est; nam factum, licet occulte, probatur. si autem cessaret timor, publice fieret. metus ergo prohibet fatum; uincitur enim, si, quod uult facere, non facit.

18. Et Persae mulierum more inaures habent, quod hic inhonestum et inlicitum est. quia autem et hic possit fieri, testantur antestites Matris, quae appellatur Magna — et re uera magna fuit, sed meretrix; sed in eo distat, quia isti cinedi sunt, illi uiri — et quid dicemus? in omni orbe terrarum hi soli hoc fato nascuntur, ut abscisi in mulieres transformentur, ut in toto mundo isti pauculi inueniantur, quos constat miseros circumueniri et promissis praemiis ad hunc dolorem et dedecus cogi? si autem ad hoc nati essent, non cogerentur.

19. Persae licitum habent cum filiabus suis conuenire, quod et hic fieri posse ostenditur, per id quod a quibusdam factum probatur. sed quia uindicta interuenit, metu correpti sunt, ne facerent, quod potest fieri, sed non licet. omne enim, quod prohibetur, ideo prohibetur, ne, quia potest fieri, fiat; si autem fati esset, non posset fieri neque prohiberetur. nam si non est fati et prohibetur, posse fieri quod fati non est significatur. et quae prudentia est prohibere quod non potest fieri? aliquis prohibeat, ne quis de urbe Roma transuolet in Hispaniam,

1 decetur (*corr. m2*) *N* 3 unuchos (*corr.*) *M* enunc chors (e *eras.*; c *pr. in ras.*) *C* eunuchors (r *eras.*) *N* 4 alius (*corr.*) *N* hinc *M* absolutum *X* 5 fastum (*corr.*) *N* occultum *X* cessaret (cessa *in ras.*) *N* 7 quid *CNFB* uul *M* faciat (*corr.*) *M* 8 hic] adhuc *P* 11 fui (*corr.*) *N* meritrix *M* cinedii *NX* 12 qui *C* dicimus *X* hii *CNX* 13 facto *MB* noscuntur *C* 15 circumuenire *M* (*corr.*), *GA* ad hunc] adhuc *M* (*corr.*), *CNX* 16 ad *om. P* 17 perse licitum habent *om.* (*add. s. l. m2*) *C* 18 fatum *PF* 21 quia] qua (*corr. m2*) *N* fieri fiat] fiat fieri *P* 22 possit *GA* fieri] fierit (*corr.*) *M* est] esset *X* 23 et] non *M* prohiberetur *CNX* fieri posse *P* 25 romana *N*

aut ne quis umeris montem transferat? illa autem, quae possunt fieri, cum non debeant, prohibentur.

20. Mos Maurorum est, ut inaures etiam in naribus habeant feminae. numquid fati est? si fati esset, huc translatae sic manerent, quia, si fatum est, unus quisque secum habet fatum suum; sed quia non est fati, omnes inde hic inmutantur uidentes turpe istic uideri, quod illic decorum putatur.

21. Certe apud omnes gentes numerus numerus est et terra terra est et aqua aqua est et aer aer est et ignis ignis est. numquid potest alicubi repperiri terra, quae non arida sit, aut aer, qui palpabilis sit, aut aqua, quae non fluxa aut frigida sit, uel ignis, qui frigidus sit? sic ubique Iuppiter Iuppiter est et Saturnus Saturnus est et Uenus Uenus est; eodem modo et cetera signa. ars enim ista una ratione ubique tractatur.

22. Sed, quia apud omnes gentes instituta manent non fatorum ratione, quae ubique una est, sicut tractant, sed hominum excogitatione — quidquid enim alicui, qui primus putatus est apud suos, ratione dignum uisum est et aptum decori, statuit quibus praeerat —, inde una quaeque regio uel gens propria habet quae seruet, sicut Solon et Licurgus multa statuerant, quae a Graecis legis more seruarentur, quae paulatim deficiente regno eorum oblitterata sunt.

23. Nam regibus Iudaeorum mulae placuerunt ad sessum; Romanorum autem non mulae, sed equi; Garamantis autem, qui supra Tripolim Afrorum sunt, regibus tauri placent ad sessum; Persarum uero reges in lectulis feruntur — nam ueteres reges Persarum nec uidebantur a populis —; et reges

23 cf. Zach. 9, 9

2 debebant *M* 4 hunc *X* translat *FB* translati *GA* 5 qui (*corr.*) *N* 7 dequorum (*corr.*) *N* 9 aer *pr.*] err *M* aere *N* (*corr.*), *B* aerę *F* 11 qui] quae (*corr.*) *N* non *om. N* 12 quae *N* Iuppiter *alt.*] *om. P* iuppider *FB* 14 ars *C* unu *M* 15 quia] qui *CF* quia (a *exp.*) *B* 19 petrat *G*, (r *s. l.*) *A* 20 ligurgus *NX* 21 mora *C* 22 oblitterati *C* 24 gamarantis (*siue* gainarantis) *P* 25 supra (ra *eras.*) *C* 26 regis *N* 27 nec] et *N* pospulis *M* et—camelis *om.* (*add. mg.*) *M*

Madiam camelis delectantur ad sessum, ita ut colla illorum aureis exornent torquibus; et per Africam asinis magis uolunt sedere quam equis.

24. Cum omnia ubique sint, non tamen omnibus omnia gratiosa sunt, quia unus quisque eligit, quid magis apud illum habeat gratiam. nam et nobis ipsis diuersa uoluntas est et in uestibus et in cibis et in cetero usu et in ipsa sententia. quod ne fati dicatur — quia multorum diuersa adserunt fata —, haec res prohibet, quia frequenter mutatur in nobis uoluntas. quod enim diu amamus, postea despicimus et diligere incipimus, quod prius non libenter habebamus, et facta consuetudine inmutati manemus.

25. Ordinem autem sic dicunt esse fatorum, ut sit quid quibus efficiant temporibus per interualla recurrentia pristina, ut puta quod hodie faciunt, iterum faciant post tempus. non enim in uno dicuntur manere; nam per disciplinam et consuetudinem uincuntur.

26. Mulieribus etenim Romanorum multis temporibus uini usus incognitus fuit. disciplina enim facta consuetudine confirmauit sensum suum, ut retineret quod prodesse didicerat. numquid illis temporibus haec fata fuerunt et postea mortua sunt, ut cessaret res bene inuenta? sed non fata hoc, sed disciplina inuenerat. adubi autem recessum est a consuetudine, periit disciplina.

27. Et ueteres Romanorum tantae continentiae fuerunt, ut etiam oblata munera refutarent bonam famam diuitias arbitrantes et uirtutem uoluptatibus praeponentes. et his fatis

26 cf. Sallust. Cat. 7, 6

1 madian *PCNX* 2 auris *G, A* (*corr.* auro) exornent torquibus] exornentur quibus *C, N* (*m. rec. mg.* torquibus), *X* affricam *PCNX* 4 omnia omnibus *GA* 5 elegit *CNX* malus (*uel* maius) *M* 6 habent *M* 10 dispicimus *M* dispitiamus *C* dispiciamus *N* (a *eras.*), *X* dilegere *NF, A* (*corr.*) 11 habeamus *FB* fata *M* 13 sic] si *C* 14 temporibus (b *in ras.*) *N* interualla *M* 18 etenim *M* 20 dedicerat *NFB* 21 facta *M* (*corr.*), *NX* fuerant *N* 22 facta *M. B* (*corr. m2* fatum) sed *alt.*] se *C* 23 at ubi *PNX* 25 continentia *C* 26 bonum *N* 27 factis *MB*

successum est aut obierunt; sed non fati fuit, sed disciplinae, quae etiam ipsius fati pedagogus est. quo modo enim posset fati esse, quod neque ante tempus habuit neque nunc habet?

28. Et quid est, nescio, ut tantam inuidiam fato faciant, ut in omnibus gestis ipsum dicant auctorem, cum sit et non sit? ubi enim disciplina est, non est et, ubi consuetudo est, non est et, ubi casus est, non est. ubi autem uidetur esse, timore legis uincitur; et libido enim metu conpescitur et quaestus pecuniae propter deum promerendum repudiatur. in hac ergo parte negari non potest, quia non potest non esse, quod uincitur, et tamen recte potest dici et in eo ipso non esse, quia caret auctoritate, quod uincitur.

29. Itaque dei legem qui sequitur et consuetudinem tenet bonae uitae, huic cedunt omnia quae dicuntur fata. tantum enim potest consuetudo, ut etiam bestias mitiget. nam male uiuere uolentes ipsi sibi fata constituunt. per luxoriam enim et uoluptatem fit intemperantia et inquietudo, quae parit incontinentiam et iracundiam. et scientes istud poena dignum, ut inmunes se faciant, pudorem passi fatis hoc adscribunt, cum de hac re cogitantibus adiutorium faciant demones: qui ad hoc stant, ut male cogitantibus tribuant effectum, istos fata appellant non intellegentes, quia sunt hominis inimici.

30. Nam si per sensus non subintrarent peccata ad animam, sed de intus nascerentur, recte omne, quod delinquitur, fatorum esse diceretur. at cum uideant autem per uisum et audi-

2 cf. Gal. 3, 24

1 ubierunt *N* fati] fati sunt *M* disciplina *C* 3 habet] habuit *X* 4 quid est] quidem *P* tantum *N* inuidi••am *M* ut *om.* (*add. s. l.*) *M* 5 ipsum (ps *in ras.*) *N* dicam *MCNX* 7 et timore *C* 10 quia *om.* (*add. m2*) *C* potest *alt. om.* (*add. m2*) *C* non *tert. om. C* 11 tamen] tunc *C* 15 nam] non *P* 16 constitu••• (*add.* unt *s. ras.*) *C* constituunt (*corr. m2*) *N* 17 paret *X* 20 adiutorium—cogitantibus *om. X* fatiunt *M* quia *CN* 21 stat *C*, (*corr. m. rec.*) *N* iustos (*corr.*) *N* 22 inimici—se- (*24*) *in ras. M* 23 ad *om. M* nimam (?) *M* an•mam (i *s.* n) *C* 24 de *om. M* -rentur—factorum (*sic!*) *in ras. M* 25 at] ut *CNX* at . . autem *pleonastice dictum*

tum et per reliquos sensus nasci concupiscentiam peccatorum adiutantibus inimicis, qui suggerunt faciendum. quod contrarium est et non putatur, quamdiu fiat — dulce enim uidetur, cum fit aut antequam fiat; perfectum autem apparet esse amarum —, quid fatis inputant?

31. Quia autem potest uinci, hinc aduertimus. cogitantibus etenim nobis et de aliqua re sollicitis silent inimici et conquiescit libido; non enim possunt suggerere occupatis nobis. numquid aliquis ad aliquam rem alicui dedito aliud suggerit? non facit sciens aut non se audiri aut aporiari quasi inportune suggerentem. ita et inimici, quos constat esse demones: hi sunt enim dii paganorum, qui, si uiderint diuinis rebus nos occupatos, non se ingerunt ad contraria suggerenda, sed in insidiis sunt quaerentes occasionem, qua se inmergant.

32. Munimenta ergo sunt animorum meditatio assidua legis dei et operatio, quia, si otiosos nos uiderint a rebus diuinis, exsuscitantur ad sollicitandos nos. ipsi sunt enim qui per carnem et sanguinem seminant concupiscentias. quamuis enim habeat caro proprium motum originis suae, quia non est otiosa carnalis natiuitas, tamen in hac re accedit ad necem hominum adiutorium demonum.

33. Diuersa enim sunt demonia et disparem habentia uoluntatem. quaedam autem sunt, quae, cum perturbant animos, elidunt corpora; quaedam uero admiscentia se sanguini generant animis desideria; alia autem cordi hominis se copulantia suggerunt cum blanditiis contraria; nonnulla autem sunt, quae

15 cf. Ps. 1, 2

1 sensos *M*, *N* (o *m2 in ras*), *FB* 2 adiuuantibus *NX* 4 appareret *C* 5 quid] qui *C* 7 uobis *N* silent (l *m2 in ras.*) *N* 8 suggere (*corr. m2*) *N* 10 audire *MC* operari *GA* 11 inimici quos] inimi quos (*corr. m. rec.* cos) *N* 12 hii *PCNX* dii *om. P* 13 sed] sed et *P* 14 qua] quę *M* se] si *C* 16 quia] qua *C* otisus *M* tiosos (*corr. m. rec.*) *N* uiderent *C* 20 natiuitatis (*corr.*) *M* 21 demonium (*corr. m2* dęmonium) *N* 22 uoluptatem *P* 25 animus *N* ali *C* corda *N* copulentia *MN* 26 suggerent *M* blandos *G* blandi.s *AB*

sola corpora obligant infirmitatibus, sicut et illam filiam Abrahae, quam dominus curauit.

34. Haec omnia ignorantes pagani fatum appellant, cum diuersae sint causae et ista ab inimicis procurentur, ut quacumque ex causa inretitus homo subiciatur passionibus. sed fatum bonum appellant, cum bene temperata sunt corpora aut affabilitate commendantur habentia gratiam quandam; malum autem fatum esse, si plus caloris habeat aut umoris, aut si non sit aspersus gratia, sed magis ad detrimenta paratus, quos infortunatos uocant.

35. Fac uera esse. uidemus enim haec etiam in animalibus, ut plus habeant caloris; sed animalia non sunt rationabilia sicut homo, ut possint adhibita cura corpus suum temperare. ideo enim imperator est corporis animus, ut gubernet eum retinaculis legis diuinae. ea enim, quae siue inpulsu carnis siue ab inimico suggeruntur, non esse utilia lex ostendit diuina, quam ideo adiutorio dedit deus, ut dictantem inimicum mala quasi bona respicientes legis praecepta intellegamus illum esse seductorem, quia aliud suadet quam docet lex.

36. Sic ergo frenatur corpus, ut, quia feruet, minus illi detur et a deliciis retineatur. sicut enim corpus febricitans si accipiat escam aut potum, increscit illi calor, ita et huius modi corpora, quae sanguinis feruore uruntur, uehementius exardescent, nisi fuerint gubernata. igni enim si non des escam, sopitur.

37. Animi est ducere corpus; si autem dimiserit eum, ut

1 cf. Luc. 13, 16

1 infirmantibus *X* 5 inritatur *C* inrititus *N* inritetur *X* 6 temporata *MN* 7 fabilitate *P* commendatur *N* habentiam *CNX* mulum *M* 8 factum *G*, (*corr.*) *A* 12 calores *M* coloris *C* 13 adhita (*corr. m2*) *N* temporare *M* 14 gubernaret *P* gubernet (ernet *m2 in ras.*) *C* illud *P* eum *C m2 in ras.* 15 enim] nim *M* 17 deus dedit *P* 19 aliud] illud *C* quam docet] condocet *C* 20 sic] si *P*, *C* (*corr.*), *B* feruet] *in ras. C* seruet *G*, (*corr.* seruit, *et postea* seruiet) *A* 21 frebrititans *M* 22 si] sic *M* 23 ruuntur *CX* 26 demiserit *N* eum] illud *P*

eat quo uult, praecipitat eum, sicut equus frenosus neclegentem sessorem. et quia corporis feruor plus exardescit agentibus inimicis ad deceptionem animae, quia non corpus desiderat, sed calore suo generat animae desideria, dei nostri tuitio imploranda est ad tutelam, ut prohibeat eos — quia non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates —, quibus amotis facile erit carnis et sanguinis motum conprimere. extinguitur enim incendium, si desit materia per quam uiuat.

38. Illis autem eueniunt quae a mathematicis dicuntur, qui credunt futurum quod dicunt. id enim agitur subtilitate demoniorum, ut ea efficiant, quae antestites illorum dixerint futura, ne falsi detecti prodantur. circa eos uero, qui responsis illorum non commodant fidem, non praeualet effectus eorum, quia neque ipsi tam intenti sunt, ut satisfaciant eis, qui illis non credunt, neque patitur deus facere illos per quod seducantur fidentes de deo et non credentes diabolo. omnia enim sic deus constituit, ut secundum unius cuiusque fidem eueniat ei, ut arbitrium liberum maneat uoluntatis. ac per hoc qui deo credit ad auxilium eius confugiens, nihil ei poterit praeualere; certus est enim in potestate eius esse, quae fecit, et non audere contra eum, quem uidet deum communem habere propitium.

39. Certe deus fecit mundum et solem et lunam et stellas creauit constituens eis cursus, quibus gubernatur genus hominum. numquid non habet potestatem imperare illis, ut aliquando aliud faciant, quam decretum habent? sic enim ea condidit, ut uoluntati eius subiaceant et tunc demum cursus decretos

5 Eph. 6, 12

1 quod *M* praecipit *NX* eum] illud *P* 5 tuitio] uirtus *P* ducio *C* tutio *NFB* tutillam *C* tutellam *X* 9 uiuit *GA* 12 afficiant *P*, (*corr. m2*) *F* 15 ipsi tam] tamen sibi *G* tamen ipsi (en *exp. et eras.*) *A* qui] quia *C* 20 confugens *CNFG* 21 in *om. P, C* (*add. m2*) 22 audire *C* audere ⟨contrarium⟩ (= diabolum) contra eum *coni. Engelbrecht* uidet] det (*corr. m2*) *C* commune *X* 25 humanum *CX* 26 non habet *om X* 28 uoluntatis *C*

exsequantur, si aliud minime fuerit praeceptum: ut, si rogatus ab his fuerit quibus ministrant, per id quod aut inportunae sint pluuiae aut nimia siccitate steriles fructus appareant, iubeat temperari tempus aut, si forte, ut adsolet, irato deo uiuant homines, dum per luxoriam et uanitatem oberrantes non faciunt quod placet deo, diutissime suspensa pluuia, ut factum legimus sub Helia et Heliseo, famem excitet super terram, satisfactione placatus adnuat, ut imbres inrigent aridam.

40. Eodem enim modo ratio mundi est, ut imperium saeculare. quo modo enim quidam pressi a rectoribus prouinciarum ad auxilium imperatorum decurrunt ut erigantur, ita et homines, si aduersa sibi uiderint tempora, supplices se praebeant deo, in cuius potestate sunt omnia.

41. Sed hoc mathematicis non uidetur. aliud enim fieri inquiunt non posse, quam ut sidera decretas sibi impleant causas; et neque reuocari neque ad aliud inpelli possunt, sed semel statuta seruant officia. haec mathematicorum adseueratio est, ut dicant fata inmutari non posse neque precibus aliquid impetrari, quia semel deum dicunt statuisse totius mundi rationem et ministris sideribus tradidisse, quae neque retro neque ante ferri possunt.

42. Hic est error mathematicorum, quo etiam deum pulsant. per hanc enim adseuerationem negant aliquid posse fieri extra ordinem mundi, ut omnia, quae in mundo a deo facta leguntur, si a mundi lege discordant, negent credenda, illa autem asserant, quae iuxta statuta mundi facta dicuntur, ut neque uirgo peperisse dicatur neque uirga Aaron floruisse et fruc-

7 cf. III Reg. 17. 18 27 cf. Luc. 1, 34 cf. Num. 17, 8 (23)

1 exsequantur] et sequantur *M* 2 ministrant *om. X* 3 fructos *C* 6 diutissime *edd.* diutissima *codd.* (*corr. A*) suspensus *P* 7 fatum *P*; factum *N* famen *PM* excitat (*corr.*) *C* 9 eodem (*corr.* eadem) *N* modo ratio] moderatio *P*, *C* (r *in ras.*), *NX* 10 quidem *G*, (*corr.*) *A* 11 uti (?) *M* 13 potest *M* 16 ad *om. X* 19 statuisse se *M*, *C* (se *m2 s. l.*), *NX* (se *eras. A*) 20 ministros *P* tradisse *CN* 21 ferre *M* 23 enim *om. P* 26 fata *P*, (*corr.*) *A* ut *om. X* 27 uirga *om. N* amamron (*uel* anamron) *N*

tum adtulisse neque Sarra anus peperisse. haec enim mundi ratio non habet, quia extra mundi ordinem a deo facta leguntur. et quid mirum, si auctor mundi fecit quod non potest mundus?

43. 'Sed transgressus uidetur', aiunt, 'rationem quam statuit, ut aliter ipse fecisse dicatur, quam mundo decreuit'. age uero, mundo legem statuit faciendi aut generandi: numquid sibi? et humilitas eius erat, si sic faceret, sicut ab eo conditus mundus. et unde ab eo factum intellegeretur, si mundi lege fecisset quod fecit? ut autem intellegeretur a deo factum, non a mundo, alio ordine factum est.

44. Certe soli decreuit ut incessabiliter impleat statuta spatia nec habeat licentiam standi: numquid, quia hanc legem ei statuit, nec ipsi licebit statuere illum?

45. Certe iudicibus statutum est, ne liceat illis in reum datam sententiam reuocare: numquid et ipse imperator sub hac erit lege? nam ipsi soli licet reuocare sententiam et reo mortis ignoscere: quanto magis deo licere debet, quod mundo concedi non debuit, quia creatoris sui est famulus! denique mundus per legem sibi traditam occidere potest, uiuificare non potest. per intemperantiam caecum creare potest, oculos illi reformare non potest; inbecillem et aegrum facere potest, curare illum non potest. hoc enim deus sibi reseruauit, unde appareat eum omnium esse dominum. ad subruendum enim fatum pertinet, quia mortui resurrexerunt, caeco nato oculi reformati sunt, aegri et paralitici confirmati sunt et cetera, quae facta sunt talia, ut confugientibus ad deum, si quid fati

1 cf. Gen. 21, 2 13 cf. Ios. 10, 12. 13 24 cf. Matth. 11, 5. Luc. 7, 22. Ioh. 9, 1

2 rationem *P* 6 age (*corr.* ager) *N* statuit (*corr.* statuunt) *C* aut generandi *om. N* 8 unde (un *in ras.*, n *s. l.*) *N* 10 fatum *M* mando *M* 11 statutas *C, N* (*corr.*) patia *C* 12 qui *N* 14 in *om. N* 15 ipse] p. ipsi (p *pr. eras.*) *C* 16 ipsi soli licet] si ipsi licet soli *GA* *reuocare *N* 18 creatori *C* 19 perque *P* 20 intemporantiam *N* 21 imbecillum *P* inbicilem *CNF* inbecilem (*corr.* inbicilem) *B* 22 reseruabit *CN* 23 eum *om. P* dominus *P* deum *CNX* subruendam (*corr.*) *M* 24 factum *FB* 25 agri *M* 26 alia *CNX* facti *N*

esse potest, inpedimentum adferre non possit. dicit enim Iohannes apostolus: maior est, inquit, qui in uobis est, quam qui in hoc mundo.

46. Rogatus enim deus etiam quae statuit amouet. nam utique statuit in peccatores uindicandum et tamen deprecantibus ignoscit, quia ipsi soli licet ligare et soluere. unde cum soli statio concessa non sit, sub Iesu Naue iussus est stare et oboediuit eius imperio, contra id quod sibi in ratione mundi fuerat praeceptum. sub Ezechia autem amplius factum legitur, quia, ut Ezechias, quod sibi promissum erat, uerum esse non dubitaret, signum tale accepit, quod nouum esset et humanis auribus inauditum. non enim, sicut prius, soli iussum est ut staret, sed ut reuerteretur retro, quod uidens Ezechias certum haberet posse sibi eum quindecim annos addere ad uitam. qui de nona hora fecerat sextam. et quia contra mathematicos est quod Ezechiae concessum est — negant enim posse addi ad uitam —, signum iterum in hac re, quod contra mathematicos esset, accepit. inpossibile enim asserunt aliud astra facere quam habent constitutum.

47. Certe fati esse dicunt seruum habere aut non habere. esto. ab initio mundi haec fata ubi fuerunt? usque ad diluuium enim et infra multa serie annorum transacta non fuit haec condicio seruitutis. aut numquid ex Nini temporibus haec fata coeperunt, qui primus dicitur finitimis bella inferre coepisse

2 I Ioh. 4, 4 6 cf. Matth. 16, 19 etc. 7. 12 cf. Ios. 10, 12. 13 13 cf. IIII Reg. 20, 11 24 cf. Iustin. Hist. I 1

1 potest *om. GA* posset *GA* iohannis *MC, N* (*corr.*), *FB* 5 tamen] tunc (*corr. fort. m2*) *C* 6 et *ante* ligare *add. P* 7 concessa] est concessa *P* hiesu *GA* iustus (*corr.*) *C* iussum *GA* 10 ut] et *P* 11 accipit *C* 12 sicut inauditum (inauditum *eras.*) *P* soli« *C* 15 hora] hora horam *P* feceret *M* sexta *GB* quia] qui *P*, (*corr. m. rec.* quid) *M* 16 est *pr.*] est (*m. rec. add. mg* dicendum) *M* accessum (*corr.*) *C* est *alt.*] est (*corr. m. rec.* esse) *M* negant (*add. m. rec. alt.* negant) *M* 18 accipit *CN* impossibili *M* 20 habere *om.* (*add. s. l.*) *M* 22 multas *C* serie—transhacta *om.* (*add. mg.*) *M* erie *C* 23 aut—haec *om.* (*add. mg.*) *M* facta *X* 24 inferme *FB*

et captos facere seruituti obnoxios? uides ergo postea hoc inuentum et non esse fati, sed actus demonum, quia, si fati fuisset, ab initio mundi fuisset. ipsa enim sunt sidera, quae facta sunt in initio, et in eo manet cursus eorum.

48. Et antea uita hominum agrestis erat nec diuitiis studebatur: quo modo nunc astrologi per astra dicunt diuites et pauperes fieri? numquid mutata sunt astra, aut uersutia et praestigium est satanae, ut ea per stellas dicat fieri, quae angelis suis ministris operatur? accedente enim tempore, quo interitus ei adpropinquat, maiora adinuenit, per quae peccetur.

49. Ecce scimus fame laborasse Italiam et Africam, Siciliam et Sardiniam: dicant mathematici, si omnes hi unum fatum habuerunt, cum inter centum nec duorum sibi fata conuenire posse dicantur. erubescant et taceant et deo subplices manus tendant, in cuius potestate sunt omnia. sed in hoc forte subreptum est fatis: quid dicemus de Pannonia, quae sic erasa est, ut remedium habere non possit?

50. O infirmitas eorum, qui fide pendula Christianos se profitentur! dum enim de promissis dubitant, nec de his quae facta sunt cogitant. si enim ea quae a profetis et apostolis gesta sunt considerarent, numquam fabulas mathematicorum admitterent. scirent enim omnia in dei esse potestate nec terrerentur, quando bonis mala accidunt, quia in futuro iudicio remunerabuntur, memores apostoli dicentis: quia per tribulationes, inquit, oportet nos intrare in regnum dei. contentus enim et dei sui exspectans iudicium remuneratus

24 Act. 14, 22

2 fati *pr.*] fatis *P* demonium (i *exp.*) *N* 3 ab initio—fuisset *om. C* 4 eo] e (*corr. m. rec.* eternum) *M* 5 agrestris *N* 6 astra logi *G, A* (*corr.*) 8 stelles (*corr.*) *M* 10 aduenit *X* peccator *C* 11 affricam *PCFB* silitiam (*corr.*) *MA* 12 sardiniem (*corr.*) *M* sardinam *FG* hii *C* (*corr.*), *NX* 13 habuerunt *om. P* 15 tendat (*corr.*) *N* 16 est *om. N* dicamus *C* de] de de *C* ** de *N* pannonia *M*, *CN* (*corr.*) 18 quia *C* 19 promissis *M* 24 apostolo *FB* 26 contus *M* remuneratos *GA*

etiam uindicabitur. si enim in praesenti uindicari desiderat aut omni auiditate praesentibus frui copiis, dubitat de promissa uita ac per hoc in futuro inter perfidos deputatus poena dignus habebitur. mundum enim deus propter exercitium fecit et omnibus copiis honestauit duas causas proponens, praesentem et futuram, caelestem et terrenam, ut ad probationem essent hominum, ut qui spreta futura uita praesentem elegeret carni deputaretur, qui uero praesenti futuram anteponeret spiritalibus dignus haberetur, et qui iniuste pressus potentia iniustorum querellas deo deponeret uel reseruaret in futuro iudicio releuatus spiritali gloria honoraretur. unde nullus sanctorum in mundo gloriosus apparuit neque praesentes dilexit delicias. hinc apostolus: habentes, inquit, uictum et uestimentum his contenti simus. sed queritur Christianus et dolet, si quis felix uideatur in saeculo, cum Christianorum dignitas et felicitas non in terris promissa sit, sed in caelis: quo modo ergo Christianum se dicit, qui non illic gloriari uult, ubi promissum est, sed hic, ubi prohibitum est? si enim expediret praesentibus frui, non utique haec contemnentibus caelestia promitterentur.

51. Qua igitur spe Christiani mathematicis aures commodant, cum audiant Iohannem apostolum clamantem et dicentem: nolite diligere hunc mundum neque ea, quae in mundo sunt? itaque si haec sunt fidei uel legis nostrae praecepta, ne mundus diligatur neque ea, quae in mundo sunt,

12 cf. II Reg. 6, 22. Prou. 25, 6 13 I Tim. 6, 8 23 I Ioh. 2, 15

1 in *om. P* uindicari (in *in ras.*) *N* 3 uicta (?) *P* uita. *M* 4 exercitum *PMG* 5 et *om. C* 6 futurum *C* celestam *M* 7 homini *P* eligerent *P* elegeret (*corr.* eligeret) *CN* elegerit *FB* 11 reuelatus *M* (*corr.*), *CNX* 14 sumus *CNX* quaeritur *CX* 17 ergo *om. N* 19 expederet *N* (*corr.*), *FB* 20 caelestibus *C* (*corr.*) 21 qua] quia *X* spem (*corr.*) *M* saepe *GA* xpiani *M* commendant *X* 22 clamantem *M* 23 noli *X* dilegere *M* mundum hunc *GA* 24 mundo] hoc mundo *CN* hunc mundo *FB* itaque—mundo sunt *om. P* haec] hoc *X* 25 dilegatur (*corr.*) *N* in *om. N* mundo (*corr.* mundi *m. rec.*) *N*

quid est ut quidam nostrum querantur contristati de aliorum felicitate quae est in mundo, quae apud deum forte infelicitas est, cum magis gaudere deberent, quia non illis mundus praestat, per quae obligati teneantur humanis rebus obnoxii?

52. Felicitas enim ista securitatis facultate accepta diuinorum caret sollicitudine. indiligens enim sit necesse est circa diuina oracula, qui omnibus necessariis refertus, unde sit sollicitus, non habet. alia enim sollicitudine incipere solent laborare huius modi, ut amplificentur in saeculo, quod sine peccato non potest fieri. si propius autem aspiciatur, uidebitur inimicus magis illorum esse mundus, quos beatos dicitur facere. uix enim aliquis illorum caelestia cogitat.

53. Gaudendum ergo Christianis est, dum recte conuersantes premuntur in saeculo. hic enim uicit saeculum, qui contentus quo modo illi euenerit in saeculo deo suo gratias agit, a quo, si qua hic denegata uidentur temporalia, reddi speret aeterna. ut quid enim deus futurum iudicium statuit, nisi ut qui iniuste deprimuntur ad tempus, in uita aeterna ⟨exaltentur⟩ conpressis his, qui per potentiam contemnentes aut non credentes futurum dei iudicium inpunitatem esse scelerum arbitrati sunt?

54. Sed fatorum adsertores negant futurum iudicium. si enim nascuntur qui boni sint et e contra qui mali sint, quid laudas aut accusas, quando neque bonus congressus laborauit, ut uinceret, neque malus neclegens fuit, ut perderet? istas

12 cf. Col. 3, 2 14 cf. Ioh. 16, 33

1 uestrum *P* nostrum (m *m2 in ras.*) *N* quaerantur *NX* 2 quae *alt.*] quod *GA* 7 refertur *CNFG* unde] et (*add. m. rec.*) unde *N* 9 amplificantur *C* 10 proprius *P, N* (*corr.*) prius (*corr.* proprius) *C* propriis *X* 11 beatus *C* 13 gaudium *GA* xpi annis *M* xpianus (*corr.*) *N* 14 uincit *P* 15 illi•euerit (*corr. m. rec.*) *M* 16 reddi speret] *lacuna in P* redd•••••et *M* 18 in *om. PX edd.* uita aeterna *om. P* exaltentur *suppleui* altentur *mauult Engelbrecht* donentur *edd.* 19 aut non credentes *om.* (*add. mg.*) *M* 20 inpunitatem—iudicium *om. P* esse] *om. M* se *C*, (*corr.*) *N, X* 22 sunt *CNX* e *om. P* sunt *NX* qui *P* 23 laudes *PX* laboraret *P* 24 ma'us] malus neque *G*, (neque *exp.*) *B* neclegens (*corr.* neglegens *m. rec.*) *M* neque legens *CNFB* penderet *X* istas *om. CNX*

quidem inter priuatos fabulas uenditant. nam iudiciis oblati peccatores numquam ausi sunt crimina sua fatis excusare, sed semet ipsos reos confitentes iure se sententiam excipere non negant. itaque legis auctoritas rationem calcat fatorum ita, ut ne nominari quidem possit, cum se commouerit lex.

55. Quo modo autem euasuros se in perpetuum credunt, qui nequiter uersati legis seueritatem studio quodam ad tempus effugiunt non cogitantes auctorem legis hinc dissimulare non posse? nam hic imago legis est, illic ueritas, et qui inludit imaginem, ueritatem inludere non potest. numquid est aliquis locus sine deo aut aliquis manus eius effugiat? putant autem blandientes sibi, quia qui hic euadit iam securus sit. et quo modo hoc iustum aestimant, ut aliis in talibus causis damnatis isti euadant?

56. Certe deus mundum constituit et qua lege uteretur ostendit. diligens enim opus suum ostendit ei uiam, qua itur ad uitam, ordinatis quibus ducibus uterentur, quia est et uia quae ducit ad mortem. numquid non ergo requirere debet, si hi, quos ministros regni sui posuit, eo iure, quo constituit, populum eius gubernarunt, aut si populus edictum eius suscepit, ut et ministri fideles inuenti laude digni sint aut infideles poenis subditi, similiter et populus lege seruata laudetur aut contempta damnetur? hoc iustum est, hoc causa exposcit.

16 cf. Matth. 7, 13. 14

1 quidem] quid est *X* uindicant *PGA* iudicii sublati *NX* 3 sed] seu *X* se *om. N* 4 factorum *C, N* (*corr.*), *FB* 5 ut] et *C* nominari] minari (*corr.*) *M* nominerum (*corr.* nominarum) *C* 7 nequiter (*add. s. l.* do *m. rec.*) *M* 8 effugiunt] et fugiunt *C* 15 uteretur] pro utaeretur quia est (pro *et* quia est *eras.*) *C* 16 enim] eum (*corr.*) *N* 18 quae] qui (*corr.* que) *N* si hi] si hii *CGA* sibi *N* 19 eo] eos *C* quod *P* 20 suscipit *C* 21 ut et] ut *C* aut *NX* ministri] administri *C* aministri *N* (*corr.* et ministri), *FB* fidelis *M* sunt *CN* 22 laudetur quo (quo *eras.*) *C* laudatur *X* 23 contemptu *C* contenta *N* damnatur *P* iussum *CNX* est *om. CNX* hoc *alt.*] hoco (*corr.*) *N*

57. Quo modo ergo quibusdam displicet futurum iudicium credere? sed hoc mathematicorum inuenit amentia. quo modo enim possent futurum accipere iudicium, qui praesenti repugnant, quia iudicium in natiuitate esse contendunt? et quia ueritas, cum putatur premi, resurgit, ipsi, qui quodam iudicio naturali bonos et malos non fieri, sed adserunt nasci, peccantibus retribuunt nec patiuntur inulta esse peccata. uirgis enim pistrino uinculis intus corripiunt, quos foris inemendabiles adserunt natos. aliquis prudentium corripit quem scit emendari non posse? quod quidem aut stulti est aut iniqui.

58. Sed ne hoc ipsum fato dicant fieri, quia qui sub fato est non facit quod uult, ut etiam ipsi naturale habeant ut uindicent in eos, quos sciunt inconuertibiles manere naturaliter, et uere, quia sic dicendum est, ut quidquid fati esse dicitur stultitiae deputetur. quam enim stultum est ut, cum dicant aliquem malum natum, nec illum bonum probent quem adserant bonum natum! quo modo enim potest bonus iudicari, qui rem iniquam facere deprehenditur? quid enim tam iniquum, quam ut caedatur, qui negatur aliud potuisse facere quam fecit?

59. Et si omnia fato fiunt, quo modo lex subintrauit, quae non sinat fieri quod fati est? si enim tollatur lex, passim publice inlicita fient nec potentes poterunt ferri nec erit libertas, quia et qui nunc non cogitat malum sublato timore incipiet malus esse. denique legimus legem malorum causa datam.

21 cf. Rom. 5, 20 25 cf. Rom. 5, 20 etc.

3 possunt *CNX* 4 natiuitate esse] natiuitates se *C, N* (*corr.*), *FB* qua (*corr. m. rec.*) *M* 5 cum putatur] conputator *C* cum putatur (*corr.* computatur) *A* praemii *CG* regit *M* resurgent *G*, (*corr.* resurget) *A* ipsi (*corr. m. rec.* ipsos) *M* qui] .... *M* 8 pristino *NX* inemendabilis *C* 11 ipsum ipso *GA* ipsum ipsum *B* 12 etiam] etiam hii *P* 13 quos] quod *CNX* 14 uere] uiuere *X* quidquid] quid (d *exp.*) *N* faci (*corr. m. rec.*) *M* 16 quem] quod *CNFB* 17 asserunt *P* iudicare *N* 19 ne negatur *C* facere potuisse *GA* 20 facit *CNX* 21 haec lex *P* 22 sinam *P* sinet *C* 23 fiant *C* 24 incipiat *CNX* 25 data *X*

60. Sed et hoc ipsum fati forte fuit, ut lex daretur. et qua ratione fata subsistunt, si generant a quo destruantur, quia quod fati est contra dixit lex fieri debere? carent ergo ratione, si contraria sibi generant, et iniqua sunt, quia nasci faciunt homines ad damnationem, et si iniqua sunt, auctoritatem habere non debent, quia omne iniquum punitioni obnoxium est.

61. Aut ne forte legem nihil prodesse dicant, quia qui sic natus est, ut malus sit, per legem non potest inmutari? quod si est, superflue lex data est; et quo modo fata rem superfluam nasci fecerunt, quia 'nihil sine fato'? itaque fata et pro se et contra se faciunt. quod si ita est, stare non potest quod per inconstantiam rationis non tenet firmitatem.

62. Sed ne propter hoc legem fata esse uoluerunt, ut quos malos fata faciunt nasci a lege damnentur, ut conueniat fatis et legi ad horum punitionem? ad hoc quid erit quod dicatur, nisi quia et leges et fata proprio iudicio condemnari merentur, si pari iniustitia hoc elaborant, ut occidantur qui non sponte, sed fatis agentibus mala fecerunt? ad haec lex contra dicit, quia fata propria professione damnanda sunt. non enim negant eos qui mali sunt fati esse quod mali sunt. lex autem usque adeo aduersa est fatis, ut neget malos fati esse quod mali sunt, sed uoluntatis illorum; quam ob rem reos illos rite constituet. nihil ergo legi et fatis commune est, quando a lege negatur quod a fatis adseritur.

1 et *om.* *GA* 2 destruuntur *X* 3 quia] quia (i *s. l.*) *M* qui *CX* quia (a *s. l.*) *N* est] e *PCNX* e (*corr. m. rec.*) *M* dicit (?) *P* non *ante* debere *add. P* 5 fiunt (*corr. m. rec. mg.*) *M* 6 ponitione *C* punitione *NX* 8 for *M* legem nihil] nihil legere *P* prodisse *CF* qui] si *M* 11 fata] fato (*corr.*) *N* 12 si ita] sita *M* potest (test *in ras.*) *N* 14 fata] factam *N* 15 malus (*corr.*) *C* malas (*corr.*) *N* fata *om. C* 16 lege *P*, (*corr.*) *M* dicantur (n *eras.*) *N* 19 qui] quia *CGA* haec] hoc *P* 21 fati esse quod mali sunt *om. M* (*add. mg.*) 23 eorum *P* 24 ob] ab *GA* constituit *X* leti *N* 25 conmuni (*corr. m. rec.*) *M* a *alt. om. P*

63. Qua autem ratione nati dicentur, qui mathematicos urbe Roma prohibuerunt, quod ius seruatum non ignoratur et certe pagani fuerunt? quo modo fato fiunt quae contra fatum sunt? sed si est fatum, non facit contra se: isti non habent fatum, qui faciunt contra fatum, et si hi non habent fatum, non est fatum.

64. 'Sed est', inquiunt, 'fatum uni cuique praestans qua morte moriatur'. quod si ita est, non est accusandus homicida. nam et duplici genere se defendet, quia et ipse fatis agentibus hoc fecit et ille agentibus fatis occisus est. sed inter haec lex pulsatur, quia punit oblatum homicidam. simili quoque modo nascitur qui adulter sit et quae adultera et cui fiat adulterium. quod si et hoc sic se habet, etiam nunc lex tangitur, quae punit adulteros, quod si uere fati esset, etiam ille puniendus erat, qui tale habet fatum, ut adulterium patiatur. et ipse enim particeps inuenitur, quia fatum eius admisit ut fieret adulterium. aequum ergo erat ut aut simul damnarentur aut simul absoluerentur; inter haec iniusta lex uidetur.

65. Ideoque si a deo sunt fata, lex non erit dei, quia hoc non solum deo, sed nec prudenti conuenit homini id damnare quod fecit. sed quoniam nemo umquam contra legem ausus est dicere uel a deo hanc esse negare, fata ex deo dici esse non poterunt, quia ista deus punit per legem. quando enim damnatur quod fit inpellentibus fatis, sine dubio fata damnantur.

66. 'Sed animae', aiunt, 'malae ad hoc nascuntur, ut male

1 qua] qui *N* 2 ius] diu *C* ignorantur *N* certi *GA* 3 fati *N* 4 sed si est—faciunt contra fatum *om. C* contra se] *add.* si ergo non facit contra se *P* 5 et si hi non habent fatum non est fatum *om. P* si hi] si hii *C* sibi *FB* 8 homicidia *PG* 9 defendat *P* 10 haec] hoc *P* 12 qui] quia *C* adultera] adultare (*corr. m. rec.*) *M* 13 quod si—adulteros *om. N* 14 illi (*corr. m. rec.*) *M* 15 ut] et *N* 16 et] est (*corr.*) *N* quia] qui *GA* 18 obsoluerentur *CNX* 20 ideoque] ideo quia *P* hoc *om. P* 22 lege *FB* ausus *M* 23 poterant *MG* 24 damnantur *GA* quod fit—damnantur sed *om. X*

faciant'. esto. sed non deberent tali fato nasci innocentes, ut ab his possent occidi. si enim illae malae animae essent, nasci non deberent, sed puniri, ne occiderent innocentes. sed non animae, quas malas fingunt, innocentes occidunt, sed fata, quae sic faciunt nasci homines, ut occidantur. ac per hoc non animae, sed iniqua sunt fata et, si iniqua sunt, a deo non sunt: ergo a diabolo sunt simul cum illo damnanda.

67. Et quoniam decernere dicuntur singulis, quo modo moriantur, aut ferro aut laqueo aut praecipitio aut naufragio uel aliter, multis eadem praestant. nemo enim potest solus ab omnium fatis discrepare. quod si quis inuentus fuerit discrepare, iam non est fati, sed euentus; et si in unius morte euentus est, erit et in multorum et iam non erit fati. Anaxagoras in pilam coniectus iussu regis contusus expirauit, quod contigit nulli hominum. et Sisarae regi allofylorum mulier palum in tempora fixit et ita reddidit spiritum. hoc modo nemo est mortuus. et antea cruci homines figebantur, quod postea edicto prohibitum manet. si fati erat, quo modo desiit? quando enim quod fati est prohibetur et non fit, uincitur fatum. aut si non erat fati, non fato homines cruci figebantur, sed iudicio legis. et ita est ut non fato homines damnentur, sed conuicti malis operibus suis. . . .

15 cf. Iudd. 4, 21

1 faciunt *N* esto] est *X* tali] alii *CN* alias *FA* alios *GB* 2 possint *M* 3 ne] nec *GA* 4 mala *P* 5 occidantur (*add.* inique *m. rec.*) *M* 6 fata et si iniqua sunt *om. P* sunt *tert.*] sunt Et si a deo non sunt *P* 7 ergo *om. P* *post* sunt *add.* et si a diabolo sunt *CNX* simul cum illo damnanda] sunt *add. P* damnanda sunt simul cum illo *C* simul damnanda sunt cum illo *NX* 8 discernere *CNX* 10 eadem quę *GA* praestunt (*corr. m. rec.*) *M* 11 disc*repare (*corr. m. rec.*) *M* 12 est] erit *P* uentus *N* in *om. P* 13 in] im *N* anaxazoras *C* anaxatoras *NX* 14 iussum (*corr.*) *P* 15 non *add. m. rec. ante* contigit *M* contingit *P* ulli *MCNX* (*corr. A*) sisarrae *C,N* (*corr.*), *X* alliphilorum (*corr.*) *C* 16 tempore *PC* uixit *C* fit *FB* reddit *P* 17 ante *C* figibantur (*corr. m. rec.*) *M* fiebantur *CFB* 19 et non fit] ut non sit *GA* 20 figibantur *M* 21 non *om. CNX* (*add. post* homines *A*) 22 conuinti *N* conuica *FB* conuinci a *GA*

68. Apud Etruscos natus dicitur quidam tam formosus facie, qualis numquam fuit, et quia uir bonus erat, ne cui in suspicionem ueniret, quia etiam honestarum mulierum oculos inlicebat, faciem sibi septem plagis uulnerauit, ut pulcritudinem, quae ab omnibus desideratur, damnaret. ecce quo modo, si fata sunt, superata sunt! sed forte dicatur: 'naturae fuit ut formosus nasceretur, fati uero, ut species eius uulneraretur'. quod si ita est, iam non nascitur fatum, sed accidens causa est; et si accidens res est, non erit fati, sed consilii aut certe euentus, quantum ad reliquas pertinet partes.

69. Nam quid aliud est uincere fatum, nisi inmutare naturam? quod si a deo utique esset, nec inmutari posset nec uinci. legitur namque cautum in quodam iuris libello aliquando mulierem quinque peperisse: quo modo subreptum est fatis, ut huic soli hoc natura decerneret, quod non erat fati? quod si fati fuisset, aliquantae hac sorte oneratae fuissent. et cum quidam ad peregrina loca proficisceretur, uxorem suam amico, quem fidelem sciuit, commendauit, non utique puero, sed maturae aetatis, qui, ut diligentior custos eius esset, abscidit se, ut cum ea sine cuiusquam suspicione caute dormiret. quid putamus: fati fuisse aut consilii? sed quo modo fati fuit quod contrarium est? qui uincit enim quod natum in eo est, hic inanit fatum.

70. Et in studiis certe fatorum uertitur causa, ut sciat quis

1 cf. Valer. Max. IIII 5 ext. 1. Claud. Mam. grat. act. Iuliano c. 5

1 Etruscos] et rusticos *N* (*corr.*), *FB* 2 erit (*corr. m. rec.*) *M* 3 inligebat (*corr. m. rec.* inligabat) *M* inliciebat *CNX* 5 omnibus (*corr. m. rec.* hominibus) *M* 8 nascetur *GA* accedens (*corr. m. rec.*) *M* *utroque loco* 11 immutari *M* 12 esset—namque *om. X* 13 ligitur (*corr. m. rec.*) *M* 14 quo modo] quando (do *in ras.*) *P* fatis ut] fati sunt *X* 15 quod *alt.*] quia *P* 16 fati] fatis *CNX* aliquanta *CNX* honoratae *PCNX* 17 proficeretur (*corr. m. rec.*) *M* 18 quem fidelem] infidelem *X* scit *C* sciit *NFB* sciens *GA* puero sed] pueros ad *C* 19 aetatis *om.* (*add. m2 s. l.*) *C* ut] et *CNX* 20 caute] caste *P* 22 contrarium] contra fatum *P*

aliquid aut non possit conprehendere. omnes ergo senatores unum habent fatum — nullus enim senatorum sine litteris est — et gentes, quae sine litteris sunt, unum habent fatum et omnes serui unius sunt fati; nemo enim seruorum est senator.

71. Sed si quod nascitur dicitis fatum, quidquid accesserit extra fatum erit. aut si quod accedit ex fato uenit, quare per laborem uenit? tunc enim fati diceretur, si inuito homini eueniret. quod enim imminet sine prouidentia, fatorum dicitur; quod enim excogitatur et diu pensitatur et exercitiis mediis adquiritur, cur fati esse dicatur?

72. Eunuchus aliquis natus est, alii fiunt: ubi erit fatum? in illo, credo, qui natus est; qui fiunt, quid dicendum de his est? diuersum est enim. aut si hi fato facti eunuchi sunt, ille contra fatum natus est eunuchus. et quare tam raro eunuchus nascitur, ut incredulum uideatur? quaedam fuit mulier in urbe Roma, quam constat undecim maritos habuisse, et alius uir, qui duodecim habuit uxores: quae fata sunt, quae his hoc decreuerunt? nam tempore imperatoris Constantii manifestum est puellam in parte Campaniae inmutatam in masculum et Romam perductum: quae hoc fata fecerunt? alia, ut opinor, quae uos nescitis.

73. O si de hoc nomine taceretis et aliqua euentui et casibus remitteretis, quaedam prouidentiae concederetis! nam tantum potest uirtus et industria animorum, ut non solum naturae

16 cf. Hieron. Ep. 133, 10

1 posset *CNFB* 3 fatum *om. CNX* 4 est seruorum *C* 7 accedit (*corr. m. rec.* accidit) *M* accidit *CNX* uenit (n *in ras.*) *C* 9 fatorum] futurum *PMCN* futurum, fatorum *coni. Engelbrecht* 10 pensitatur (it *eras.*) *C* pensatur *GA* exercitiis *edd.* exitus *P* exitiis *cet., cf. p. 261, 5. 19* 12 natus est] *add.* qui fiunt, quid dicendum est *P* 13 est] est (*add. s. l. m. rec.* an in his) *M* quid] qui *CF* est de his *P* 14 his *P* hii *CNX* 15 rare *N* 16 mulier fuit *CNX* 17 orbe *M* 18 undecim *C* 19 decreuitur *FB* decreuit *GA* constantini *PC* 21 perductum (*corr.* perductam) *P* perductam *M* (*corr.*), *N* que (*eras.*) *M* fecerunt fata (*corr.*) *P* 24 prouidentiae (*add. s. l. m. rec.* dei) *M*

resistat, uerum etiam se ipsam emendet aut inemendet, quia habet iudicium sui.

74. Traduntur enim mulieres Scytarum, quae Amazonae dictae sunt, quia, cum uiri earum occupati bello longinquo diu abessent, propter sobolem seruis se miscuisse et omnem marem natum necauisse relictis feminis ita, ut nulla lanificio operam daret, sed ab ineunte aetate palestra et armis inbuerentur. harum tanta uirtus et industria in rebus gestis fuit, ut per multam annorum seriem regnantes nonnullas gentes subigerent Asiamque omnem sub tributo ponentes. quid ad haec poterit dici? numquid haec fati fuerunt, quae per tot annos sic gesta sunt, ut omnia, quae fati putantur esse, inanirent? primum ut contra naturam mulieres spretis uiris regnarent; deinde quod seruis mixtae sunt propriis; tertio ut omnes nati masculi necarentur, feminae uiuificarentur tanta eas prosperitate secuta, ut sine uiris regnum coeptum magnis copiis et temporibus propagarent. certe hoc factum a mundi constitutione est numquam, nisi in Scytia tantum: ne forte dicerent, quia, cum mundus innouatur post annos mille quadringentos sexaginta, sic haec ueniunt, quippe cum mundus iam sexto millesimo anno agitur.

75. † quamdiu quod imitatus quis fuerit facit. nam M. Crassus 'Agelatus' dictus est, quia semel traditur in uita

3 cf. Iustin. Hist. II 4 23 cf. Cic. Fin. V 30, 92

1 emendet] emen•••det *C* enim det *X* inemendet] emendet *GA* qui *M* 3 scytharum *MN* scitharum *CF* schytarum *X* mazone *P* amazone *M* (*corr. m. rec.* amazones), *CFB* 4 quia *pleonastice*] quae *C* 5 subolem *F* seruis] suis *add. P* 8 gestis] gentis *CN* gentes *FB* gente *G, A* (*corr.* gentes) 10 subige•••• (rent *s. l.*) *M* subierent *CG*, (*corr.* subicerent) *A* ponentes (*corr. m. rec.* ponerent) *M* 11 haec *pr.*] hoc hoc (*alt. eras.*) *M* dici *om. N* 14 repugnarent *P* mixti *X* 16 secuta ut] sicut aut (*corr. m. rec.* siccut aut) *M* 17 fatum *PM* mundi conditione *P* constitutione mundi *CNX* 18 est *eras. M* •umquam (*corr. m. rec.*) *M* umquam *CNX* scydia *P* scithia *F* scithya *GA* schithia *B* tantum (*add. m. rec.* fuit) *M* 19 quadragintos *FG* 20 hic *CNX* eueniunt *P* 21 agatur *P* 22 *ante* quamdiu *aliqua excidisse suspicatur Turner* quis] qui *X* M. *om. CNX* 23 agelatus (*corr. m. rec.* agelastus) *M*

risisse; et C. Iunius 'Brutus' est cognominatus, quia sagaci consilio stultum se simulauit, ne a Superbo rege propter pecuniae suae magnitudinem occideretur; et temporibus Constantini morionem se XXX annis finxit, qui Samsucius uocabatur, ut imperatorem, sicut ipse postea dixit, a taediis suis auocaret. ubi est ratio fatorum, quando unus quisque quod uult facit? exclusa est.

76. Illud autem quale est, quod fatorum adsertores supplicationibus sunt deuoti, cum sint his aduersae? nam et annos suos commendant et de nuptiis et de profectione quaerunt et de emptionibus et de dignitatibus. quod si fati est, quid oras, quid supplicas, quod etiam te inuito futurum est? 'sed quaero', inquit, 'si debeam emere'. ergo non in fato consistit quod tunc facere debere te dicis, si didiceris expedire. nam si fati est, frustra quaeris, quod, uelis nolis, quaeras non quaeras, facturus es.

77. Quia autem nec apud eos ipsos fixa est ista adseueratio, idcirco incerti temptant, ne aliud uerum inueniant quam tractant. sed prudentiores qui inter eos uidentur: 'non propter fata', inquiunt, 'supplicamus, cum ea minime inmutari sciamus, sed horum causa, quae iuxta fata sunt, ne faciant nobis aliquid aduersum'. age uero, si nescio quis bonum fatum habeat et iuxta se sit aliquid quod uideatur contrarium, quid poterit

1 cf. Liu. I 56, 8

1 et *om.* *X* C. Iunius] centum iunius (*pr.* i *s. l.*) *C* cum iunius *F* cum unius *G* cu unius (*m2 corr.* comunius) *A* cur iunius *B* 2 concilio *X* se simulauit] esimulauit *P* Superbo *scripsi* superbo *edd.* 3 Constantini] constant in *X* (*corr. A*) 4 murionem *NX* annos *P* qui] quia *P* sampsucius *P* samsutius *M* samsuciis *G* samsutus *A* 6 auocaretur *M* (*corr.*) 8 supplicatione *C* 12 quod] quid *MCNFB* 14 dedicēris *CFB* 15 uellis *CNX* nollis *N* 16 quaeras] queris (*aliquid s.* i *eras.*) *M* 17 quia] que (*corr.*) *C* 18 incerte *CNX* inuenient *C* 19 non] nam *X* 20 facta (*corr.*) *P* ea *om.* *C* minime] minime scire (scire *eras.*) *P* anime *N* 21 facta (c *exp.*) *P* ne] nec (*corr.*) *C* uobis *CN* aliquod *P* 22 qui *N* fatum] factum (*corr.*) *P* suam *C* *om.* *N* 23 contrarium quid] contrarii inquid (inquit) *X*

esse, cum fatum bonum inmutari negetur, sicut et malum? certe hoc, quod iuxta fatum est, ne noceat supplicatur — nocebit enim nisi fuerit supplicatum —: quo modo ergo illud fatum inmutari negatur, quando hoc, quod uicinum est, timetur? nec enim hoc timeretur, nisi illud inmutari posse crederetur. sed quia in eo magis causa consistit, ne fatum mutari dicatis, sine dubio sine causa supplicatis.

78. Uidete autem ne et hoc fati sit quod supplicatis, quia sine sale solet esse quidquid fato adsignatis. certe non mala resest supplicare: cur ergo non fati esse dicatur? si ergo fati erit quod supplicat, cuius erit supplicare et non impetrare? quia, si fati erat, impetrare deberet quod supplicat. si autem fati est supplicare et non impetrare, stultum est fatum, quia supplicare facit hominem, quem scit non impetrare. quod si nescit an possit impetrare, quod illum facit supplicare, inprouidum erit fatum et carens ratione, quia omnis ignorantia insipientia est, insipientia uero stultitia est. in hanc partem cadit omnis tractatus paganorum. uiderint pagani, qui circumfusa caligine non uident lumen. antiquo enim errore circumuenti ueritati, quae prius latebat, aures accommodare detractant.

79. Quid de Christianis quibusdam dicimus, qui in solo nomine mutati pristini erroris uindicant uanitatem in tantum hebetati, ut ipsum dominum sub fato egisse contendant dicentes: 'ipse dixit: nondum uenit hora mea', ut hora haec non uoluntatis, sed fatalis condicionis fuisset necessitas, cum ille uoluntatis suae horam significauerit, qua se pati permisit.

17 cf. quaest. 114 24 Ioh. 2, 4

1 esse] obesse *P cui adsentitur Turner* immitari (*corr. m. rec.*) *M* 2 iusta *X* ne *om. A* 3 fuerit (e *in ras.*) *N* 4 legatur *C* nec] ne *P* 6 fatu *X* dicatus *C* 8 ne] nec *G, A* (*corr.*) 10 dicitur *N* 11 imperare (*corr. m. rec.*) *M* 12 supplicare] supplicaret (*corr.*) *C* 14 possit] potit *FB* potest *GA* 16 quia] qui *N* 17 cadet *X* omnes *FB* tractus *X* 18 pagina *X* qui] qu(a)e *GA* 21 dicimus (*corr. m. rec.* dicamus) *N* solo] salo *N* (*corr. m. rec.*), *FB* 22 in. *N* 23 habitati *CX* haebitati *N* 26 uoluntati *C* pati] parati *FB*

denique ait: potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam. cessat ergo fatalis necessitas, ubi potestas est uoluntatis.

80. Et quo modo saluator appellatur a nobis, si fati sunt quae agimus uel accidunt nobis? quia ideo saluator dicitur, quoniam ostendit nobis uiam salutis. itaque si ab hoc ostensa est, non fati fuit, quia et prius latuit et quod fati esse dicitur ex inprouiso euenire contendunt. hic enim fidei meritum est, quae non potest dici ex fato, quia quod creditur aliis saeculis auditum non fuit; fata enim hoc dicunt praestare, quod in conuersatione hominum uertitur.

81. Hoc autem qua ratione praestare posse dicuntur, quod ignorare deprehenduntur? hinc est unde apostolus ait: quem nemo principum huius saeculi cognouit. hi sunt principes et potestates habentes sub se malos angelos, qui sub nomine fatorum uoluptates suas efficiunt, prout eis libitum fuerit, sicut adsolent malefici confiteri. sunt enim quos diligunt, alios non amant, quosdam oderunt. et uni cuique hoc suggerit unus quisque quod diligit, quia et ipsi diuersas habent uoluptates: aliis libidinem diuersi stupri, aliis in una re, aliis uoluptatum petulantiam, aliis iram, quibusdam auaritiam, aliis lucra, aliis damna procurant, aliis charisma, aliis odia nec non et impedimenta. et aliquando certis temporibus satiati quiescunt in otio, aliquando uero ratione aliqua occupatae menti non se ingerunt, quia non dominantur, sed subrepunt oportunitatem quaerentes qua capiant. ideo uoluntatis

1 Ioh. 10, 18 6 cf. Act. 16, 17 10 cf. Ioh. 9, 32 13 I Cor. 2, 8

1 potestatem—et *om. N* 2 habeo *om. P* cesset *X* 4 sunt• *C* 6 ab] ad *PG* 7 faci (*corr. m. rec.*) *N* 8 improuisu *X* 9 quod—ratione praestare (*12*) *om.* (*add. mg.*) *M* 11 conuersatione hominum uertitur *om. N* 14 principium *NB* hii *CNX* 17 fuit *P* sicut et *CNX* 18 dilegunt *C* 19 ho•c *M* dilegit *CNFB* et] ac *P* 20 strupii *M* stuprii *CN, F* (*corr.*), *B* 21 quidam *CNX* 23 odio *GA* et *om. X* im•pedimenta *M* 24 qui••••escunt *M* . aliqua] aliquando *MCNX* occupata *X* 25 inierunt *C* 26 qua *om. M*

arbitrium liberum est, sed dum quadam desidia neclegentes circa nos ipsos efficimur, sollicitantes suadent nobis aduersa; maxime si cogitare nos aliquid, quod legis non est, inuenerint, uenient in eo ipso adiutantes ut impleamus quod prohibet lex. nam si timor dei in animo sit, neque caro neque sanguis neque principes et potestates praeualent, quia dei amminiculis compescuntur, ut non cum labore uincantur.

82. Si autem potestatis nostrae non essemus, quo modo diceret dominus: petite et dabitur uobis; omnis enim qui petit accipiet? si ergo qui uult petere accipiet, iam non est illud quod solet dici: 'non quae uolumus, sed quae data sunt', quia uoluntas a saluatore incitatur, ut petat et accipiat quod petierit. fati autem hoc esse dicunt, ut siue petat siue non petat, fati tamen quod aut malum aut bonum est consequatur. dominus autem hoc excludens ait: filia, fides tua te saluam fecit, ut non iam fati sit, quando fides percipit beneficium. et iterum: si credis, ait, omnia possibilia sunt credenti: in uoluntate utique posuit meritum, quia fidei bonum est, non naturae. fides autem res accedens est. quae excitat ad exercitium uoluntatem, ut, quia in natura non est, uoluntas, quae in natura est, suscepta fide meritum ei conlocet apud deum. ita est enim natura hominum sicut lapis, qui, cum ignem non habet in substantia, habet tamen in potentia, ut opere creet quod non uidetur habere, quia non existit, sed quasi in semine. ita est in potentia, ut per exercitium generetur et, si defuerit exercitium, non sit, quia et semen nisi exerceatur non generat, sed ipsum solum

5 cf. Eph. 6, 12 9 Matth. 7, 7. 8 15 Luc. 8, 48 17 Marc. 9, 22 27 cf. Ioh. 12, 24

1 arbitrium est (est *eras.*) *N* desideria *CNX* 3 inuenerint uenerint (uenerint *uncis inclusit*) *P* inuenirent *G*, (*corr.*) *A* 4 ueniet *P* *quod *C* prohibet] implet *N* 5 neque *pr.*] nec *M* 7 compescuntur] cum persequuntur (persecuntur *N*) *CNX* 12 sunt] est (*corr.*) *M* 16 si fides *N* ut *om. CNX* 18 credendi *M* 20 accidens *PCNX* 21 suscepta in (*aut* susceptam) *P* 23 lapidis *P* igne *GB* 24 ut] aut *CNX* 26 sit] fit *P*, (*corr.*) *M* 27 exerceatur—ipsum *om.* (*add. mg.*) *M*

manet. accessio ergo facit ut generet. ita et homo fidem non habet in natura, sed semen fidei, quod nisi fuerit prouocatum et exercitatum, fructum non dabit, id est fidem non habebit. mathematicorum enim fabulis credentes fidei semen exterminant, quod et creatori et iustitiae eius testimonium perhibet. opus enim opificem agnoscit et aequo iure amare quae fecit testatur.

83. Igitur fugiendum omnibus modis ab hac arte monemus. curiosi enim eius et inimici dei sunt et sine sollicitudine numquam sunt; semper enim suspensi expectant quod incertum sciunt. nos autem, qui de deo omnia prospera credimus et, si qua aduersa exstiterint, eius nutu conprimi, simpliciter uiuamus securi de eius protectione, nec tamen nescii quia, et si quid aduersum bene nobis agentibus euenerit, toleratum proficiet ad coronam.

CXVI. RATIO PASCHAE.

1. Pascha, dilectissimi fratres, a passione appellatum est, sicut docet nos traditionis huius praefiguratio, quae facta est in Aegypto per famulum dei Moysen dicente scriptura: immolatio pascha hoc domini est. quae igitur ratio est ut mysterium sacrum per sanguinem sit celebratum et reparatio uitae per mortem, ut, cum mors augmentum facere se putaret, accepto sanguine saluatoris minorata defluere et, cum uirtute operatam se hoc aestimaret, infirmata interiret? morti enim mors per opus eius diuina procuratione inuenta est ut, quia semper male uult, cederetur illi ad tempus, ut in iustitia

3 cf. Ioh. 12, 24 13 cf. Ps. 90, 1 19 cf. Ex. 14, 31 Ex. 12, 11

2 nisi] si nisi *GA* 4 enim *om. N* 5 iusticia *M* 6 amore *MCNX* quae] (amore)que *MCFAB* facit *CNX* 8 igitur *om. CNX* 10 suspecti *PM* expectunt *PC* incertum] me certum *X* 11 autem] autem deum *X* de *om. N* 12 exsterint (*corr.* existerint) *N* extiterunt *X* simpliciter (m *in ras.*) *C* 13 tamen] tunc (*corr.*) *C* 16 DE RATIONE PASCHAE *CA* 19 immolatio (*corr. m. rec.* immolationis) *N* 20 deum (*corr.*) *N* 22 per] pre *M* augmentum] aut mentum *C* putaret et *CNX* 24 se] sed (*corr.*) *N* 26 mala *N*

opere suo destructa regnum sibi ablatum queri non possit. quamuis enim omnia possit deus, nihil tamen facit quod sit rationi absurdum. iustitiam enim quam exigit, hanc et facit non praesumens de potestate.

2. Magna est igitur prouidentia erga genus humanum, ut iustitiam seruans sic ea quae iuste decreta erant solueret et hominem a morte erueret, quamquam non inmerito teneretur. sed quia inuidia deceptus fuerat diaboli, iustum fuit huic subueniri. dei enim sententia tenebatur, sed hoc operatus fuerat satanas. unde sicut iustum uisum est hunc eruere, ita iniustum erat per potentiam hoc facere neclecta iustitia. uictus enim homo suadente diabolo, ut misericordiam acciperet, quasi accusator diabolus contradicebat. unde id actum est, ut iste, qui in peccato hominis gloriabatur, peccans deprehenderetur, ut tunc demum reus factus contradicere non auderet. sic factum est ut dei filius homo nasceretur et iustitiam praedicans diabolum incitaret, propter quod homines a uitiis eius prohiberet, ita ut et occideret eum qui peccatum nesciebat.

3. Tunc peccasse et grauius quidem, quam homo quem accusabat, inuentus est. cum enim ex dei decreto propter peccatum hominem sibi uindicaret, quia qui peccat ex parte diaboli est, inuentus est plus peccasse, quando eum qui non peccauerat interfecit, ut sibi usurparet. per mortem ergo morti interitus subintrauit et, ut sanguis recuperaretur, sanguis effusus est, quia, ut dixi, mors, qui est diabolus, quoniam peccasse in mortem saluatoris inuentus est, sanguinem eius cum omnium nostrum amisit, quia, sicut per unum Adam peccantem omnes in morte tenebat, ita per unum non peccan-

18 cf. II Cor. 5, 21 27 cf. I Cor. 15, 22

2 sit rationi] sitraditioni *CNFB* 3 est (*add. s. l.*) iustitiam *N* exegit *CX* et *eras. M* 5 prouidentia *om. N* 6 quae] qua *X* iuste *M* solueret (*corr.*) *M* 7 erueret a morte *GA* 8 qui (*corr.*) *M* deceptas (*corr.*) *M* 11 iniustitia *N* 12 acciperit *M* 13 actum] factum (*corr.*) *C* 15 factus reus *GA* 16 et *om. N* 23 interficit *X* 24 ut *om. C* 25 quia ut] qui aut *M* 26 morte *edd.*

tem omnes amisit. igitur sanguis saluatoris fusus iniuste hoc praemii nomine consecutus est, ut originis suae sanguinem cum triumpho recuperans ad pristinum statum reuocaret meliorata substantia. uicta enim mors ei qui illa uicerat non potuit contradicere. beatum itaque paschae mysterium, quod per sanguinem nostrum redemit morte per mortem deuicta, sicut assolet uenenum ueneno superari.

CXVII. DE ABRAHAM.

1. Huius patriarchae fides tam praecipua et admirabilis fuit, ut ceteri omnes iusti patrem hunc credulitatis dei iudicio fateantur nec sit aliquis deo dignus et carus, nisi eius filius fuerit appellatus. praerogatiua enim honoris eius ac meriti fides est, quam cum rebus incredibilibus dare non ambigit, inter cetera etiam saluatorem uidere dignus exstitit in specie tunc futurae incarnationis dicente et probante domino ad Iudaeos: Abraham pater uester cupiuit, ut uideret diem meum, et uidit et gauisus est. qui enim merito pater fidei factus est, dignum fuit ut futurorum filiorum suorum spem praeuideret, quae propitio et prouido deo hereditatis gratia ab humano et pio patre in filios obsequentes redundaret.

2. Uideamus nunc quid credidit fides haec, ut ad tantum honorem et gloriam diuino iudicio peruenireret. fidem enim laudauimus, sed quid credidit, nondum diximus. educens etenim

6 cf. Hebr. 2, 14 10 cf. Rom. 4, 11 16 Ioh. 8, 56

2 praemii inomne *N* praemium in omne *X* 3 statum] gratum (*corr.* gradum) *N* 4 illa (*scil.* morte)] illam *PN* 5 beatus *X* 6 nostrum (*scil.* sanguinem)] nostrum (*corr.* nos) *A* redimit *NF* morte] mortem *MCNX* (*non A*) deuictam *N* 7 superaret (*corr.* superare) *C* superarit *FB* 8 CXVII *om. GA* 9 fidem *G*, (*corr.*) *A* praecipue *C* 12 fuerit *in ras. C* meritis *PG*, (*corr.*) *A* 13 est] eius (*corr.*) *C* incredebilibus *N* (*corr.*), *F* 14 ex(s)tetit *N* (*corr.*), *X* 16 cupiunt (*corr. m2* [?]) *M* 20 ab] ad *N* filio (*corr.*) *N* 22 ad] id *M om.* (*add.*) *N* 23 fidem (m *eras.*) *M* laudabimus *C* 24 educens (*corr.* edocens, *et postea m. rec.* educens) *M* educiens *C*

hunc dominus ostendit ei stellas caeli et dixit: si potes numerare eas? sic erit semen tuum. et credidit Abraham deo et deputatum est illi ad iustitiam, non magnum esset credidisse deo, nisi quia quod credidit mundus non credendum et stultum iudicat, quia istud in spe rerum naturae non est. unde Abraham unus e mundo, quia hoc credidit, segregatus a mundanis iustificatus est.

3. Hoc ergo credidisse perfidia mundanae sapientiae magnum facit, contra cuius spem hoc credidisse maximi meriti est. desperatio enim mundanorum meritum est et spes Christianorum. bonorum enim praemium causa facit malorum; fortior namque et plenior fides est, cum se incredibilibus magis committit. homo enim iam aridus et de uxore anicula semen se credidit habiturum, quod prae copia numerari non possit, non hoc magis respiciens quod ostensum est, sed illum qui ostendit mentiri posse non aestimans. ideoque deputatum est ei ad iustitiam. nam rem absurdam et quae inpossibilis scitur hebetis est credere, nisi persona sit, quae credi istud suadeat. unde Abraham et admirabilis fidei est et cordis periti, dum et illud credit quod incredibile est et huic se committit, cui non credere et stultum est et periculosum est.

4. Fidem enim nostram hoc probat rationabilem, quia non de alio quam de deo credit posse eum quod promittit. hoc ergo fidei propugnaculum est, hic triumphus. quod quidem perspicientes mundi sapientes rerum naturam, quia hoc non potest, stultum aiunt credere ignorantes, quia secundum apostolum quod stultum est dei, sapientius est homi-

1 Gen. 15, 5. 6 7 cf. Rom. 4, 2 16 cf. Gen. 15, 6 25 cf. I Cor. 1, 20 27 I Cor. 1, 25

1 eis *N* potest *M* (*corr.*), *C* 3 estimatum *P* reputatum *Mm2* illi] ei *P* de iustitia *C* (*corr.*) 5 stultum] iustum stultum *P* 6 e mundo] mundo *C* enim deo *X* quia] qui *GA* 8 sapien.tia‥‥ *M* 9 credisse *CN* 10 ‥‥enim *M* ‥‥‥et spes (et spes *in ras.*) *M* 11 donorum *P* 15 respicens *N* (*corr.*), *F* 19 periti dum] peritium *C* 21 est *pr. om. P* 24 est] et *N* 25 perspecientes *N* perspiciens *X*

nibus. iuste enim stultos nos iudicarent, si hoc de rerum natura crederemus, quod probatur non posse. porro autem ea, quae rerum natura non potest, nos deum credimus posse facturum, si promiserit. quae in hac re potest stultitia deprehendi? si autem indignum deo est opus, quod posse creditur, recte fides hebetudini conparatur; quod si dignum est, per id quod creaturae inpossibile est, cur non laudanda fides est, quae tantum dat creatori, quantum creatura posse negatur?

5. Magnus igitur et admirabilis Abraham, qui contra mundi sententiam deo credere non dubitauit, quia potens est facere quod promittit. natura Chaldeus magister credulitatis apparuit: quamuis astrologiae peritus, deum tamen praeposuit humano consilio dignum aestimans, si hoc credatur de deo, quod quo modo fiat inuestigari non possit. infirmitatem enim suam dei potentia confirmauit, quia ad maiestatis suae unicam magnitudinem protestandam facere disponeret quae inpossibilia et inaudita sunt mundo, quo facto ostenderet se dominum creaturae et creatura subiceret se ei, cuius opus ceteris omnibus inpossibile uideretur, quorum incredulitate plus sublimatur fidelissimus Abraham. fides enim eius incredulorum poena est et incredulorum perfidia gloria eius est; nam fidelium pater est et infidelium iudex. huius enim exemplo et boni aeterna uita donantur et mali aeterna dabunt subplicia. illo enim tempore, quo adhuc mundus scientia paruulus erat et nec signis ac prodigiis, quae ad fidem adtraherent, inlustratus, deo contra scientiam suam fidem non denegauit.

10 cf. Rom. 4, 21 11 cf. Gen. 11, 28. 31 21 cf. Rom. 4, 11

2 *post* natura *eras.* non potest nos *C* posse] esse *P* *ea *M* 3 *******nos *M* facturam *N* 5 est] et *N* 6 hebitudine *MGA* 10 potens est] potest *CNX* 11 magis iter credulitatis aperuit *P* crudelitatis *C* 12 astra logiae (*corr. m1 et m. rec.*) *M* 15 potentiam *C, G* (*corr.*) 16 protestandum *P* 17 quo facto] quod fato *M* deum *MG* 19 sub*limatur *C* 21 et *om. CNX* 22 aeterna uita *in ras. N* 23 enim *om. N* 25 adtra*herent *N* 26 contra scientiam] conscientiam *GA*

6. Sanctus igitur Abraham exemplum generi humano datus est fidelissimus. in ipso enim praefiguratae sunt omnes gentes in salutem uenire per fidem, cuius ut superabundans crementum fidei nosceretur, temptatur ac iubetur filium suum deo immolare, quod factum erat numquam, et nec rei nouitate turbatur nec disputat an fieri debet deo iubente parricidium, qui homicidium ne fieret comminatus est. sic de dei uoluntate intrepidus et securus non cunctatur prouidum esse, quod iubet deus, et hunc filium, quem duo senes ex promissione susceperant, praemium fidei, meritorum indicem et in quo omnis spes ex promissione futuri seminis habebatur. quod ut omni deuotione impleret, matri eius non indicauit, ne quod dicationi eius impedimentum adferret, sciens circa adfectum filiorum procliuiores in amore esse matres; ideoque celauit eam non ambigens impleri debere quod iubet deus, ut hoc exemplo doceremur omni cura dei facere mandata.

7. Si enim fidelissimus Abraham in re tam graui et aspera oboediens inuenitur, quanto magis nos, quibus illa praecipiuntur quae possunt portari! o fides deo dicata et spes in domino firma, quae tam cara et suauis est, ut parentum ac filiorum affectibus praeponatur dicente scriptura: gustate et uidete, quam suauis est dominus!

8. Patriarcha autem noster, fidelissimus Abraham, quia profeta erat, scit quid sequi deberet. ideo secundum quod dominus nunc dixit, tunc ille fecit, ut filio quamuis carissimo deum in dilectione praeferret dicente domino: si quis diligit pa-

4 cf. Gen. 22, 1. 2 7 cf. Gen. 4, 15 21 Ps. 33, 9 26 Matth. 10, 37

3 in] ad *CNX* uenisse *X* 4 nasceretur (*corr.*) *C* 5 umquam *MCNX* nec] ne (*corr.*) *C* nec (e *in ras.*) *N* rei] re *N* 6 nec] et nec *MCFGB* disputat an] disputatam *NX* deberet *P* debet *A* (*corr.* deberet) paricidium *P* 9 susciperent *CNX* 10 iudicem *N* in *om. M* 11 ut] et *CNX* 12 indicabit *C* dictioni *GA* 13 procruores *C* 15 exemplum *P* doceremus *X* 17 re] se *X* 18 ob edens (*corr. m2*) *C* nos *om.* (*add. m2 s. l.*) *C* 21 effectibus (*corr.*) *C* 24 scit] sicut *P* 25 filium *X* carissimum *GA* deo *GA*

trem aut matrem aut filios super me, non est me dignus. unde patriarcha, ut domino prae ceteris dignus exsisteret, etiam occidere filium non recusauit.

CXVIII. DE IOB.

1. Magna dilectio est, fratres dilectissimi, omnipotentis dei erga genus humanum, quae intellecta quidem perducit ad regna caelestia, non intellecta autem deducit ad inferos. deus enim beneficium suum gratum uult esse et fructiferum, ut et nobis proficiat et illum misereri delectet.

2. Igitur quoniam bonus est et omnes homines saluos uult fieri, exemplum nobis iustitiae in Iob famulum suum demonstrauit, sicut praesens lectio contestatur, quod secuti et malo carere et ad bonum uenire possimus non solum a poena liberi, sed et remunerati.

3. Quam ergo admirabilis est sanctissimus Iob, qui ante legem litteris editam operibus suis exemplar legis ostendit nulla in hac causa alicuius documenta addiscens, sed natura ipsa duce, cui deus iustitiae semina naturaliter inesse decreuit, creatori reuerentiam pia deuotione seruauit!

4. Quanta igitur laude dignus est et quibus uerbis facta eius debeant extolli, cui neque ante legem neque post legem parem possumus inuenire? quamuis si quis posset gesta eius mirari, non iam cum eo conferendus erat neque ei similis iure

3 cf. Gen. 22, 3 10 cf. I Tim. 2, 4

2 patriarcha] *post hoc uerbum deest F usque ad p. 356, 22* 5 dilectio] ...ffectio *P* dilectissimi] karissimi *P* 8 benificium *C* et *alt. om. X* 9 dilectet *CNX* 10 igitur] igitur delectet (delectet *eras.*) *M* homines *om. M* uul *M* 11 exemplum] ut exemplum *P* 12 sicuti *GA* 13 possemus *N, E* (*corr.*), *B* liberari *M* 14 remunerati (*corr. m. rec.* remunerari) *M* remunerari *X* 15 quem (*corr.*) *N* 16 litteris legem *P* 18 cui] cuius *M* semina naturaliter] seminatur aliter *NX* 20 dig...nus *M* 22 possum (*lacuna 4 litt.*) uenire *M* possumus] possimus *N* 23 imitari *P cui adsentitur Turner*

diceretur. non enim suum erat quod talis exstiterat, quia exemplum secutus fuerat alienum. sanctus autem Iob, cum nihil tale uidisset neque uoluminibus lectitasset, talem se praestitit, ut nullius aliquid in se conlatum haberet, sed ipse ceteris conferret formam praebens mirabilium gestorum ad dominum promerendum. quare et domini testimonio commendatur dicentis: animaduertisti ad puerum meum Iob? non est enim similis ei quisquam in terris uerus dei cultor.

5. Qui tantum potuit mereri, cui tale testimonium dominus perhibet, nisi huic, qui non imitator inuenitur, sed auctor eorum quae gessit? unde et uerus dei cultor adseritur. nulla enim potest simulatio commenticiae ueritatis in eo uideri, qui ante se non habet talem. omnis enim qui fingit, hoc fingit quod cernitur imitari.

6. Et his tamen omnibus adhuc potiora sunt quae dicantur. in his enim laudibus nulla probamenta tribulationum fuerunt, sed propositum deo dicatum in exercitio et obseruationibus constitutum, quod quia ad coronam meritorum temtatori non uisum est plenum, petit ut permitteretur ei diuersis temtationibus probare eius iustitiam, ut in multis constrictus alicubi haereret et posset modum excedere, quia ad hoc solent peccantibus diuersae poenae inferri, ut, quia nemo omnia potest ferre tormenta, aliquod illorum eliciat ei ueritatis confessionem.

7. Itaque permissum est temtatori omnia eius exterminare et perdere usque ad mortem filiorum, ut, si damnum ferret boum, ouium non ferret; aut si et ouium ferret, camelorum

7 Hiob 1, 8 11 cf. Hiob 1, 8 19 cf. Hiob 1, 11 24 cf. Hiob 1, 12—19

def. F 4 conlatam *G* con latam (*corr.* latum) *A* 7 ad *om. X* 8 deus (*corr.*) *C* 9 meriri *CNE* cui] cur *P* tali *M* 10 perhiberet *P* 11 ueritas *M* 12 commentiae *M* 15 hominibus *C* nominibus *GA* 17 et *om. P* 20 constructus *X* 21 et] ut et (ut *eras.*) *C* possit *M* possent (*corr.*) *C* excidere *C, N* (*corr.*), *EB* 22 diuersae *hinc rursus F incipit* 23 eliciat] aliter eliceat extraat *P* eliceat *X* 26 boum] aut si bonum *C* bonum (*corr.*) *F* bouum *G*, (*corr.*) *A* et] non *P om. X* camelorum amissionem non ferret *om. N*

amissionem non ferret neque seruorum aut totius substantiae; aut si, quia grandis animi erat et satis merae deuotionis, his omnibus non uinceretur, certe uel affectu caritatis cogente frangeretur morte simul omnium filiorum. sed quia ante legem editam legem in corde suo scriptam habebat, nulla damna neque orbitates minorem illum in dei deuotione fecerunt, ut formam daret deum ex toto corde super omnia diligendum. quanta ergo dignus est gloria, qui ante legem legem seruauit, ut lex, quae futura erat, quo modo custodienda erat, demonstraret non in uerbis, sed actor in factis!

8. Et quia temtator inreuerens est nec haec gloria satis ei uisa est ad probationem uiri iusti, nisi aliud aduersus eum machinaretur, quod sciret ab homine ferri non posse, petit iterum, ut illum ipsum saeuo uulnere percuteret a capite usque ad ungues. et cum hoc permissum esset, quia fides ei haberi non debet, praeceptum est ei, ut animam eius seruaret propter arbitrium, ne quid uiolenter auderet in eum, quem rationis iure superare non poterat. accepta igitur potestate recrudescente in se crudelitatis saeuitia percussit uirum iustum plaga magna nimis, ut nihil esset in corpore quod inmune esset a uulnere, quod nemo hominum tolerare posset, nisi solus Iob, qui uincere potuit satanan. et cum nec sic nequitia diaboli aliquid contra deum uiro iusto eliceret, memor fuit pristinae calliditatis suae, qua decepit Adam, si posset et istum per mulierem decipere, quia facile quis decipitur per domesticum.

5 cf. Rom. 2, 15 6 cf. Hiob 1, 21. 22 7 cf. Matth. 22, 37 13 cf. Hiob 2, 5 15 cf. Hiob. 2, 6 18 cf. Hiob 2, 7

1 feret *M* 2 merę (*corr.* mirę) *N* hiis *P* 3 non *om. P* 5 editem *C* 7 addiligendum *NX* 10 auctor *PCNX* 11 hę *N* satis *om. P* 13 ferre *GA* 14 se auulnere *G, A* (*corr.*) 15 ungeus *N* 17 audiret *CN* (*corr.*) 18 superire *NFB* non *om. M* 19 crudilitatis *MN* 20 magna *om. GA* in corpore quod inmune esset *om. P* 21 posse *N* nisi *om. N* 22 solum *P* sic] sit *MGA* 23 deum uiro iusto eliceret memor fuit *om. N* 24 decipit *C* si] *add.* forte *P*

9. Et in his omnibus nihil proficiens, immo detrimentum faciens inpudentissimus satanas non solum inmobilem inuenit dei seruum, sed et magistrum. in ipsa enim necessitate positus non tantum in dei timore durauit, uerum etiam uxorem contraria suggerentem increpans docuit omnia, quae deo permittente accidunt, fortiter toleranda. quod ad duplicem poenam pertinet inprouidi satanae, quia nec huic suasit quod uoluit et, cum huic inuidet, alios fecit discere quod nec hunc scire uolebat.

10. Quantum ergo prosit temptatio dei seruis et obsit diabolo, hac lectione plenius edocemur. cum enim putat se nocere eis, promouet eos et, cum unum persequitur, multos prouocat. uidentes enim auxiliis dei hunc protegi multi imitatores eius exsistunt. lucrum ergo uolens facere perdidit; semper enim furor eius damnosus est ei. nam dum non patitur iustos esse ne remunerentur, digniores eos facit et, cum zelatur sanctum Iob, duplicauit ei meritum in caelis et in terra, quia et hic auctus est et in caelos cum saluatore receptus, ut ista omnia ad sanctorum proficiant gloriam, ad diaboli uero poenam.

CXVIIII. DE TOBIA.

1. Tanta prouidentia est domini dei circa nos, ut errare nos nolens et legem et exempla bonorum operum daret, quibus modesta et tranquilla agi possit uita cum dei timore. qui enim auctor uitae est, non uult utique opus suum morti esse obnoxium. quamuis natura ipsa legis non expers sit, tamen quia dominus bonus et misericors est, ut maior notitia eorum esset

3 cf. Hiob 2, 9. 10 17 cf. Hiob 42, 10. 18 24 cf. Act. 3, 15

1 in *om.* *N* hiis *P* immo detrimentum faciens *om.* *P* 6 accedunt *N* 8 cum] dum *P* hic *M* 11 hec *M* haec (hęc) *CNF*, *G* (*corr.*) 12 promouit *GA* 14 perdit *P* 15 iustos iustos *P* 16 remunerarentur *CGA* caelatur *C* 18 receptus est (est *s. l.*) *N* 19 diabolo *N* 21 prudentia *CNX* dei] deus (*corr.*) *N* 25 expers sit] expresit *C* prosit *X* 26 deus *P* ut] et *X* esset eorum *P*

quae sequenda et illorum quae uitanda sunt, litteris et exemplis ostendit, sicut praesens lectio contestatur.

2. Dei ergo famulus sanctus Tobias post legem exemplum nobis datus est, ut quae legimus quo modo fiant sciamus et, si temptationes aduenerint, a dei timore non recedamus neque auxilium aliunde quam ab eo speremus memores scriptum esse: pusillus fui et senui et numquam uidi iustum derelictum neque semen eius quaerens panem.

3. Numquam ergo decipi potest, qui tota mente sperat in deo. licet ad tempus tribulationes ortae fuerint per insidias satanae, exempla nos docent sanctorum uirorum non haec a deo permitti, nisi ad crementum meritorum nostrorum, quia, si aequo animo fuerint baiulatae, hic nobis dabitur consolatio cum effectu et in futuro uita aeterna cum gloria. deus enim noster, quia iustus est, et personarum acceptio apud illum non est, temptari nos permittit, quia diligit nos, ut post laborem possit nobis praemia dare amplissima. denique apostolo, ut temptationes ab eo cessarent, deprecanti dominus ait: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur. hinc subsecutus ait: cum infirmor, tunc fortior sum, et: gaudeo, inquit, in tribulationibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi.

4. Quam ergo laudabilis sit sanctus Tobias, scriptura docemur, cuius deuotionem nec captiuitas minuit nec oculorum amissio quo minus deum benediceret persuasit, neque exhausta

7 Ps. 36, 25 16 cf. Rom. 2, 11 19 II Cor. 12, 9 21 II Cor. 12, 10 22 II Cor. 12, 9. 10 24 cf. Tob. 3, 11 (11—13) etc.

1 quae *pr. om.* *P* quae *alt.*] qui *CNX* 2 contestetur *P* 3 ergo] ergo enim *M* famulus•• *M* tobia *X* 7 uidi• *N* 8 nec *CNX* 11 licet] *add.* si *P* ad] a *M* insidias (s *alt. eras.*) *M* 12 hoc *P* 15 uitae *FB* 17 temtator (*corr.*) *N* temptare *GA* post] potest (*corr.*) *M* 21 potens *P* fortis *CNX* (*fort. recte*) simum (*corr.* sumu) *N* 23 uirtus] christus *M* 24 quantus *P* 25 nec *pr.*] ne *P* captiuitatis *M*

substantia a uia iustitiae et ueritatis auertit. necessitas enim probat iustum et in egestate aequitatem seruare uera ac perfecta iustitia est. unde enim quorundam deuotio minuitur, inde augmentum fecit laude dignus Tobias. inopia enim, inquit, humiliat uirum; et qui humiliatur non potest seruare iustitiam. sancti autem Tobiae erectus ad deum animus nec captiuitate fractus est nec inopia humiliatus, quia et contra interdictum occisorum corpora sepulturae mandabat et de dei largitione securus de ipso exiguo misericors erat sciens hanc magis deo placere misericordiam quae de exiguo fit, sicut et uidua illa fecit, quam dominus in euangelio conlaudauit. hic enim uere fidelis est, hic non dubitat de promissis dei, qui de paruo largitur.

5. Spe ergo futurorum animum suum consolans deo dicatus Tobias in temptatione robustus et fortis inuentus est ostendens in necessitate plus in dei timore uigilandum, quia si necessitas ad dei auxilium non inpellit, quanto magis securitas! certi ergo sancti uiri, quod deus iudicium sibi eorum omnium quae in hoc mundo fiunt exceperit, tribulationes et damna et reliqua exitia uel contumelias non aegre tulerunt, sed et gratanter acceperunt, sicut et nostri apostoli, qui caesi gauisi sunt, quia digni habiti sunt pro nomine dei contumeliam pati. indicia enim meritorum futurorum exitia sunt, quae iniuste fiunt fidelibus siue in tribulationibus siue in contumeliis.

6. Itaque in tantum deo placuit iustus Tobias, ut duplici genere meritorum suorum consequeretur mercedem. et in prae-

4 Prou. 10, 4 8 cf. Tob. 1. 17 (20) sqq. 2, 7. 8. 1, 7. 16. 17 etc. 11 cf. Luc. 21, 2—4 19 cf. II Cor. 12, 10 21 cf. Act. 5, 40. 41 26 cf. Tob. 11, 13 (14)

1 a uia] et uiae *C* uia *N* necessitas enim—iustitia est *om. X* 3 inde] unde *P* 4 augmenta (*corr.*) *M* 5 inquit *om. X* humiliauit *GA* 7 nec *pr.*] ne *M* 9 de dei] dem di *M* erat] est *NX* 12 hic *pr.*] hinc *X* promisionis *N* 14 consolans *edd.* consulens *codd.* 17 minus *GA* 18 certe *C, A* (*corr.*) 19 qui *G*, (*corr. m2*) *A* damna et] damnat (t *eras.*) *N* 20 gratentur *C* gratanter (ante *in ras.*) *N* 22 habeti *NF* nomini *G*, (*corr. m2*) *A* 23 sunt] sicut sunt *P* iuste *N* 25 dobias *M* 26 praesenti *PCNX*

sente enim quae amiserat ministro angelo recuperauit lumina, ditatus etiam copiis, quae ad praesentem pertinent uitam, et in futuro heres regni caelorum est factus, ut in hoc doceremur quia, qui toto corde dei legi obtemperat nec de promissis dubitat, et in saeculo curam eius agit deus et in futuro donat illum uita aeterna.

7. Est etiam aliud quod nos inuitat ad diuina obsequia. sanctus enim Tobias non solum iustitiae suae merita consecutus est, quia accedit ad cumulum gloriae eius etiam ex eorum bonis qui imitatores eius exsistunt. in imitatoribus enim exempla laudantur, quod nobis quoque poterit prouenire, si sic uixerimus, ut dignum sit et nos imitatores habere.

CXX. DE IEIUNIO.

1. Congruum est, fratres carissimi, deuotissime dei sacerdotem et praepositum plebis Christi exortari populum sub cura sua positum in doctrina sana, sicut mandat apostolus, ut opus fidei pro temporis obseruatione omni cura diligentiaque alacri et deuoto animo faciamus. ieiunia etenim, quae nunc inminente die festo paschae celebranda sunt, quid proficiant, quamuis non lateat, taceri tamen non debet. incitatur enim deuotio, quando ea quae, licet non ignorantur, recensentur tamen. tale est enim ingenium naturae nostrae, ut torpescat, si usus destiterit lectionis, quia sicut ferrum, nisi usum fecerit, eruginem generat, ita et anima, nisi se frequentius diuinis exercuerit lectionibus, nascentur illi peccata. hinc

5 cf. I Petr. 5, 7 16 cf. Tit. 1, 9

1 lumina ditatus] lumen aditatus *C* lumen ac ditatus *NX* 3 futuro] seculo *add. P* ut] et *C* 5 hoc *ante* seculo *add. P* coram *C* (*corr n.2*), *N* 6 illi *X* uitam aeternam *GA* 9 accidit *CNX* 13 ie•iunio *M* 14 deuotissime] et uos deuotissime sorores *P* 16 sana *om.* (*add. s. l. m2* [?]) *M* 19 diei *M* (*corr.*), *CX* celebrande (*corr.*) *M* quid] qui *N* 22 tamen *om. P* ingenium] ••ieiunium *M* 23 turpiscat *M* turpescat *N* (*corr.*), *FB* 25 exercerit *MCNX*

est unde in psalmo hunc dicit beatum, qui die noctuque legem domini meditatur.

2. Denique quamuis nota sint diuina eloquia, tamen cum fuerint sacris uoluminibus memorata, sic illa deuotum pectus suscipit quasi noua. exsuscitatur enim desiderium animae erga opera salutaria. unde apostolus ad Timotheum inter cetera: ut resuscites, inquit, gratiam dei quae est in te. igitur necessaria nobis ieiunia sunt, sicut uulneribus medicina. medellam enim conferunt uitae perpetuae, ita tamen ut duarum rerum testimonio commendentur, id est oratione et misericordia.

3. Ieiunia ergo intemperantiam corporis mitigant, motus aduersos reprimunt, pressuram animae auferunt, sicut ait dominus: nolite dediti esse in esca et in crapula, ne grauentur corda uestra. cum enim anima ab esca et potu fuerit liberata, tunc se melius recognoscit. sicut enim in speculo sordido non se talem homo aspicit qualis est, ita et, si esca et crapula fuerit grauatus, alterum se sentit quam est. tunc exsuscitatur libido, accenditur ira, inflammatur superbia, generatur luxoria. unde apostolus: nolite, ait, inebriari uino, in quo est luxoria. quod si temperatum fuerit corpus interposito ieiunio, cognitione sui recepta anima intellegit qua deuotione obsequi debeat redemtori.

4. Magna ergo ex parte ieiunia sunt necessaria. sub Hester etenim regina, cum Iudaicus populus in periculo esset positus, ieiuniis suffragantibus liberatus est. et Nineuitae, cum euer-

1 cf. Ps. 1, 1. 2 7 II Tim. 1, 6 14 Luc. 21, 34 20 Eph. 5, 18 24 cf. Esth. 4, 16. 17

1 est] *add.* enim *PGA* spalmo *P* quae *C* 3 nata *M*, (*corr.*) *N* 5 excitatur *C* 7 dei *om. N* 8 in uulneribus *C* medicamina *P* 9 confert *P* conferunt hic uero requisitus non est *M* 10 testimonia *P* 12 mutos *M* 13 aduersus *NG* 14 dedite *C* in *alt. om. PCNX* 15 ab esca] adesca *N* abeso *FB* ab esu *G* adesu (*corr. m2* ab esu) *A* 16 libera *P* 18 se sentit *om. N* 20 genetur *M* luxuria *P* (*item l. 21*) nolite *P* 22 cogitatione *P* cognitionem *MC*, *N* (*corr.*), *X* 23 quae *P* quia *M* 24 parte *in ras. P* ester (*corr. m2*) *A*

sionis suae praescriptum diem a profeta audissent, ieiunio indicto euadere meruerunt. et iusti ac profetae nostri, quando a deo aliquid impetrare uolebant, ieiunio se humiliabant dicente Dauid: in ieiunio humiliabam animam meam. nam et saluator, cui opus non erat, ut nobis exemplum daret, ieiunauit.

5. Itaque nulli dubium est prodesse ieiunia. sic enim ostendet uelle se impetrare quod postulat, cum se adfligit ieiunio. unde dictum est: bona est oratio cum ieiunio. ut accepta ergo possit esse oratio, solacium uult eam habere ieiunii et, quia nihil horum sine pietate firmum est, adiecit: et elemosyna, ait, cum iustitia, ut elemosyna seruata iustitia commendet orationem cum ieiunio. denique orationem et ieiunium Corneli misericordia commendauit. ipse enim abundans copiis ieiunabat, sed et non habentes pascebat, ut illorum saturitas ieiunium eius faceret acceptabile. nonnullis ergo indiget et nonnullis carere debet ieiunium, ut possit mereri quod postulat.

CXXI. LAUS ET GLORIA PASCHAE.

1. O sanctum et salutarem diem paschae et omni laude praedicandum, quo mors deuicta est, diabolo regnum ablatum; sacramentum dei manifestatum, decretum quod aduersum nos erat euacuatum; tartari ianuae confractae, uincti soluti, clausi

2 cf. Ion. 3, 10 4 Ps. 34, 13 5 cf. Matth. 4, 2 9 Tob. 12, 8 11 ibid. 14 cf. Act. 10, 2. 4 22 cf. Eph. 2, 15. Col. 2, 14

1 audissent] in periculo esset positus ieiuniis audissent (*seclusit* i. p. e. p. i.) *P* 2 ac profetae] et prohphetae *M* aprophetae (a *pr. eras.*) *C* 3 aliquid a deo *P* ieiunio se humiliabant *om. M* humiliabant. *C* 5 opus] *pus (o *s. ras.*) *C* 7 prodesse] qui prodesse *P* prodisse *C* ostendet *M* (*corr. m. rec.* [?] ostendit) ostedet *C* ostendit *GA* 13 et] cum (*corr.*) *P* et in *C, F* (*ex* et), *B* (?) 14 cormeli (*corr.*) *C* cornili *NFB* cornelii *GA* 15 et *om. P* securitas *C* 16 acceptabilem *M, C* (*corr.*), *NX* 17 posset *GA* 19 et *om. M* 20 o *om. N* salutarem *edd.* salutare *codd.* pace (*corr. m2*) *M* 21 uicta *P* diuita (*corr. m2* deuita) *C, F* diuicta (*corr.*) *N* diaboli *P* 22 manifestum est *P* aduersus *P*

remissi, caeci inluminati, inperiti scientia donati, impii facti misericordes, iniqui iusti; peccatorum data remissio, inimicorum reconciliatio, erroris emendatio, ueritatis declaratio; deo filii ex perditis adquisiti; superbia depressa, humilitas exaltata; pauperes ditati, diuites exhausti; montes deplanati, ualles repletae, colles prostrati; inpudentia calcata, uerecundia confota; animabus ad caelum data facultas, libertas reddita, disrupta ac resoluta captiuitas; torpuerunt tenebrae, confusa est malitia, purificatus squalor; satanas deiectus, inanitus infernus, dominus noster Christus Iesus uerus dei filius adprobatus, caro ad confusionem prudentium mundi in caelos sublata, caelestia terrestria et inferna unius dei et domini demonstrata!

2. Itaque, fratres karissimi, hunc diem festum colere ac uenerari debemus deuoti deo cum modestia uitae et animi laetitia turpia et inhonesta uitantes, ut ad fructum paschae uenire mereamur per Christum dominum nostrum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. amen.

CXXII. DE PRINCIPIO.

1. In principio erat uerbum. quid est 'in principio'? quoniam legimus et in ueteribus libris: in principio fecit deus caelum et terram, et in epistula eius, cuius euangelium est, de cuius principio aliquid conamur edicere, eodem sensu significatum est; ait enim: quod erat ab initio. epistula ergo et euangelium unum habent sensum. aliud est enim quod in uetere ait: in principio fecit deus caelum

5 cf. Esai. 40, 4 9 cf. Luc. 10, 18 10 cf. Rom. 1, 4. 8, 39 11 cf. I Cor. 1, 27 16 cf. I Tim. 1, 17 19 Ioh. 1, 1 20 Gen. 1, 1 23 I Ioh. 1, 1 25 Gen. 1, 1

1 scientiae *C* 2 iusto (*corr.*) *C* data *om. P* 3 errores (*corr.*) *M* 5 repleti *GA* 6 conpota *X* 8 desoluta *P* 9 deiectos (*corr. m.2*) *C* 10 ihs xps *CGA* xps *om.* (*add. s. l.*) *N* 11 celo *P* 14 deuotio *M* 15 uite uitantes *P* ad *om. P* 17 amen *om. CNX* 18 INCIPIO (*add.* prin *s. l.*) *M* 19 in *alt. in ras. P* 24 euangelium] euangelium est de cuius principio aliquid (e. d. c. p. a. *exp.*) *P* 25 ueteri *PCNX*

et terram, et aliud cum dicit: in principio erat uerbum, et: quod erat ab initio. 'in principio' enim esse et 'ab initio' esse unum significat, quia ab initio quod erat non coepit esse. quod enim incipit esse ab initio non erat et ideo subicitur 'initio', ut dicatur: 'coepit esse in initio', id est, ut inter cetera in ordine primus sit, quia ipse in initio factus alios coepit post se habere, qui post illum sunt facti, sicut legimus, quia in principio fecit deus caelum et terram. non dixit: 'in principio erat caelum et terra', quia, cum non essent et disponeret deus facere mundum, 'in principio', hoc est inter cetera, quae ad mundi fabricam profecerunt, primum 'fecit caelum et terram', quia principium initium est inchoantis aliquid, quod sit primum in ordine.

2. Illud autem quod dicitur, quia in principio erat, id est uerbum, ante inchoationem creaturae supernae et infernae significatur fuisse, ut non utique inter haec quae creata sunt prius factum intellegeretur, quia in principio erat, cum deus disponeret facere creaturam. ergo si in principio erat, id est ante omnia erat, semper erat ideoque et uerbum erat.

3. Ubi? apud deum, inquit, ut non indigne initio subiectum minime aestimaretur, quod semper erat apud deum. conuenit enim ut quod ante omnia apud deum erat nulli subiciatur initio.

4. Unde et adiecit: et deus erat uerbum. nunc ostendit aperte quia quae supra dicta sunt congruunt uerbo, quia deus est, inquit, uerbum et de deo aliter non oportet sentiri, quam ut semper dicatur fuisse. si enim coepit, creatura est;

1. 14. 20. 23. 24 Ioh. 1, 1 2 I Ioh. 1, 1 8 Gen. 1, 1

3 esse] est (*corr.*) *M* 4 quod enim incipit esse *om. P* 5 ut dicatur coepit esse in initio *om. CNX* esse *om. P* 6 inter] ter *M* in *alt. om. CNX* factos *C* 7 habere *om. P* quae *CX* sicat (*corr.*) *M* 9 terram *PM* qui *GA* 10 facere *om. M* 11 est] est ut *P* 13 incoantes *C* 14 illud] aliut (a *et* i *eras.*) *M* 16 qui (*corr.*) *C* 17 pius *M* 21 minima *C* 23 et *pr.*] et« *F om. GA* 25 oportet« *N*

si creatura est, deus non est. quidquid enim est, aut deus est aut creatura ac per hoc dei nomen non conpetit creaturae. sed quia non coepit esse — erat enim —, digne dicitur deus.

5. Apud deum autem ideo dicitur semper fuisse, quia non ex se, sed ex deo deus est. quam ob rem et nomen eius dicitur 'uerbum dei', sicut fides eiusdem euangelistae in Reuelatione sua demonstrat; ait enim inter cetera: et nomen eius est uerbum dei. ut enim non ipse, ex quo sunt omnia, significaretur, sed per quem sunt omnia, id est non pater sed filius, 'uerbum dei' appellatus est, ut, quia deus sine uerbo esse non potest, hic, qui 'uerbum dei' dicitur, semper apud deum fuisse credatur et, quia uerbum non est extra eum cuius uerbum est, uerbum hoc, quod apud deum erat, non aliunde, sed de deo esse significatum intellegatur et, quia de deo est, non absurde deus dicatur.

6. Itaque non duos deos facit deum fuisse apud deum. si enim essent duo, diuersi essent natura nec unius uoluntatis. si enim nos homines, cum unius sumus naturae, diuersae tamen sumus uoluntatis, quanto magis, ubi diuersa est et natura! et nec deus apud deum esse diceretur. deus enim, qui apud deum erat et est, non ex se habet quod deus est; si quo minus, nec apud deum deus esse diceretur neque 'dei uerbum' deus uerbum appellaretur. sed quia quod de deo est non aliud significat esse quam deus est, 'uerbum dei' deus est nuncupatus, ut, quia 'uerbum dei' dicitur, ad alterum deum non referretur, quod autem deus uocatur, ne ad iniu-

4 Ioh. 1, 2 7 Apoc. 19, 13 8 cf. I Cor. 8, 6 9 cf. I Cor. 8, 6 et Ioh. 1, 3

1 si] deus non est (*exp.*) *P* sic (*corr.*) *N* 4 autem] enim *GA* 6 euangelista *M* 8 enim non] enim non ex (non ex *eras.*) *P* 9 sed per quem] semper que *M* per] post *C* 11 hinc *M* 12 extra eum] extraneum *X* 13 hoc quod apud deum erat non aliunde sed *om. X* 16 deos *om. N* 18 diuersa *GA* 19 uoluntate *GA* 20 nature *C* 21 est *pr. om.* (*add. s. l. m2*) *M* non] nec *C* 22 esse deus *P* 23 appellararetur *CN* 26 referetur *PCFB* refferetur (*corr. add.* r *s. l.*) *N* refertur *GA* ad] et (*corr. m2*) *C*

riam dei proficeret, si quod de deo erat deus minime diceretur. igitur et unitas dei seruata est et debita honorificentia reddita, quando non in propria gloria receptus est hic, qui de deo deus est, sed in eius, de quo deus est.

7. Propterea de uerbo incipit loqui euangelium, priusquam de deo loquatur patre, quia quaestiones non de deo fiunt, sed de uerbo dei. nemo enim dubitat de deo, sed de eo, qui de deo deus est. omnis enim lingua caelestium et terrestrium fatetur unum deum, sed in sacramento unius dei turbatur. trepidat enim audiens 'deum' dici uerbum dei; corporalibus enim modis pulsatur, quia uerbum hominis homo dici non potest. cum utique deus natura sit simplex, non membris conpositus neque qui intus habeat et foris, neque ante et post, aut summum et imum, sed, si potest dici, totus per omnia idem, numquam uarius aut absimilis — una autem claritas eius est inmensa; nam si ignis non habet anteriora et posteriora aut intus et foris, quanto magis creator eius! —, itaque, quia omne quod deus est totum unum est, non discrepat, cum quod de deo est dicitur deus.

8. Ex parte ergo humano exemplo, ex parte non humano dei filius, qui est uerbum dei, deus est. ea enim ratione, qua filii hominum homines sunt, dei filius deus est. sed quia ex conmixtione filii hominum homines sunt, non hoc exemplo filius dei deus est, quia ex simplici deo simpliciter natus est.

3. 7 cf. Symb. Nicaen. teste Tomo Damasi (*Eccl. Occid. Mon. ed. Turner I 283*) 5 cf. Ioh. 1, 1 7 cf. Phil. 2, 10. 11

3 propriam *X* gloriam *GA* qui] quod *C* 5 loqui in (in *eras.*) *N* 6 de *pr. om. N* 7 de *tert. om. MN in ras. A* eo] deo *NX* eo *s. ras. A* 8 deo] deo natus *P om. C* et *om. M* 11 enim *om. P* homo dici] homi---- *M* 15 nusquam *P* una] uana *G*, (*corr.*) *A* 16 si ignis] signis *C*, (*pr.* s *in ras.*) *F* et posteriora *om. M* 17 et] aut *M* 18 quod deus est totum unum est non discrepat cum] id est id est *N* 21 deus dei *P* ea] ex *P* 22 hominis *C* 23 conmixione *M* homines] hominis *C* 24 simplici] empliti (t *partim eras.*) *M* simpliter *M* similiter *GA*

et quemadmodum uerbum nostrum ex nobis est, hoc exemplo intellegitur dei uerbum esse de deo, sed, quia uerbum nostrum non est hoc quod nos sumus, non hac ratione uerbum dei de deo est, quia uerbum dei res est, non sonus qui deperit.

9. Nec enim quia communia uocabula nobis et deo sunt, una ratio erit nobis et deo in rerum effectu. nam legimus: in principio fecit deus caelum et terram. quo modo fecit? numquid, sicut nos facimus, manu opere? et in subiectis: et dixit, inquit, deus: fiat lux; et facta est lux. quo modo putamus locutum esse deum, quia non utique homini locutus est, sed ei qui posset facere, qui etiam hominem facturus erat, sicut fecit? sicut nos loquimur, organo corporali? absit. uides ergo quia uocabula quidem nobis et deo communia sunt, sed discrepant in effectu; aliter enim deus facit quam facimus nos, et loqui dicitur, sed non more nostro.

10. Sic et uerbum dei non tale uerbum est, sicut nostrum, quod postquam fit non est; illud autem manet, quia tale uerbum est, quod et audit et loquitur et operatur. non solum autem 'uerbum dei' est, sed et 'uirtus et sapientia dei' hic est filius dei, qui, quantum ad effectum pertinet, filius dicitur dei; quantum autem ad adlocutionem, qua nos adloquitur deus per ipsum, uerbum dicitur dei; quantum uero ad sapientiam, qua nos deus per ipsum docet sacramentum suum, sapientia dicitur dei; quantum autem ad operationem, quia per ipsum omnia fecit et facit deus, uirtus dicitur dei.

11. Haec nulli alii possent conpetere nisi filio dei. propter quod enim ex deo deus est, omnia dei dicitur. nascendo enim omnia consecutus est dei. nec enim conueniens erat degener

6 Gen. 1, 1 9 Gen. 1, 3 19 cf. I Cor. 1, 24

2 intelligatur *P* 3 nos] non *M* de deo est] res est ..... *P* 4 est *pr. om. M* sonus] solius *P* qui] quae *C* deerit *P* 8 fecimus *PC* et opere (et *s. l.*) *N* opera *GA* 9 et *pr. om. N* 10 qui *M* 11 possit *GA* 15 mori *M* 17 quia] qui *X* 18 audiuit *CNX* 19 dei *alt. om. P* 20 dei dicitur *C* 21 ad *om. MX* adloquitionem *N* loquutionem *FG* 28 est *om. X* deus *PM*

dici uerbum dei et uirtutem et sapientiam dei; hoc est enim deus: uerbum uirtus sapientia. Christus autem, quia totus de toto est deo deus, et sapientia dicitur dei et uirtus et uerbum dei, hoc est deum esse de deo et apud deum.

12. Propter quod ait: hoc erat in principio apud deum, ad euincendas enim incredulorum mentes coacta scriptura erupit, ut ostenderet Christum esse deum; cum omni loco propter unitatem dei intellegi uult Christum esse deum, nunc autem aperta uoce dixit esse eum deum et semper fuisse apud deum. sacramentum patefaciens dei, ne omnino solitarius putaretur, declarauit non propterea unum dici deum, ut solitarius aestimetur, sed licet duo uel tres, ex uno tamen, non praeiudicare unitati, quia quod de uno est ad illud ipsum refertur, quia unus est.

13. Quamuis omnia dicantur ex deo, sed aliud est quod proprie exstitit de deo et aliud quod nutu de foris creatum est dei; hoc est, aliud est quod de substantia eius processit et aliud quod, cum nullo modo esset, uoluntate eius creatum est, quia quod de substantia dei processit numquam fuit per substantiam, quod uero creatum est tunc coepit in substantiam, cum creatum est, ac per hoc initium non habet trinitas sola.

14. Declaratio igitur mysterii merita fidei minorauit, quia, quanto occultius est quod creditur, tanto magis propensior credentis est merces et minor poena diffidentis. declaratio autem mysterii, sicut minora fecit mereri credentes, ita maiores exsuscitauit diffidentibus poenas. manifestior enim lex plus facit reum.

5 Ioh. 1, 2

2 quia] qui *GA* 3 dei] deus *M* 4 dei *om. X* 6 euincendas (*corr.* deuincendas) *N* 8 nunc autem aperta uoce dixit esse eum deum *om. P* 11 declaruit *C* 13 usitati *C* ad] ab *X* illum *PCN* illo *GA* ipso *GA* qui *P* 15 aliud *pr.*] alius *G*, (*corr.*) *A* 18 cum *om. X* illo nullo *P* 19 per] post *C* 21 non *om. P, N* (*add. s. l. m. rec.*) trinitas (*corr. m. rec.* trinitatis) *N* 22 ministerii *N* meriti *P* 23 occultus *N* 24 mercis *M*, (*corr.*) *C* diffendentibus *CNF*

15. Nam suffecerat testatio saluatoris, qua sibi proprium patrem dixerat deum. quis enim credentium dubitaret nihil a patre differre in substantia filium? sed quia hereticorum peruersitas infidelitatis commentis fidei iura pulsare coeperat aliter accipiendo filium dei quam praedicatur, additum est ad faciendam manifestationem hunc ante omnia apud deum fuisse et deum esse, ut declararet quod filii ueri ratio mystice continebat, per quod diuina clementia humanae infirmitati prouidisse uidetur, ut aperiret quod clausum potioris fidei meritis reseruauerat.

16. Unde adiecit dicens: omnia per ipsum facta sunt. ut si quis ex superioribus in aliquo ambigeret, quia angusta est intellegentia hominum ad diuinas res capiendas, ex his capax fieret, cum audit: omnia per ipsum facta sunt, ut non utique facturam ipsum putaret, quia omnia per ipsum audit facta a deo. si autem et ipse esset factura, non omnia per ipsum facta a deo dixisset; nec enim ipse per se fiebat.

17. Quod ut adhuc absolutius traderet, adiecit: et sine ipso, inquit, factum est nihil. hoc dicens exclusit omnem controuersiam et argumenta terrena. quamuis de non sint qui diffidant, tamen, quando sine ipso nihil factum ostendit, nullo modo illum facturam esse suspicari debere edocuit. quo modo enim potest dici ipse esse factura, cum nihil dicatur deus sine ipso fecisse? si enim fecit, mentitur scriptura. sed absit, quia fidelis est scriptura, quae, ut errorem amputet, quanta potest utitur manifestatione ad salutem hominum redimendam.

1 cf. Ioh. 5, 18 6 cf. Ioh. 1, 1 11. 14 Ioh. 1, 3 18 Ioh. 1, 3 21 cf. Ioh. 1, 3

1 sufficeret *C* sufficeraet *N* sufficerat *FG* testimonio *MC, N* (*corr.* testimonium), *X* quo *N, Am2* 3 filium uerum *P* 7 declareret *CFB* 8 per] post (*corr.*) *C* 9 appareret *P* 15 utque *M* 17 disset *M* 18 ut] *om. PGA* ud (?) *eras. M* absolutus *X* 20 contrauersiam *C* de non] de *P* non de *N* non *X* qui] dequi *F, B* (*corr.* dequibus) de quibus *GA* 23 ipse estse (s *pr. eras.*) factura *N* ipsum esse facturam *GA* deus *om. P* 26 hominem *PC* omnium *M* redimendam *om. M*

18. Denique subiecit: quod factum est, inquit, in ipso uita est. 'in ipso', id est in uerbo, quod factum est, uitam esse significat, sicut et ipse dominus ait: sicut habet pater uitam in semet ipso, ita dedit et filio uitam habere in semet ipso, non quia uerbum sine uita erat et postea aut data aut facta est in illo uita, sed ipsum uerbum uitam uult intellegi esse. si de patre deo potest dici quia aliud ipse est et aliud in se habet, ita et de filio eius, quia 'sicut habet pater uitam in semet ipso, ita dedit et filio uitam habere in semet ipso'.

19. Humana enim eloquia non sunt idonea ad res explicandas diuinas; ideo uitiosum uidetur quod dicitur, ut, cum factura non sit dei filius, factum in ipso dicatur. et si dixisset: 'quod genitum est in ipso', et sic uitiosum uidebatur. sed ut substantiuam generationem eius ostenderet, opus in eam factum, quali uti potuit sermone, per quod exsisteret, demonstrauit, quia generatio eius uitam in se habet.

20. Nos enim uiuimus quidem, sed non possumus aliis dare uitam, quippe cum nec in potestate nostra sit eadem uita; ille autem ideo dicitur uitam in se habere, quia potens est uiuificare et creare quae uult, ut sint et uiuant. ad hoc enim natus dicitur, ut omnia possit facere quae facit pater, quia sic habet uitam in se sicut habet et pater, hoc est omnia per ipsum et in ipso fecisse, sic eum genuisse, ut haberet in se uitam, per quam omnia possit facere. non

1 Ioh. 1, 3. 4 3. 8 Ioh. 5, 26 13. 24 cf. Ioh. 1, 3. 4 20 cf. Ioh. 1, 4 23 cf. Ioh. 5, 26

1 inquit—factum est *om. P* 4 ita dedit—semet ipso *om. N* 5 non] num (?) *P* erit *N*, (*corr.*) *G* 6 aut *pr. om. P* 8 ita—habet *om. P* 11 loqui (*corr. m2 fort.*) *C* res (s *in ras.*) *P* 13 sit] desit *X* (*corr.*) 14 et sic] est sicut *P* substantium *NFB* substantiam *GA* 15 generationis *GA* ea *N* eum *GA* 17 habet] *add.* hoc est uita est non more nostro uita est aut uitam in se habet *P* *cui adsentitur Turner* 20 potens est] potest st (*ut uid.*) (*corr.*) *C* potest *X* 22 enim *om.* (*add. m2*) *C* 25 quam] quę (*corr.*) *C*

quia ipse aliud est quam uita, sed dum hoc potest uita eius, ut et uiuat et alia possit creare quae uiuant, uitam dicitur habere in semet ipso. nos enim uiuimus, sed non habemus sic uitam in nobis ipsis, ut et aliis demus uitam. quem sensum et apostolus Paulus memorat inter cetera dicens: qui est imago inuisibilis dei, primogenitus ante omnem creaturam, quoniam in ipso condita sunt omnia in caelis et in terra, uisibilia et inuisibilia, siue sedes siue dominationes siue principatus siue potestates; omnia per ipsum et in ipsum creata sunt.

21. Conueniunt euangelia duorum apostolorum Iohannis et Pauli; eadem enim dicunt, quia filius dei ante omnem creaturam genitus est, ut crearet potentias spiritales et mundum et quae in eo sunt uisibilia. quod enim dixit Iohannes, quia quod factum, in ipso uita est, hoc idem significauit et Paulus dicens, quia in ipso condita sunt omnia in caelis et in terra.

22. Et in subiectis: omnia per ipsum et in ipsum creata sunt. 'per ipsum' creauit, quia in substantia idem deus est, hoc est pater in filio; 'in ipsum' uero, quoniam sic generauit filium, ut haberet potentiam faciendi omnia uisibilia et inuisibilia. hoc fuit fecisse in illo uitam, ut et uiueret et uitam aliis praestaret uiuendi agendi intellegendi et ceteris animantibus, secundum quod uoluit quasi imago dei.

23. Dum enim imago dicitur dei, ad utrumque refertur, quia et per expressam natiuitatem plenam in se habet simi-

2 cf. Ioh. 5, 26 5 Col. 1, 15. 16 16 Ioh. 1, 3. 4 17 Col. 1, 16 19 Col. 1, 16 22 cf. Symb. Nicaen. 23 cf. Ioh. 1, 3. 4 26 cf. Col. 1, 15

2 et *pr. om. GA* 5 et—dicens *in ras. P* quid *G*, (*corr.*) *A* 10 ipsum *alt.*] ipso *PCNX* 13 dicit *C* 15 quae] qui *G*, (*corr. m2*) *A* iohannis *CNFB* 16 factum est *C* 19 et *pr. om. N* ipsum *alt.*] ipsum (um *in ras.*) *C* 21 est deus *P* 22 fatiendo *M* 23 uiueret] uiueret causam *P* inueneret *N* 24 *post* praestaret *aliquid excidisse putat Turner* et intelligendi *P* in *ante* ceteris *add. GA* 27 qui *M*

litudinem patris et potest quidquid potest et pater, ut uerum sit patrem uideri in filio, qui est imago inuisibilis dei.

24. Numquid quia patrem inuisibilem dixit filium uisibilem fecit, cum utique hoc sit filius per naturam quod et pater? et cum creatura caelestis inuisibilis sit, quanto magis creator eorum! sed hoc significauit quod in caelis est, non quod in terra, quia, quamuis et filius inuisibilis sit, illic tamen, id est in caelestibus, uidetur apostolis uel ceteris talibus, de quibus dixit: pater, uolo ut ubi ego sum et isti sint mecum et uideant claritatem meam; et alio loco: beati, inquit, mundo corde, quia ipsi deum uidebunt, hoc est patrem in filio, deum in imagine, quod est deum in deo.

25. Sicut corporalis corpus imago est, ita et dei deus imago est, quia exemplum est pater, filius uero exemplum de exemplo, quod communicat spiritui sancto: quia de meo, inquit, accipiet. ideoque in filio uidetur deus quasi in sua imagine. sicut enim nemo dignus inuentus est aperire librum et signacula eius nisi uerbum dei, ita et deum patrem nemo uidere dignus est neque natura neque meritis, nisi uerus filius eius. nihil enim medium est, quod obstet inter patrem et filium ipso nobis teste qui ait: nec enim patrem uidit quisquam, nisi qui est a deo, hic uidit deum.

26. Sed si in filio uidetur pater, quare nemo dignus dicitur uidere deum, cum uideatur in filio, quia nihil differt a patre filius? nihil plane differt in substantia, quia uerus filius est; differt autem in causa uel gradu, quia omnis potentia a patre in filio est et, si in substantia minor non est filius, auctori-

2 cf. Col. 1, 15 9 Ioh. 17, 24 10 Matth. 5, 8 15 Ioh. 16, 14 17 cf. Apoc. 5, 4. 5. 9 18 cf. Ioh. 1, 18 21 Ioh. 6, 46 26 cf. Ioh. 17, 2. Matth. 28, 18

1 potest *pr.*] potens *M* 2 uisibilis *P* 3 nam quit *M* 7 inuisibilis sit *om.* (*add. mg.*) *M* 9 ut *om. G* 11 ipse *M* 12 imaginem (*corr.*) *M* 14 uero] non *P* exemplo *alt. X* 15 inquit *om. P* 23 si *om. X* patrem *M* quia re *P* 24 diffret *N* 26 differ *M* grada (*corr.*) *M* 27 in *pr.*] et *M*

tate tamen maior est pater ipso domino testante et dicente: si diligeretis me, gauderetis, quia uado ad patrem, quia pater maior me est.

27. Quem modum custodiens apostolus Paulus: unus, inquit, deus pater, ex quo omnia et nos in ipso, et unus dominus Iesus, per quem omnia et nos per ipsum, ut primus gradus sit, ex quo sunt omnia, secundus, per quem omnia, tertius, in quo omnia. et quia nullus ex his degener est, in unitate dei significati sunt dicente apostolo: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria.

CXXIII. SI ADAM SANCTUM HABUIT SPIRITUM?

1. Conperi quosdam ex fratribus nostris non plene discussisse scripturas, sed simplicitate animi adseuerare quod Adam factus sanctum accepit spiritum, quem peccans amisit, sicut nunc datur credentibus, hac ducti ratione, qua solet adseuerari a plurimis quia per fidem instauratus est homo ita, ut ad pristinum redditus statum hoc omne acciperet quod inter initia Adam fuerat consecutus, et quia perfectus homo factus dici debet, qui 'si non habuit', inquiunt, 'sanctum spiritum, inperfectus fuit.'

2. Ego autem non solum hominem, sed et cuncta quae fecit deus, quae non possint dici accepisse spiritum sanctum, dico perfecta. omnia enim genera animalium in suo perfecta sunt,

2 Ioh. 14, 28 4 I Cor. 8, 6 9 Rom. 11, 36

1 testificante *P* et] ac *om.* (*add. s. l.*) *C* 2 diligeritis *CN* gauderitis *CNFB* 4 paulus apostolus *GA* 7 p.rimus *C* 8 hyis *N* degenes *M* degenere *C* 11 gloria *scripsi* gloria amen *P* gloria in saecula saeculorum *MCNFB* gloria in saecula saeculorum amen *GA* 12 sanctum spiritum habuit *CNX* 14 quod Adam] quodam *FB* 15 accipit *CN* 18 statum redditus *P* redditus] sed dictus (*eras.*) *M* 20 dici debet *P* dicebatur *A* dicebat *cet.* dici debeat *coni. Engelbrecht* spiritum sanctum *GA* 22 hominum *N* 23 possunt *PCNX* accepitte *M* accipisse *NX* sanctum *om. CNX*

ut impleant ad id quod sunt facta; ita et homo in suo perfectus est, ut potens sit discernere mala a bonis, praua a rectis. est enim animal intellegibile, perfectum ad id quod factum est; capax est enim discendi excogitandi faciendi, ut quae uirtute non potest impleat sensu.

3. Et quo modo ausi sunt hominem perfectum nasci dicere et totum scire, quem uident nihil ultra nosse quam hic discitur? quod enim hic non discit nescit. denique quoniam hic non discit qualis sit, nescit. qui se ergo nescit qualis sit, quo modo omnia nouit, cum minus sit se nosse quam cetera? sed quia de ceteris discit, de se autem non discit, de aliis nouit, de se nescit, neque qualis sit neque ante corpus an post corpus sit.

4. Nam si sic perfectus factus esset ut nullius egeret, non fuerat homo, sed deus, neque circumuentus praeuaricasset. spiritum autem sanctum habere ultra naturam et perfectionem hominis est, ut possit quae dei sunt. numquid non, quia asina locuta est ad Balaam, ultra perfectionem eius est? accepit enim ut posset quod naturae suae non erat, sed nostrae.

5. Itaque quia praestantior est homo ceteris animalibus, idcirco illa inperfecta dicenda sunt? aut quia sancti angeli non sunt quod est deus, inperfecti sunt? uel quia luminaria et stellae inferiores sunt supernis angelis, aut quia nubila uelamine suo obscurant solem et lunam, minus perfecta sunt? et quia membra inuicem egent, quia non possunt pedes quod possunt manus, inperfecti dicentur? absit. omnia enim pro locis et gradibus suis firma et perfecta sunt, ut impleant ad id quod facta sunt.

2 cf. II Reg. 19, 35 (36) etc. 14 cf. Act. 17, 25 18 cf. Num. 22, 28 21 cf. Luc. 9, 26 25 cf. I Cor. 12, 21

8 nescit *om.* *P* nescit—discit *om.* (*add. mg.*) *M* 9 qui] qu(a)e *MCNFB* nescit *alt.*] nescis *M* 10 minus] nullus *P* 12 neque *pr. om.* *C* sit] *an* sit scit *legendum?* 14 si] sic *C* factus *om.* *P* estset (*corr.*) *M* 18 accipit *C* 21 aut] ut *C* 23 inperfectiores *MCNX* aut] ut *C* nubilia *M* 25 quia *alt.*] qui *C* 26 inperti *FB*

tate tamen maior est pater ipso domino testante et dicente: si diligeretis me, gauderetis, quia uado ad patrem, quia pater maior me est.

27. Quem modum custodiens apostolus Paulus: unus, inquit, deus pater, ex quo omnia et nos in ipso, et unus dominus Iesus, per quem omnia et nos per ipsum, ut primus gradus sit, ex quo sunt omnia, secundus, per quem omnia, tertius, in quo omnia. et quia nullus ex his degener est, in unitate dei significati sunt dicente apostolo: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria.

CXXIII. SI ADAM SANCTUM HABUIT SPIRITUM?

1. Conperi quosdam ex fratribus nostris non plene discussisse scripturas, sed simplicitate animi adseuerare quod Adam factus sanctum accepit spiritum, quem peccans amisit, sicut nunc datur credentibus, hac ducti ratione, qua solet adseuerari a plurimis quia per fidem instauratus est homo ita, ut ad pristinum redditus statum hoc omne acciperet quod inter initia Adam fuerat consecutus, et quia perfectus homo factus dici debet, qui 'si non habuit', inquiunt, 'sanctum spiritum, inperfectus fuit.'

2. Ego autem non solum hominem, sed et cuncta quae fecit deus, quae non possint dici accepisse spiritum sanctum, dico perfecta. omnia enim genera animalium in suo perfecta sunt,

2 Ioh. 14, 28 4 I Cor. 8, 6 9 Rom. 11, 36

1 testificante *P* et] ac *om.* (*add. s. l.*) *C* 2 diligeritis *CN* gauderitis *CNFB* 4 paulus apostolus *GA* 7 p.rimus *C* 8 hyis *N* degenes *M* degenere *C* 11 gloria *scripsi* gloria amen *P* gloria in saecula saeculorum *MCNFB* gloria in saecula saeculorum amen *GA* 12 sanctum spiritum habuit *CNX* 14 quod Adam] quodam *FB* 15 accipit *CN* 18 statum redditus *P* redditus] sed dictus (*eras.*) *M* 20 dici debet *P* dicebatur *A* dicebat *cet.* dici debeat *coni. Engelbrecht* spiritum sanctum *GA* 22 hominum *N* 23 possunt *PCNX* accepitte *M* accipisse *NX* sanctum *om. CNX*

ut impleant ad id quod sunt facta; ita et homo in suo perfectus est, ut potens sit discernere mala a bonis, praua a rectis. est enim animal intellegibile, perfectum ad id quod factum est; capax est enim discendi excogitandi faciendi, ut quae uirtute non potest impleat sensu.

3. Et quo modo ausi sunt hominem perfectum nasci dicere et totum scire, quem uident nihil ultra nosse quam hic discitur? quod enim hic non discit nescit. denique quoniam hic non discit qualis sit, nescit. qui se ergo nescit qualis sit, quo modo omnia nouit, cum minus sit se nosse quam cetera? sed quia de ceteris discit, de se autem non discit, de aliis nouit, de se nescit, neque qualis sit neque ante corpus an post corpus sit.

4. Nam si sic perfectus factus esset ut nullius egeret, non fuerat homo, sed deus, neque circumuentus praeuaricasset. spiritum autem sanctum habere ultra naturam et perfectionem hominis est, ut possit quae dei sunt. numquid non, quia asina locuta est ad Balaam, ultra perfectionem eius est? accepit enim ut posset quod naturae suae non erat, sed nostrae.

5. Itaque quia praestantior est homo ceteris animalibus, idcirco illa inperfecta dicenda sunt? aut quia sancti angeli non sunt quod est deus, inperfecti sunt? uel quia luminaria et stellae inferiores sunt supernis angelis, aut quia nubila uelamine suo obscurant solem et lunam, minus perfecta sunt? et quia membra inuicem egent, quia non possunt pedes quod possunt manus, inperfecti dicentur? absit. omnia enim pro locis et gradibus suis firma et perfecta sunt, ut impleant ad id quod facta sunt.

2 cf. II Reg. 19, 35 (36) etc. 14 cf. Act. 17, 25 18 cf. Num. 22, 28 21 cf. Luc. 9, 26 25 cf. I Cor. 12, 21

8 nescit *om.* *P* nescit—discit *om.* (*add. mg.*) *M* 9 qui] qu(a)e *MCNFB* nescit *alt.*] nescis *M* 10 minus] nullus *P* 12 neque *pr. om.* *C* sit] *an* sit scit *legendum?* 14 si] sic *C* factus *om.* *P* estset (*corr.*) *M* 18 accipit *C* 21 aut] ut *C* 23 inperfectiores *MCNX* aut] ut *C* nubilia *M* 25 quia *alt.*] qui *C* 26 inperti *FB*

6. Igitur omnia perfecta sunt, quia et creator ipsorum perfectus est, sed ad conparationem eius inperfecta sunt. deus enim per omnia perfectus est quasi fons et origo omnium. nam quae facta sunt, perfecta quidem sunt, sed ad id quod facta sunt, ut in alia parte non sint perfecta, quia alter alterius eget, ut in eo quo non eget perfectus sit, non in quo eget; ideoque perfecta et inperfecta sunt omnia. manus indigent pedibus, quia, nisi ambulauerint, otiosae erunt manus. iterum pedes indigent manibus; calciare se enim non possunt neque curare.

7. Cum ergo corpus perfectum sit membris, uolare tamen non potest neque tantum ferre quantum potest burdo. cum in his perfecta sint, gubernare se tamen nesciunt nec adhibere sibi possunt medicinam. unde dictum est: nolite fieri sicut ecus et mulus, quibus non est intellectus. et aqua et ignis, cum repugnent inuicem, in suo perfecta sunt; implent enim id ad quod facta sunt. coquit enim ignis et consumit, purgat et calefacit; aqua uero abluit, refrigerat, inrigat, sitientes recreat.

8. Itaque cum omnia in suo perfecta sint, sine homine tamen nihil possunt neque homo, quamuis perfectior sit, sine his. hinc apostolus inperfectos et perfectos nos dicit. ad conparationem enim infidelium nos perfecti sumus, quia deum cognouimus, sed, quia quae promissa sunt minus scimus quam debemus, quia in hac uita non tantum possumus con-

14 Ps. 31, 9 22 cf. I Cor. 2, 6. 14, 20. Eph. 4, 13. Phil. 3, 15. Col. 1, 28. 4, 12

4 nam quae] namquam *FB* quod] quę *GA* 5 sint] sunt *N*, (*corr.*) *G* alter *om. X* 6 egit *G*, (*corr. m2*) *A* quo *pr.*] quod *N* egit *G*, (*corr. m2*) *A* perrectus *N* 7 egit *CNX* -que—manus *om. N* 8 ambulauerunt *C* 9 pospose *M* 10 cura *M* 12 non—se (*13*) *om. N post* burdo *aliquid excidisse putat Turner* 13 in *om. P* 14 possunt *om. P* medicina *CNFB* 15 ecus *M* equus *C* equus *cet.* 16 et *alt. om. P* 17 implent—sunt *om.* (*add. mg.*) *M* ad id *N* (*cf. 375, l. 27*) coquet *P* coqui *CNF* etenim *C, N* (e *pr. partim eras.*), *X* 18 abluet *PCNFB* 19 sicientes *PG*, (*pr.* i *om. add. s. l.*) *A* 20 sunt *GA* 21 nil *P* 22 *add.* et *ante* inperf. *P* 25 in *om. M*

prehendere, quantum est quod creditur, inperfecti sumus. igitur quoniam putant perfectionem Adae instaurari credentibus, uideamus si haec instauratio nihil ultra doni habeat diuini quam fuerat consecutus Adam.

9. 'Factus' enim Adam 'positus est in paradiso, ut operaretur ibi et custodiret', hoc est, ut coleret terram et custodiret praecepta dei, per quae sciret sic se dominium cunctorum accepisse, ut ipse tamen sub lege uiueret creatoris, ne dominatio extolleret eum et inflatus superbia inmemor fieret sui conditoris. positus ergo est, ut cibis sustentaretur uita eius; per Christum autem hoc concessum est, ut resurgentes non egeant cibo uel potu, quia quod mortale est hominis conuertetur in uitam. factus est Adam ut habitaret in terra; fides autem largiri dignata est, ut in caelis sit habitatio nostra.

10. Scriptura ipsa testatur, quia factus est, inquit, primus homo Adam in animam uiuentem, secundus autem homo in spiritum uiuificantem. primus, ait, homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, caelestis: qualis terrenus, tales et terreni; qualis caelestis, tales et caelestes. quid tam apertum quia Adam non habuit spiritum sanctum? factus est enim in animam uiuentem, per Christum autem in spiritum uiuificantem, ut homo in aliquo similis sit creatori et sit quod credit. quia enim mysterium fidei, quod ad salutem datum est, trinum est, trinus fit corpore, anima

5 cf. Gen. 2, 15 7 cf. Gen. 1, 26 10 cf. Gen. 2, 16 14 cf. II Cor. 5, 1. Phil. 3, 20 15 I Cor. 15, 45 17 I Cor. 15, 47. 48 21 cf. I Cor. 15, 45. I Thess. 5, 23

2 instaurare *GA* 3 haec] hac *CNFG* 6 hoc] o *M* custodire *N* 7 sic] sit *M* domnium *M* 8 uideret (*corr.*) *C* nec *P* 9 fierit *M* conditores *M* 12 eibo *M* conuertentur *M* conuertitur *CNX* 14 dignitas *P* 15 ipsa *om. M* 17 spiritu *CNX* 19 qualis (*add.* sunt *s. l.*) *C* tales] talis *CG* et *ante* qualis *add. P* qualis—caelestes *om. M* quales *A* (*corr.*), *B* 20 talis *C* quid] qui *N* quia] qui *X* 21 sanctum spiritum *P* factum *P* est *om. CN* 23 et sit] *om. X* et hoc sit *P* 24 est *alt.*] es *M* fit *edd.* sit *codd.* cor pure *P* animo *M*

et sancto spiritu, per quem dicimur filii dei, quod minime Adam probatur uocatus; terrenus enim factus est. filii autem dei non carnaliter, sed spiritaliter nati caelestes dicuntur.

11. Ecce absolutum est donum dei multo plus gratiae concessisse tempore saluatoris, quam acceperat Adam, quia non solum instauratus est, sed et melioratus: in eo instauratus, quia peccatis ablutus est, in ceteris melioratus. hoc enim et iustitia et ratio exigebat, ut tunc uberior esset clementia dei in dandis beneficiis, quando mysterium diuinitatis suae innotescere noluit creaturae, ut cognoscentes, quod incognitum fuit a saeculis et generationibus, dei unius sacramentum in trinitate consistere pro ipsa nouitatis quasi dedicatione peccatis abluti insuper iustificentur et adoptati a deo spiritum sanctum accipiant, per quem signum adoptionis habere uideantur. adoptati enim a deo signum habere debent dei patris, ut non inmerito filii dei appellentur.

12. Hoc donum per profetas promissum est, ut tunc daretur, quando mysterium dei declarari haberet in triumpho deuicta morte, ut sciret creatura patrem et filium et sanctum spiritum unum esse deum. unde et euangelista ait: spiritus, inquit, non erat datus, quia Iesus non erat clarificatus. clarificatio enim haec est, cum per uirtutem suam cognoscitur esse quod testificatus est de se, quae clarificatio hoc donum dedit, quod per Iohel profetam fuerat promissum. ait enim deus, quia in nouissimis diebus effundam de

1 cf. Rom. 8, 14 4 cf. Ioh. 4, 10 9 sqq. cf. Col. 1, 26. 27 13 cf. Rom. 8, 15. 23 20 Ioh. 7, 39 25 Act. 2, 17 (cf. Ioel 2, 28 [3, 1])

1 sancto spiritu sancto *P* spiritu sancto *X* fili *P* 2 et terrenus *X* 4 concessisse (s *tert. eras.*) *N* 5 saluatores *M* acciperat *CNX* 6 est *om. CNX* sed et—instauratus *om. N* 7 ablatus *CN* 8 dei *om. P* 9 beneficis *CNFB* diuinitatis..... *P* 11 a] e *NF* in *GA* ę *B* 12 trinitatis *G*, (*corr. m2*) *A* natiuitatis *G* nati.uitatis *A* 13 adoptati a] adoptatio (*corr.*) *N* 15 adoptati] adoptio *CNX* 19 spm scm *MCNX* 20 unde] utde *M* et *om. NX* 21 non *alt.*] non (*corr. m2* nondum) *C* 23 cognoscetur *G*, *A* (*corr.*) 24 donum] *add.* dei *GA* ioel *MN* 25 ait] aut *M*

spiritu meo super omnem carnem, et cetera. et apostolus inter alia: cum autem benignitas, inquit, et humanitas apparuit salutaris nostri dei, non ex operibus iustitiae, quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis, per spiritum sanctum, quem effudit in nos habunde per Christum Iesum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius heredes efficiamur secundum spem uitae aeternae. firmauit apostolus quod per Iohel profetam fuerat promissum, quia hoc postquam clarificatus est Iesus impleuit deus, ut spiritum sanctum effunderet in illos, qui credunt in Christum, et hoc esse 'heredem fieri uitae aeternae' spiritum sanctum accipere, ut, quia spiritus aeternus est, aeternam habeat uitam qui accepit eum; pignus est enim inmortalitatis.

13. Qui enim accepit eum et manet in eius dilectione, transpuncta hac uita pergit in caelos ad eum, cuius spiritum habet. incongruum est enim ut qui hinc exit habens spiritum sanctum apud inferos teneatur. signum est enim in homine uictoriae Christi, qua uicit mortem, spiritus eius, ut in quo fuerit spiritus eius ab inferis teneri non possit. ac per hoc in ueteribus sanctis non ita fuit spiritus sanctus, sicut nunc est in fidelibus, quia exeuntes de saeculo apud inferos erant et non potest dici quia spiritus sanctus causa peccati Adae, quod per traducem generis omne semen eius subiectum fecit inferis, simul tenebatur sententia data Adae.

2 Tit. 3, 4—7 13 cf. Tit. 3, 7 16 cf. I Ioh. 4, 16 19. 24 cf. Luc. 16, 22. Act. 2, 27. 31

2 begnignitas *M* 3 saluatoris *GA* nostri *om. C* 4 quas *codd.* (*corr. A*) suam] *om. C* suam ..... *N* 6 et renouationis *om. N* 7 iesum] ihu *M* 10 quod *om. C* ioel *M* 15 accipit *CNX* 16 quia *P* accipit *PCNFB* accepit (*corr.* accipit) *GA* 17 hac] ha *M* perget *GA* 18 exiit *C* 19 est *om. P* 20 qua] quia *M* qui *G*, (*corr.* quia) *A* uincit *P* spiritus—eius (*21*) *om. M* eius] *add.* est *P* 22 fuit] fiunt (*corr.*) *C*

14. Cum profetis ergo et iustis uiris sanctum fuisse spiritum non est ambiguum: cum profetis propter dispensationem, cum iustis uero causa sanctitatis, sicut legitur de sancto Symeone, quia spiritus, inquit, sanctus erat cum eo, non ut signum esset adoptionis in eo, sed meritorum eius gratia; nam filii dei credentes tunc esse coeperunt, quando manifestatus est filius dei uicta morte cunctae creaturae.

15. Si in Adam autem uel ceteris sic dicatur fuisse spiritus sanctus, sicut nunc est in fidelibus, quae noua dona dedit deus, cum regnum filii sui dedicauit in nobis? et quo modo felix et beatum tempus prae ceteris dicitur saluatoris aduentus, si ea praestitit quae iam fuerant praestita? et ubi est illud, quod dicit saluator ad discipulos: multi, inquit, profetae et iusti cupierunt uidere quae uidetis et audire quae auditis, et non audierunt?

16. Qua ratione ergo poterit dici quia beatitudo temporis huius nihil amplius contulit doni, quam ueteribus est conlatum? quod quidem ad iniuriam proficit saluatoris, ut nihil habuerit nouum, quod in ortu imperii sui suscipientibus se donaret, cum id elaborare soleant diuites, ut in die festo natalis sui exquisita inuitatis dent apoforeta. quanta ergo iniuria domini est, ut his, quos ad nouum et inauditum diem festum et omni laude dignum inuitauit, non dicatur habuisse inexperta quae donaret! et ubi est illud euangelistae Iohannis, quod dicit: in sua uenit et sui eum non receperunt; quotquot

4 Luc. 2, 25 10 sq. cf. Ps. 50, 12 13 Matth. 13, 17 25 Ioh. 1, 11—13

1 uiri *N* 4 inquit sanctus *om. N* 7 filii (i *alt. in ras.*) *P* 9 sicuti *P* dedit] dit *M* 10 felis *M* 13 uocati prophete *P* 14 cupiuerunt *N* 15 audistis (*corr.*) *N* audiuerunt *N* 20 id elaborare *scripsi* idem laboraret *P* ide laborare *MN* idem laborare *CX* 21 exqu(a\esita *X* apoforeta] *lacuna in P* aproforita *MNFB* proforita *C* aprophorita *GA* quanta] quiicta (?) (*alt.* i *s. l.*) *M* (*corr.* quis ita) 23 inexparta *FB* inexparte *G*, (*corr. m2*) *A* 24 euangelista *CB* iohanis *N* 25 non *om. P* reciperunt *CX* quod quod *MN* quodquot (*corr.*) *C*

autem receperunt eum, dedit illis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguine neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt? igitur quo modo non inusitatum est quod donauit credentibus deus in Christum, quando dedit eis potestatem filios dei fieri, id est fratres filii sui proprii, non ex uoluntate carnis et sanguinis aut uiri, sed ex deo, ut spiritaliter nascerentur? aut si prius gratia ista concessa probatur, tunc nihil nouum aduentus Christi contulisse dicatur.

17. Adae certe carnalis et terrena fuit factura, non spiritalis. non enim ex deo sine carne et sanguine natus est, sed de terra a deo factus est. ideoque non potuit spiritum sanctum accipere, qui non erat spiritalis et cui concessum non erat patrem deum in oratione uocare. qui enim spiritum sanctum accipiunt, his data potestas est, ut per id quod spiritum dei habent patrem illum Christianorum in oratione appellent. quod quia ante concessum non fuit, non possunt dici priores spiritum sanctum habuisse. hi ergo qui putant Adam uel ceteros habuisse sanctum spiritum nesciunt, quale donum habeant dei, nec gratias congruas possunt ei agere qui plus ceteris accipientes nihil se dicunt amplius consecutos.

CXXIIII. UNUM OPUS DIFFERRE SECUNDUM PERSONAS SIUE IN LAUDEM SIUE IN CONDEMNATIONEM.

1. Una est misericordia in diuite et in paupere, sed aliter inputatur diuiti et aliter pauperi, quia plus laudanda est in

6 cf. Ioh. 1, 12 7 cf. Ioh. 1, 13 14 cf. Matth. 6, 9 16 cf. Rom. 8, 15 19 cf. Ioh. 4, 10

1 reciperunt *X* 3 sanguinibus *P*, (*corr.*) *C* 4 uiris (*corr.*) *M* 5 usitantum (*corr.*) *C* deum *P* 6 frater *M* 7 et sanguinis *om. CNX* uir aut uiri *N* ut] sp (*eras.*) ut *P* 13 qui] quod *C* 15 haccipium (*sic*) *M* est *om. X* 16 habet *FB* 17 priores dici *GA* 18 hii *CNX* 19 spm scm *MCNX* domum *C* 22 persona *P* 23 condemnationem] adeptionem (p *in ras.*) *P* 24 uana (*corr.*) *M* misericordia est *GA* in *alt. om. N* 25 aliter *om. CNFB*

paupere quam in diuite. pauper enim de exiguitate sua largiri non timuit sperans a deo sibi retribui et in praesenti et in futuro. credit enim scripturae dicenti, quia qui tribuit pauperibus non egebit. unde et paupera illa diuitibus multa mittentibus sola meruit a domino conlaudari, quia de penuria sua largiri non timuit. diuites uero securi de diuitiis suis largiuntur, pauper autem securus de domino. bene igitur faciunt diuites, dum largiuntur egenis, sed multo melius pauperes. ac per hoc alia remuneratio pauperis et alia diuitis. dies enim, si hoc non fecerit, uapulabit; a paupere enim non exigitur tantum, ideoque laudabilis pauper est misericors.

2. Furtum in paupere et diuite unum peccatum est, sed diuitem plus facit reum, quia pauper per inopiam facit furtum, dives autem, cum habundet, non contentus suo tollit aliena. et, quod peius est, solent pauperes expoliare: ac per hoc differt poena utriusque.

3. Et iustitia pauperis et diuitis una est, sed laudabilis est in paupere magis. in egestate enim seruare iustitiam magnifica res est; dives autem ideo uidetur seruare iustitiam, quia alienus est ab inopia. igitur uterque iustus est, sed maius est in necessitate seruare iustitiam.

4. Superbia una est, sed plus damnanda in paupere est quam in diuite, quia dives copia elatus est, pauper autem in egestate superbus, quod ad insaniam pertinet, ac per hoc plus reus pauper est.

5. Humilitas una est, sed magis laudanda in diuite est.

1 cf. Luc. 21, 4 3 Prou. 28, 27 4 cf. Luc. 21, 3. 4

2 domino *GA* praesente *G*, (*corr.*) *A* 3 enim *om. N* 4 indigebit *P* pauper *P* 6 de *om. N* diui ius *M* 9 remuneratione *CF* remuneratio•• *N* pauperis et] pauperis est *P* pauperi sed *M* 10 uapulauit *P* fabulauit *C* exigitur. Tantum *NF* 13 inipiam *M* 14 contemptus *CNF* sui *G* (*corr.*), *A* 17 laudalis *M* 18 egestitate *M* magnifica—iustitiam *om. N* 19 est *om.* (*add. m2*) *C* ideo *om.* (*add. s. l.*) *P* qui *M* 20 utraque *P* utur que *M* est *alt. om. X* 22 est in paupere *GA* 23 autem] uero *P* 24 superbus] *add.* est *P* 26 est *alt.*] estst *P*

quid enim magnum est si pauper humilis uideatur, quem ipsa inopia humilem facit? magnificum autem si hic, qui dignitate et copiis commendatur, inclinet se non sibi uindicans quod mereri se nouit. igitur in omnibus bona humilitas est, sed multo magis in diuite est.

6. Doctrinae et studii una est causa, sed laudabilior in diuite est. pauper enim, cum nulla praerogatiua commendaretur, operam dedit ut haberet unde posset requiri; diues autem, cum non deesset unde commendaretur, adhibito labore auxit se, ut duplici genere necessarius esset; non enim auocatus copiis retraxit animum, quo minus per se floreret. ideo hic magis laude dignus est quam pauper, qui, si studiis minime operam dedisset, per omnia remanserat uilis. illum ergo uoluntas, hunc necessitas fecit studii cupidum.

7. Libido in paupere et diuite eadem est, sed damnabilior in paupere quam in diuite est. pauperem enim ipsa egestas reuocare debet a cupiditate luxoriae; cogitare enim debet quia unde hoc impleat non habet et, dum hoc festinat implere, alia multa mala admittat necesse est, quibus forte nec ad praesens euadat, aut certe hoc ipsum quod habet insumens mendicus remanebit cum nota. diuitem autem deliciarum copiae lacessunt ad uoluptatem libidinis, praeterea quia securi sunt de inpunitate scientes uenalia esse iudicia et nec redargui se ab aliquo. quis enim dignitate fultum uirum et diuitem audeat arguere? unde magis accenduntur, ut et uiolenter hoc agant. non solum enim minime reprehenduntur, sed et in magno honore sunt, ut et gloriari possint, quia tales sunt.

4 meriri *NFB* in *om. P* 6 doctrinae—est (*7*) *om.* (*add. mg. m2*) *M* doctrina *C* et *om. NX* studio *P* causa] causa est *P* laudabiliar *M* 8 possit *X* 9 utde *M* 10 ut *om. C* aduocatus *P* 11 quod *MCNX* magis (m *in ras.*) *N* 12 qui si] quasi *C* 14 studii] studii sollicitum *P* studiis *MCNX* 15 sed *edd.* et *codd.* 16 paupere] *add.* magis *P* 17 a cupiditate—debet *om. N* 19 forte] porte *X* 21 copia *P* 23 redargui se] redarguisse *CNX* 24 audiat *N* 25 argueret (*corr.*) *C* et uiolenter] euiolenter *P* et uiolentur *M* ho *M* 26 enim *om. P* et *om. GA* 27 ut *om. N* gloria *MFB* possunt *P* qui *C* sint *P*

8. Quod si uterque, id est pauper et diues, pudicus sit, multum differt pudicitia diuitis a pudicitia pauperis. pauperem enim potest humilitas reuocare, ne quod uult possit implere, aut timor legum; diues autem, cum multis suffragantibus causis ad uoluptatem possit inlici, laudabilis est, si auertat hinc animum. alia ergo remuneratione dignus est diues pudicus et alia pauper pudicus. quod si rex pudicus sit, multum est gloriosum, ut omnia in potestate habens non contingat, quod scit impune a se posse fieri. hic uere deum timet, hic uere praecepta eius custodit, qui in potestate habens leges futurum dei iudicium contemplatur. itaque grandis res est ut, cum in praesenti non habens quem timeat, uincat quod delectat, cum delectatio tantum possit, ut non solum futura, sed et praesentia minime uereatur. unde multum merentur qui hanc superant, sed plus hic, qui in praesenti legibus et hominibus dominatur. ceteri enim et homines et leges uerentur, quare et propositum custodiunt. ne enim apud homines erubescant, seruant quod diu tenuerunt et, ne condemnentur, a prohibitis se abstinent; hic autem, qui dominatione nec leges timet nec homines erubescit, magnae gloriae est si se abstinet.

CXXV. ADUERSUS EUSEBIUM.

1. Memini me in quodam libello Eusebii, quondam egregii in reliquis uiri, legisse, quia nec spiritus sanctus sciat mysterium natiuitatis domini Iesu Christi, et admiror tantae doctrinae

19 cf. Luc. 18, 2 22 sq. Euseb. Vercell.?

2 paupe•rem *N* potes *N* 5 animum (*corr.* animam) *siue* animam (*corr.* animum) *P* animam *M* 6 uero (*exp. et eras.*) ergo *P* et alia pauper pudicus *om. P* 8 potestatem *P* 9 uere *alt.*] uero (*corr.*) *M* 10 habent (*corr.*) *C* 11 ut (*eras. m2*) *P* cum .. habens *eodem modo interpretandum quo* quamquam .. habens cum] curid *N* 16 propositum *NFB* 19 aut *P* dominationem *GA* nec leges] ne legis *P* (*corr.*) neclegis *NX* erubescet *FB* 20 gloria *G*, (*corr. m2*) *A* 22 memini me] memine (*corr.*) *N* eusebii libello *N* quondam] quodam *CNFB* egregi *FB* 23 uiris *P* 24 domini] *add.* nostri *CNX*

uirum hanc maculam sancto spiritui inflixisse. hoc enim dicens degenerem illum significauit. neque enim potest dici de deo esse, si nescit quae dei sunt, quia inferior natura quid in potiore sit nescit. sin uero eiusdem substantiae est et diuinitatis, quo modo potest nescire quae sua sunt? denique filius dei, quia ego, inquit, et pater unum sumus propter unitatem substantiae, non inmerito adiecit dicens: omnia quae patris sunt mea sunt et quae mea sunt patris.

2. Quam ob rem si sanctus spiritus eiusdem diuinitatis est, qua ratione segregatur, ne sit eiusdem scientiae, cum eiusdem non negetur esse substantiae? quod plus est concedis et quod minus est retines. creatura enim discit et incipit aliquanta scire de auctore suo et erunt ei quae didicerit cum auctore suo communia, substantia autem uel diuinitas non potest deo esse et creaturae communis. nam dei substantia non habet quod discat, quia nihil est quod ignoret; substantia uero hominum non habet in natura ut sciat, sed ut discat. itaque naturae hominum accedit scientia, non tamen inmutatur substantia, quia hominis natura debabet scientiam; sic enim condita est substantia, ut per exercitium adquirat scientiam.

3. Igitur maior est substantia quam scientia, quia non scientia adquirit substantiam, sed substantia scientiam; et substantia est sine scientia, non tamen potest esse scientia sine substantia. in deo autem sicut est substantia, ita et sci-

6 Ioh. 10, 30 7 Ioh. 16, 15

1 infelix esse *C* 3 sunt ···· *M* . in *om. P* 4 substancia *P* 8 patri (*corr.*) *C* et quae mea sunt *om. P* sunt *tert. om. N* 9 patris] *add.* sunt *GA* 10 sps scs *CNX* 11 segregatus *NGA* 12 concedis et] condedis et *M* concidisset *CX* concedisset *N* 14 et—suo *om. N* quod *GA* didiceri··· *M* dedicerit *FB* 15 esse deo *P* 17 quod discat—habet (*18*) *om. P* nihis *M* ignorat (*corr.*) *C* homini (?) *N* 19 accidit *CNX* 20 hominum *P* de habet *P* debet *N* si *C* 21 per] post *C* 22 scientia *om. N* 24 sine] non sine *GA* esse *om. GA*

entia; substantia enim, quae nihil habet quod discat, ipsa substantia est sibi scientia. quam ob rem omnia in deo substantiua dicuntur. substantia enim, cui nihil deest, omnia substantialiter habet, quia nihil ei accessit per studium.

4. Quo modo igitur dici potest de spiritu sancto quia nescit natiuitatem filii dei, si consubstantiuus est ei? numquid potest una eademque substantia et scire et nescire? certe filius dei mysterium natiuitatis suae non didicit; scit enim substantialiter, non per doctrinam. qua ergo ratione spiritus sanctus dicitur nescire, cum similiter etiam ipse nihil habeat quod discat, quia omnia nouit per substantiam?

5. Sicut enim dei filius, ita et sanctus spiritus dei substantia est dicente domino: omnia quae patris sunt mea sunt, per quod significauit substantiam dei patris suam esse substantiam; et spiritum sanctum a patre dicit procedere et de suo accipere: et ideo, inquit, dixi: de meo accipiet, quia omnia quae patris sunt mea sunt. si a patre procedit et de filio accipit, quo modo nescit filii natiuitatem, quando substantia eius filii substantia est? omnia enim quae patris sunt filii sunt. sine dubio ergo patris substantia in spiritu sancto est. adiecit enim filius dicens: et omnia quae mea sunt patris sunt.

6. Quid ergo ambigitur de spiritu sancto, an eiusdem diuinitatis sit, cum sit eiusdem substantiae? nam sicut de se dixit dominus quia a deo processit, ita et de sancto testatur spiritus.

5. 9. 18 cf. Euseb. Vercell.? 13 Ioh. 16, 15 15 cf. Ioh. 15, 26 17 Ioh. 16, 15 21 Ioh. 16, 15? cf. Ioh. 17, 10 25 cf. Ioh. 16, 27

1 substantia *om.* *NX* enim *om.* *X* quia *GA* 2 sibi est *GA* substantiua] substantia *PG* 4 qui *M* per] post *C* 6 si consubstantiuus] sicut substantiuus *P* sic substantiuus (*corr.*) *C* si constantiuus *X* est *om.* *G*, (*add. m2*) *A* numquod (*lineola s.* o) (*corr.*) *N* 7 -que] qui *N* 9 ergo] rogo *P* 10 etiam *om.* *X* nihil ipse *P* nehil *M* quod] ut *GA* 12 sps scs *CX* 13 sunt *alt. om.* *C* 14 substantiam *pr.*] substantia *FB* 18 accepit *M* natiuitatem—filii *om.* *M* natiuitatem *C* 19 enim *om.* *X* 23 diuinitatis] natiuitatis *P* 25 quia] qui *X* de] de spu (spu *eras.*) *N*

et ne hoc aliter possit interpretari: a patre, inquit, procedit et: de meo accipiet, ut a patre procedere hoc sit de Christo accipere. cum enim dicitur de filio dei accipere, non ambigitur etiam ipse esse de deo, ut in sancto spiritu patris esse substantia et diuinitas non ambigatur.

7. Itaque qui hunc dicit nescire filii dei natiuitatem, ipsi derogat, de cuius dicitur accepisse. nec enim aliud accepit, quam ipse est de quo accepit, quia accepisse de Christo de deo processisse significat. ideoque non potest nescire, quod hic scit, de cuius accepit, neque ignorare dicendus est deum, quia a deo processit.

8. Certe filius dei, quia de patre est deo, scit omnia dei: quare ergo spiritus sanctus negetur scire quae Christi sunt, cum de eo acceperit? itaque si scit filius dei quae in deo sunt, dubium non est etiam sanctum spiritum non ignorare quae in filio dei sunt et, per id quod nouit quae sunt in filio, non nescire dicendus est quae in deo sunt. de eo enim, de quo accepit, dei habet notitiam.

9. Et quid laboramus, cum testis sit in hac re apostolus dicens: nemo scit quae sunt in deo nisi spiritus dei? ecce in quo diu sudauimus, apostolo adiuuante impleuimus. et numquid praeiudicauit filio dei, quia neminem dixit scire quae in deo sunt nisi spiritum dei? absit. sic nec praeiudicauit sancto spiritui filius, cum dixit: nemo nouit patrem nisi filius. neminem enim dixit scire quae in deo sunt praeter eum qui de deo est, quia omne quod de deo

1 Ioh. 15, 26 2 Ioh. 16, 15 20 I Cor. 2, 11 24 Matth. 11, 27

4 ipsa *P* ipsum *GA* ut] et *C* 7 de *om. MCNX* accipit *CNX* 8 quo] que *M* accipit *CNX* 10 scit] scire *P* sit *M* accipit *CNX* deum] dominum *CNX* 13 quaequae *X* sunt de (de *eras.*) *P* 15 sp̄m sc̄m *X* ignorare] *add.* dicendus est deum, quia a deo processit (dicendus—processit *seclusit*) *P* 17 de eo] deo *M* 18 accipit *CNX* 20 spiritus] sp̄u (?) (*corr.* sp̄s) *P* in sp̄u *M* 21 diu] ·iu (d *s. ras.*) *C* diu· *N* 22 praeiudicabit *GA* 23 sp̄s *CNX* si *MNB* 26 de *alt. om. P*

est nouit deum et quae in deo sunt. natura enim dei ipsa se nouit, quam cum intellegis esse etiam in spiritu sancto, per id quod a patre processit et de filio accepit, tutum non est istum dicere nescire patrem deum, cuius naturam agnoscis in eo.

10. Et tamen saluator sic dixit neminem scire deum nisi filium, ut reseruaret alii personae huius cognitionem. statim enim subiecit dicens: et cui uoluerit filius reuelare. cui, putas, uult reuelare filius? nulli enim carior esse potest quam spiritui suo, quia si quis, inquit, spiritum Christi non habet, hic non est eius. igitur quo modo putas reuelatum deum patrem a filio spiritui sancto, nisi quo modo ipse dominus ait: de meo accipiet? creaturae enim reuelari non potest pater deus, quia dei naturam ferre non potest, nisi fuerit eiusdem substantiae; lucem etenim habitat inaccessibilem, creaturae dumtaxat.

11. Sed quibusdam uidetur ideo recte dici nescire mysterium natiuitatis filii dei sanctus spiritus, quia omnia dicitur scrutari et 'qui scrutatur', inquit, 'nescit utique'. quod ex alio loco debet intellegi; dei enim uerba sunt inter cetera dicentis: ego deus qui scrutor renes et corda, et in psalmo: scrutans, ait, corda et renes deus, et apostolus: qui scrutatur, inquit, corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum dei uoluntatem postulat pro sanctis.

6 cf. Matth. 11, 27 8 Matth. 11, 27 10 Rom. 8, 9 13 Ioh. 16, 15 15 cf. I Tim. 6, 16 18 cf. I Cor. 2, 10 21 Apoc. 2, 23 (cf. Hier. 17, 10) 22 Ps. 7, 10 23 Rom. 8, 27

2 intellegis esse] intellexisse *P* intellegisses se *M* 3 accipit *CNFB* tuum *M* totum *C* (*corr.*), *B* 4 dicere illum (*corr.* istum) *P* deum (d *in ras.*) *P* agnoscit *M* ignoscis *GA* 10 suo] sco *M* quia si] quasi *N* 11 hoc *G*, (*corr.*) *A* 13 creatura *X* 15 inaccessabilem *GA* 17 ideo. *N* 18 sps scs *M* 19 scrutatur] scrutat *P* inquiunt *PG* 21 scruto *P* scrutator *CFG* et .. corda *C* 23 scrutator *CF* desiderat *C*

12. His exemplis cum scrutari dicitur dei spiritus, non ignorare significatur. 'etiam alta dei' dicitur scrutari: et quae sunt alta dei, quae dicitur peruidere? scrutari enim occulta significat penetrare, ut per id nihil ei occultum esse credatur. alta enim dei mysteria interiora sunt dei, quae scrutari a creatura non possunt. nam et secundum dei uoluntatem pro sanctis legitur postulare, quod sancti utique nesciunt, dicente apostolo: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus. igitur alta dei scire et uoluntatem dei non ignorare unum significat. quid enim tam altum mysteriùm quam uoluntas est dei, quod cognitum est spiritui sancto, ceteris uero incognitum omnibus?

13. Contuendum etenim est quo modo dictum est, quia nemo scit quid sit in homine nisi spiritus hominis, qui in eo est. spiritum animum significauit, quia nemo scit quid sit in animo hominis nisi animus eius, qui est spiritus. sic et in deo nemo scit quae sunt nisi spiritus dei, hoc est ipse deus.

14. Qui enim de deo est, non aliud intellegitur esse quam deus est. ideo spiritus dei scit quid in deo est, quia de deo est. nam si cogitationes hominum nemo nouit nisi deus, quanto magis dei secreta et uoluntatem nullus potest cognoscere nisi sit de deo, hoc est idem ipse deus! ipse est enim soli sibi cognitus.

15. Nam utique in deo non sunt cogitationes. nec enim tractat apud se quid faciat aut quid non faciat deliberans an

2. 9 cf. I Cor. 2, 10 6 cf. Rom. 8, 27 8 Rom. 8, 26 14 I Cor. 2, 11

1 hic *M* 2 ignorari (*corr.*) *C* alto (*corr.*) *C* dei] *add.* uirtute *P* 5 misteria interiora (teria int *in ras.*) *C* 10 significatur (ur *eras.*) *M* mysterium] et mysticum *P* 13 quomodo dictum] quomodictum *FA* quia—significauit *om. N* quia] quod *GA* 14 sit] scit *PM* 15 animam *MCNX* 16 animo] anima (*corr.*) *C* spiritus] ipse *N* 17 nemo] meo *FB* 19 qui enim] quid enim quod *P* 23 ipse idem *N* est enim] est *C* enim est *GA* 26 aut quid non faciat *om. X*

expediat, quia omnia, quae in deo sunt, sine dubitatione sunt non per accidentiam, sed per substantiam, neque per studium, sed per naturam, quia non inmutatur. ac per hoc non aliter nouit spiritus sanctus mysteria dei nisi per substantiam; una enim substantia unum habet sensum et uoluntatem.

16. De deo loquitur, qui semper unus et inmutabilis est, siue in filio siue in sancto spiritu. quod enim uult pater, hoc uult et filius, et quod uult filius, eadem uult et sanctus spiritus. quam ob rem aliquando dicitur spiritus dei, aliquando spiritus Christi, quia a deo, inquit, prodit, et: de meo accipiet.

17. Hinc est unde Iohannes apostolus ait: ex hoc scimus quia deus in nobis manet, de spiritu suo, quem dedit nobis. igitur si spiritu dei manente in nobis deus manere dicitur in nobis, deus significatur esse spiritus dei.

18. Denique hic est signum credentium, quod sint filii dei, ut, cum hunc accipiunt, dei se filios audeant appellare. nisi enim signum deitatis habuerint, dei filii dici non poterunt; quia enim quis uerus dei filius non est, ut sit totus de toto, sicut et Christus, per adoptionem autem fiunt filii dei, ut accipientes spiritum Christi per ipsum filii dei dicantur, per id quod de deo est quem in se habent spiritum. in filiis enim, quamuis adoptatiui sint, patris tamen ex aliqua parte debet uideri substantia.

19. In mundo enim quia res inperfectae sunt, adoptati ab hominibus filii nullum pignus, sed solum nomen accipiunt;

6 cf. Ioh. 16, 13 9 cf. Matth. 3, 16 etc. 10 cf. Rom. 8, 9 Ioh. 15, 26 Ioh. 16, 15 11 I Ioh. 3, 24 15 cf. Rom. 8, 14. Eph. 4, 30 19 cf. Rom. 8, 23 etc.

1 sunt *pr.*] non sunt cogitationes nec enim tractat apud se quid faciat aut quid non faciat deliberans an expediat, quia omnia que in deo sunt *P* (*corr.*) 3 immotantur *C* 5 substantiam (*corr.*) *C* 6 est *om. X* 7 sp̃u sc̃o *NGA* 8 sp̃s sc̃s *MCX* sanctus *om. N* 10 xp̃s *M* qui *NFB* prodit *M cum codd. bibl. d e* procedit *cet.* 11 hic *X* iohannis *CNB* 12 suo *om. X* 13 nobis *pr.*] in nobis *CNX* sp̃s *M* deus *om. M* deus—nobis *om. CNX* 14 spū *P* 16 audeat *CN* 17 potuerunt *PN* 21 spiritum] xp̃m *N* 22 adoptiui *PNX* (*non F*) 23 uideri (d *s. l.*, *et* uide *in ras.*) *C* 25 fili *B* nullam *M*

deus autem, quia perfectus est, plus facit, ut adoptatis spiritum suum det, per quem aliquam ueritatem adoptati ab eo uideantur habere, quia uocabula sine rebus inania sunt.

20. Apostolus noster hanc adsertionem nostram adiuuat dicens: o altitudo diuitiarum et sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae ipsius! quid est ut, cum alibi dicat scrutabilia esse alta dei, id est secreta, hoc in loco deneget dicens inscrutabilia esse? sed in hoc loco de creatura dixit quia inscrutabilia sunt ei secreta uel iudicia dei; spiritui autem sancto, eo quod omnia dei nouerit, scrutabilia dixit esse cuncta quae in deo sunt, ut, quod creaturae incognitum est, dei spiritum adserat non ignorare. dei ergo natura negari esse non potest, quae cognitum habet quod a creatura non potest comprehendi.

21. Qui degenerem dicunt sanctum spiritum, dei pulsant propositum, qui totius creaturae salutem in trinitatis diuinitate consistere declarauit, quia, si consubstantiuus non est deo et Christo, ineptum est ponere istum in numero patris et filii, ut sine hoc neque salus alicui sit neque dignitas. si enim non est eiusdem diuinitatis, aut stulte aut gratiose factum est, quod absit. quis enim prudentium deneget creatorem cum creatura connumerari non posse neque aeternum cum eo, qui sub initio sit, conparari neque dominum cum seruo aequari nec potentem cum inpotente conferri neque scium cum inscio deputari?

22. Sed iam cesset calumnia. tertius enim ordine est, non natura; gradu, non diuinitate; persona, non ignorantia. sicut

1 cf. Rom. 8, 15 5 Rom. 11, 33 7 cf. I Cor. 2, 10 17 cf. Matth. 28, 19

1 adoptati *P* 2 adoptati. *N* 3 uiderentur (*corr.*) *N* 4 adserationem (*corr.*) *N* 5 et *pr. om. X* 7 -es—scrutabil- (*8*) *om. N* ipsius] eius *PCNX* est *om. MCX* 16 quidegerem *C* sanctum spiritum] scmispm̃ (i *eras.*) *P* sp̃m sp̃m (*corr.* sp̃m sc̃m) *C* sp̃m sc̃m *N* sp̃m *X* 18 si consubstantiuus] sicut substantiuus *P* sic substantiuus (*corr.*) *C* si constantiuus *X* 24 cum] eum *M* potentum *M* 25 confersu *C* 26 iam] etiam *GA*

enim filius dei secundus a patre est et diuinitate minor non est, ita et spiritus sanctus sequens a filio est non inpar, sed aequalis diuinitate substantiae.

23. Denique quae legimus de filio dei, eadem legimus et de sancto spiritu ipso nobis teste. ait enim: rogabo patrem et alium paraclitum dabit uobis, spiritum ueritatis. 'alium' cum dixit, se paraclitum significauit. quod Iohannes apostolus declarat dicens, quia filius dei postulat pro peccatis nostris, et Paulus apostolus: ipse, inquit, spiritus dei postulat pro nobis. ecce scriptura ambos aduocatos esse ostendit. et cum ueritatis illum dixit spiritum, nihil illum a se differre ostendit, quia dixit: ego ueritas. missum se a patre dixit et ipse mittere se sanctum spiritum promisit. si ipse a mittente inpar non est, neque inpar ab illo est sanctus spiritus. nec enim quia tres sunt, singuli alter alterius membra sunt, ut diuersa possint. una est enim trium potentia, ut nihil singulis desit.

24. Hic finis sit; iam enim in libello aduersus Arriam inpietatem digesto reliqua plene tractata sunt, quae trinitatis conplexa sunt indiscretam unitatem.

CXXVI. DE EO QUI PERCIPIT.

1. Scriptum est, quia iusto nihil proderit iustitia eius, in qua die exerrauerit, et quia iniusto nihil oberit iniustitia sua, cum se conuerterit, et dominus

5 Ioh. 14, 16. 17 8 cf. I Ioh. 2, 1. 2 9 Rom. 8, 26 12 Ioh. 14, 6 13 cf. Ioh. 14, 24. 26 15 Rom. 12, 5 18 Quaest. 97 22 Ezech. 33, 12

1 secundus•• (*alt.* s *in ras.*) *N* 4 de filio dei eadem legimus *om. X* 6 paraclytum *NX* 7 dixit se] dixisse *PM* paraclytum *NX* paracletum *MC* signauit *P* iohannis *CFB* 8 postulas *G*, (*corr. m2*) *A* 11 et cum—ostendit *om. GA* illum *pr.*] *add.* unitatem *N* spiritum] xp̃m *M* 12 deferre *NFB* ego sum *P* ergo *M* missum se] misse *P* 13 sp̃m sc̃m *CNX* 14 inpar] *add.* est *GA* est *om. PGA* sp̃s sc̃s *CX* 16 trium (u *in ras.*) *P* tria *G*, (*corr.* trina) *A* potentia (*eras.* a) *N* 18 arriani *P* 19 tracta *M*, *N* (*corr.*), *GA* 20 unitatem *om N* (*uide 11*) 22 scriptum•• *N* isto *N*

in euangelio: qui non crediderit, inquit, iam iudicatus est, ut per hoc eum, qui crediderit, non iudicio subiectum ad sententiam excipiendam signaret, sed fidei merito laude dignum futurum.

2. Igitur cognitio dei hanc habet praerogatiuam, ut peccatorum consequatur remissa. credens enim dei esse filium Iesum dignus exsistat ab omnibus liberari peccatis. diu enim errore deuius, cum per diuersa ignorantiae fluctibus iactaretur, inluminatus ueritatis corusco stationem nanctus est, in qua post nimias tempestates requiescat securus, cui congruit, ut post cognitionem temperet ab his, quae iam pridem in ignorantia positus agebat. quid enim prodest cognitio, si manet pristina conuersatio? hinc enim quis uidetur cognouisse deum, si uitam mutet et conuersationem suam.

3. Cognitus enim deus timeri debet, quia iudicaturus praedicatur, ut et fideles iustitiae suae percipiant fructum et impii, id est increduli, perfidiae suae congruas poenas exsoluant. conuenit enim iustos in futuro gaudere, ubi regnabit Christus cum suis, ut qui in saeculo obprobrio sunt et iniuriis subiacent, in quo princeps est diabolus, in regno Christi gloriosi appareant, propter quem contemptibiles iudicati sunt a mundanis, iniustos autem, quia falso florere uidentur, per mendacium repugnantes ueritati in poena tribulari, ut qui per fucum gloriosi uisi sunt per uerum despecti et humiliati nimis appareant. tunc enim iusti credidisse se gaudent, cum perfidos uiderint cruciari, et nec paenitebit perfidos non credidisse, nisi

1 Ioh. 3, 18 15 cf. II Tim. 4, 1

6 consequantur *G*, (*corr. m2 mg.*) *A* 7 exsistit *P* ab *om. M* 9 corusco stationem] coruscationem *MCNFB* coruscatione *GA* nanctus] sancciius *C* 11 in ignorantiam (m *exp.*) *M* ininignorantia *C* 12 pristine *C* 13 hic *X* 16 fidelis *CFB* 17 crudeli *X* 18 iustus *P* regnauit *PMC* 19 qui *om. MCNX* (*Am2 add.* sicut) obprobrii sunt *P* sunt obprobrio *CNX* 22 qui *N* 23 per fucum] perfectum fructum *P* (r *alt. exp.*) 24 dispecti *CG* humilitati (*corr.*) *N* 25 iusti enim *GA* se *om. MX*

uiderint gloriam illorum et suam poenam, quos, quia crediderunt, stultos et contemptibiles arbitrati sunt.

4. Igitur ex eo quod profitetur quis Christianum se esse, id studere debet ne peccet. armare enim se debet contra uitia et — quia inpossibile est semper uincere — si uictus fuerit, dolere, ne iterum uincatur, quia qui se dolet uictum reparat se. qui ergo repugnat, habet unde excuset, si uictus fuerit. ostendit enim se uotum habuisse uincendi, sed minime praeualuisse. de hoc spes est quia potest reparare se, ut assidua meditatione in congressione peritior et fortior inueniatur.

5. Nam qui ad hoc surgit, ut peccet, ⟨et⟩ inexcusabilis est, is pergrauem habet causam. peius est enim sub dei uiuere professione et uoluntatem habere peccandi, quam si ignoret quis deum et turpiter et contaminate uersetur. hic enim nescit quem timere debeat, ille sciens contemnit.

6. Credentes igitur accipiunt remissionem peccatorum; non tamen gloriosi erunt, nisi post acceptam fidem uixerint sub dei timore, ut conluctati contra hostes Christiani nominis uictoriam faciant, ut possint praemium mereri, dum plus uincunt quam uincuntur.

7. Nam qui intellegit deum et non accedit ad fidem eius, ne uiuat Christianus, sed in fine uult fidem accipere, ut moriatur Christianus, aut erubescit Christianus uiuere aut peccatis operam dat, quae arbitratur posse sibi remitti, cum crediderit, istum puto non bonam causam habere, quia, ut, quamdiu in saeculo est, peccet, non uult fieri et uiuere Christianus aut

1 quia (*eras.*) *N* 4 debet *pr. om. C* arma *C* enim *om. CNX* debet *alt. om. X* 5 tolere *C* dolore *NFB* dolere (e *pr. in ras.*) *A* 7 repugnet *C* ostendet *PNFB* 8 uotum se *P* 9 reparare se] reparari *GA* ut] *om. FB* si *GA* 11 peccit *M* et *add. Engelbrecht om. codd.* is] hic *P* his *MFB* is (s *in ras.*) *A* 14 hinc *F* (*corr.*), *B* 18 oste xp̃ian in hominis *M* hostis *N* 19 fatiunt *M* 21 accidit *C* 22 sed—moriatur Christianus *om. N* fine] fide *FB* moreatur *FB* mereatur *GA* 23 aut *pr.* (au *in ras.*) *N* aut (*eras.*) aut peccatus *N* 24 crederit *FA*, (*corr.*) *B* credit *G* 25 puto *om. P*

confunditur dici Christianus. qualem sperat deum, cui cum militare erubescit, uult ab eo stipendium accipere? huius modi inrisor est. sciens enim se iam tempus non habere ut peccet morte inminente, tunc uult fieri Christianus, ut, quia iam non potest peccare, credere se dicat in Christum, qui exsecratur peccari, ut non iam nolit peccare, sed non possit praeueniente morte. istis legi debet, quia deus non inridetur.

8. Nam et solent huius modi talia dare mandata, ut iam defectis et alienis, tantum anhelantibus detur fides, timentes ne euadant et confundantur, quia facti sunt Christiani. quibus recitanda sunt euangelii uerba dicentis: qui enim me erubescit, inquit, et mea uerba in hac generatione, et filius hominis confundet eum, cum uenerit in regno patris sui.

9. Sed forte dicant: 'scientes fragile esse genus humanum idcirco in fine uitae uolumus fidem accipere, ne iam peccemus'. sed fides sic accipi debet, ut sciatur quod accipitur. tunc enim beneficium eius habebit, si cognoscat et profiteatur eam — corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem — ac per hoc, qui iam nescit ubi sit, quo modo potest dici accipere? ille enim accepit, qui profitetur se accepisse sciens quia accepit. si enim credunt quia datur credentibus remissio peccatorum, scire debent quia hic credit qui corde suo teste

7 Gal. 6, 7 11 Marc. 8, 38. cf. Luc. 9, 26 19 Rom. 10, 10

3 se iam] iam te *P* 4 inminente] inminent (*alt.* n *s. l.*) et *C* imminest et *N* imminent et *FB* inminente et *GA* non potest iam *P* 5 peccare** *N* 6 nollit *GA* 7 legis (*corr.*) *N* dominus *GA* 8 dare mandata] data mandare *X* 11 recidanda *M* dicentis —uerba *om. X* enim *om.* (*add. s. l.*) *M* me] ne (*corr.*) *N* erubuerit *P* 12 in *om. P* 13 confundit *M* cum uenerit] conuenerit *M* 14 regnum *P* patri *M* sui *om. FB* 15 dicunt *C* fragili *C* 18 habebet *M* sic *N* prophiteatur *M* 19 ore] cre *M* 21 dici potest *GA* 22 accipit *NX* quia] quid *GA* accipit *CNX* 24 cordi *G*, (*corr. m2*) *A*

credit, quia deus, qui promisit, cordis inspector est; ipsum enim suscipit, quem corde uidet credere. itaque cuius cor uerba fidei non aduertit, quo modo beneficium eius habebit?

10. Igitur hic potest uideri timere fieri Christianus accepta fide, qui id agere cernitur, ne facile peccet. nam qui peccare festinat, idcirco non uult accipere fidem, ne cogatur bene uiuere, quod uidetur nolle, sed in morte uult consequi inpunitatem sperans et remissionem praeteritorum malorum, ut et de praeteritis securus sit et de futuro, quia iam utique non poterit peccare moriturus.

11. Sed hoc non bono fit consilio neque munda conscientia, ut tunc uelit accipere fidem, quando iam non possit, non nolit peccare. his conuenit dictum illud: faciamus mala, ut ueniant bona, hoc est 'modo peccemus et in nouissimo credamus et remittetur nobis'. ideoque subiecit: quorum damnatio, inquit, iusta est. non est enim dignum ut his detur remissio peccatorum, qui iam scientes deum, qui nolit peccari et odio habeat peccatores, peccare gestiunt nolentes aduertere donum dei his proficere, qui ignorantes deum sic peccant, ut nesciant iudicaturum deum. qui autem audiuit et tractauit apud se et uotum habet peccandi, non ut uincatur cogente aliqua causa, sed uelit peccare, durum est ignosci ei.

12. Nam duae causae sunt, quae habent peccatorum remissa: una doni, alia paenitentiae, ut qui post donum peccauerit per paenitentiam reformet. quia enim in accepta gratia non permansit, ut in libertate duraret, sed iterum

1 cf. Act. 15, 8 13 Rom. 3, 8 15 Rom. 3, 8 19 cf. Ioh. 4, 10

1 qui] *om. FB* sicut *GA* 2 uidit *GA* 4 timere] tuneri *C* 5 qui id] quid *MCNG*, (*corr. m2*) *A* 6 festinet *N* 7 consequi qui *MCNX* (*Am2* quis) 8 sperant *M* praeteritorum] peccatorum *GA* 11 fit bono *GA* 12 ue lit *C* non *alt.*] nec *GA* 15 credemus *P* remittatur *C* quora (*corr.*) *C* quoram *N* 17 nollit (*pr.* l *eras.*) *N* 18 peccare *C* odio] hodie *M* 19 auertere *N* 20 qui] quod *P* 22 uellit *C* 25 se *ante* reformet *add. P*, *sed cf.* corrigo, emendo (*Study of Ambst. p. 96. 104*) reformetur *A* accepto *P*

se subiecit peccato, lamentatione et gemitu impetrat oblitterari peccatum. sciens enim prudensque peccauit: non quod aliquis ignoret peccatum, sed qui nescit deum iudicaturum inpune putat futurum quod peccat.

13. Ac per hoc gentilis, si coeperit infirmari et ipsa uitae desperatione tractet apud se de fide et spe promissa, integram habet causam, ut huic credenti remittantur peccata nec teneatur in inferis, signum ferens secum euictae mortis ac spoliatae, licet non habeat dignitatem uel remunerationem, quia debet aliquid interesse inter eum, qui prouocatus amore domini sui contra hostes eius dimicare non timuit armans se continentia et obseruatione omnium uitiorum, ut possit resistere malo, semper sollicitus quo modo imperium domini sui defendat, et inter eum, qui cum inimicis domini sui conueniens et eis adsistens in finem uitae ad dominum suum regressus est, non ut regnum domini sui uindicaret, sed sibi soli prode esset, missicius ante quam miles.

14. Ille enim, qui uiuere mauult Christianus, ut post mortem remuneretur, scit quia non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis, ac per hoc suscepta arma fidei non dubitat congredi contra principes et potestates, ut in saeculo uictor exsistens post saeculum coronetur. dignum est enim ut qui inter perfidos et rebelles domini sui regnum ad praesens testatur huius rei in futuro consequatur mercedem, ut uidentes inimici dei testem Christi propter confessionis suae ueritatem

12 cf. Eph. 6, 13 19 Rom. 8, 18 21 cf. Eph. 6, 11. 12

1 inpetret *GA* oblitterare *P* 3 aliquid *N* 6 tractat *CF* 7 hic *P* nec] ne *N* teneantur *P* (*alt.* n *exp.*), *X* 9 remuneratione *NF* 11 timuui *M* 13 malo semper sollicitus] malorem persollicitus *M* malo] malum *N* 14 diffendat *CNFB* ini..micis *C* 15 adsenciens *P* regres *M* 17 pdesset (*corr.*) *P* prodesset *C* (*alt.* s *s. l.*), *N* prodesse *X* missicius *scripsi* messicius *PCNX* mensicius *M* milles (*corr.*) *M* 18 uere *C* mauult] uult *CNX* a uult *F* 24 inter] ter *M* perfidos] perfectos *C* rebelles] reuellas *C* 25 mercidem *N* uidentis *C*

sublimem apparere in regno dei doleant confusi falsum se aestimasse, quod uerum esse declaratum est, nec non etiam hi, qui tarde crediderunt, non in uita, sed in morte confitentes deum, uidentes quanta gloria eorum est, qui sub arma Christi militantes bella imperatoris sui deuote et fideliter gerunt, paeniteant non se uixisse, sed mortuos esse Christianos.

15. Potest enim uideri minime idoneus mori Christianus, qui uotum non habuit uiuere Christianus. forte enim iam moriturus idcirco uoluit dici Christianus, ut quia iam tempus peccandi non erat. 'ne forte', inquit, 'uerum sit quod creditur, uolo fieri Christianus nihil amittens, si falsum est quod creditur'. ut quia iam in morte non uoluntas peccandi, sed peccatum fieri desinit, temptat si prodesse poterit fides post mortem, cum hoc utique fuerat utile, ut hic uitia et peccata emendarentur, ubi fuerant admissa.

16. Tunc enim aliquis condemnasse se praeterita probat, quando fidei lineam sequens conuersationem et uitam uidetur mutare. si enim prius ideo peccabat, quia nesciebat deum, cum cognoscit eum, ultra non debet peccare, ne frustra sit cognouisse illum; debet enim aliquis profectus esse ex cognitione dei. Christianus enim ante professionem debet intellegi: operibus magis probantur quam nomine. nam propterea mandata data sunt a ceteris legibus puriora et ad sanctitatem pertinentia, ut ex his dei cultura appareat; si quo minus, audient: quid me uocatis, domine, domine, et non facitis

4 cf. Eph. 6, 11 25 Luc. 6, 46

1 sublimen *NF* se] est se *P om. X* 3 hii *CNX* uita. *N* 5 imperatori (*corr.* inperatori) *C* 6 peniteat *N*, (*corr. m2*) *A* uixisse (u *in ras.*) *C* mortuus *N* 7 xpianos *C* 8 xpianis (*corr.*) *C* 11 xpianos *M* amittans *C* 12 uoluptas *NX* 15 emenderentur *N* emendaretur *FB* fuerint *X* 16 aliquid *P* 17 et] ad *P* 19 cognoscit] cognoscet *C* non] an *P* 20 perfectus *CX* 21 operibus] *add.* autem *P* 22 proterea *M* mandata data sunt] *om.* (*add. m2* mandata sunt) *A* mandata sunt *G* 23 ad *om. M* 24 cultor *P* audiant *C*

quae dico? per quod tunc significauit prodesse dominum uocari dominum, si mandata eius seruentur; inrisor enim uidetur qui dominum uocat eum, cuius praecepta contemnit. huic uerba legis recitanda sunt, quae dicunt, quia deus non inridetur. itaque uerbis suis condemnabitur qui dominum uocat, quem minime se timere operibus suis ostendit.

CXXVII. DE PECCATO ADAE ET EUAE.

1. Nulli dubium arbitror mundum istum hominis causa esse fabricatum, qui, cum diuersis constet substantiis, unus est tamen multis membris aptatus, ut ex his inuicem mutuis operibus, quae necessaria homini futura erant, gignerentur. domus enim facta est homini cum annona, ita ut singula eorum secundum genus fierent super terram, id est, ut facta hanc haberent insitam potentiam, ut propago unius cuiusque generis eorum crearetur in terris. origines enim institutae sunt, quarum semen proficeret ad procreationem multiplicandorum generum super terram.

2. Unde scriptura testatur dicens: et benedixit illa deus dicens: crescite et multiplicamini super terram. simili modo etiam hominum genus benedictum est, quem sensum contuemur in lege; cernimus enim scriptum esse: creuit populus et multiplicatus est in Aegypto. qua benedictione enim benedicta sunt, quae ad utilitatem creata sunt hominis, ea benedictione et homo est benedictus, ut similiter ex mare et femina propago generis humani cresceret et multi-

4 Gal. 6, 7 5 cf. Matth. 12, 37 18 Gen. 1, 22 20 cf. Gen. 1, 28 21 Act. 7, 17

1 prodisse *C* 2 uocari dominum *om. X* uidentur (*exp.* n) *P* 3 inuocat *P* 5 quia *CNX* deum *X* 6 ostenderet *P* 7 CXXVIII *M* euue *M* 8 nulli] nin (?) *P* dibium *M* iustum *M* 10 multus *G*, (*corr. m2*) *A* 11 hominis *P* gignarentur *M* 13 factam *G*, (*corr. m2*) *A* 14 ut] in *CNX* 15 crearentur *C* teriis *N* 16 multiplicandorum (um *in ras.*) *C* 19 terram] *add.* autem *M* 21 cortuemur *C* 22 qua] qui (*corr.*) *C* 24 benedictus est *X* 25 femis *F*, (*corr.* feminis) *B* feminis *G* (*eras.* is), *A* apropago *X*

plicaretur super terram et ut, sicut per culturam melioranda erant semina, ita et hominum genus adhibita cura id studeret, ut creatoris cognitione percepta uitam suam frenaret ad promerendum eum, ut simul omnia proficerent ad laudem et gloriam creatoris.

3. Et quoniam non aliud haec dicta significant, res ipsae testantur. omnia enim, quae facta sunt, dei nutu multiplicata et meliorata sunt super terram. nec enim aliter posset crescere quam dei uoluntas et benedictio decreuit seminibus. quo modo ergo dici potest male fieri aut non licere, quod ex dei benedictione et ipso fauente augmentum facit? cuius rei traditio et in sinagoga mansit et nunc in ecclesia celebratur, ut dei creatura sub dei benedictione iungatur, non utique per praesumptionem, quia ab ipso auctore sic data est forma.

4. Sed si cessare debere putatur, tunc cessare debebit, quando cessatura et illa sunt, quae similiter benedicta sunt ut multiplicarentur, quia, si generatio hominum cessat, ad quam utilitatem nascuntur, quae benedicta sunt super terram? non potest enim mundus ex parte agere et ex parte cessare. aut totus enim operatur aut totus pausat in otio. numquid utile corpus est, cuius quaedam membra uigent, quaedam torpescunt?

5. Quod ergo a deo benedictum est, cur sordidum et contaminatum opus a quibusdam adseritur, nisi quia ipsi deo manus quodam modo inferunt? non enim hoc reprehenderent, nisi de deo huius operis auctore male sentirent. quia enim aperte deo detrahere uerentur, per opus tamen ab eo inuentum accusant eum. quando enim displicet opus, reprehenditur auctor.

6. Sed si huius modi homines legerent aut potius accipe-

3uita *M* 6 ipsa *G*, (*corr. m2*) *A* 7 nutu] *lacuna in P* 8 crescere *P* credere *cet.* 11 *post* bened. *add.* coepit *P* fauente (uente *in ras.*) *C* 15 debebit] debet *GA* 17 ut *om. N* 19 ex parte *pr. om. P* 21 est cuius] cuius est *C* uegent *N* 22 turpescunt *NF* 23 domino *NX* 24 a *om. P* 25 infertur *GA* 28 displicit *G*, (*corr. m2*) *A* deus (*eras.*) opus *P* 29 si *om. G*, (*add. m2 post* homines) *A* hominis *P* (*corr.*), *C* legesent *N*

rent scripturas, memores essent Balaam dicentis: quid maledicam, inquit, quem benedicit deus? frustra enim accusatur qui a iudice laudatur, immo ipse sui accusator est, qui reum dicit quem leges defendunt. quis ergo tu es, qui damnare censes quod a deo benedictum legis, nisi aut deum hunc esse negas aut scripturam falsam accuses?

7. Sunt enim qui quasi noua accipientes uetera repudianda putant. sed non discrepant ab his noua per Christum praecepta populis intimata. ipse enim rogatus ad nuptias ire non dedignatus est et non solum praesentia sui inlustrauit eas, uerum etiam contulit quod deerat ad laetitiam. scriptum est enim, quia uinum laetificat cor hominis. et ut hoc secundum dei patris sui uoluntatem fecisse se demonstraret, Iudaeis interrogantibus, an liceret homini dimittere uxorem suam, respondit inter cetera dicens: quoniam ab initio fecit deus masculum et feminam et dixit: propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit ad uxorem suam et erunt duo in carne una. itaque iam non sunt duo, sed una caro. quod ergo deus coniunxit, homo non separet. hinc est unde rogatus ad nuptias iit libenter, ne factum dei et patris sui infirmare uideretur; magis autem legis ueteris et nouae doctrinam concordare ostendens nuptias non solum non prohibuit, sed et interesse dignatus est testimonium eis tribuens, quoniam deus auctor earum est, et quod a deo iunctum est neque prohiberi neque separari debere salutari praecepto monstrauit.

8. Et quia natiuitas prodest, cum iam relinqueret mundum,

1 Num. 23, 8 9 cf. Ioh. 2, 2 12 Ps. 103, 15. cf. Eccli. 40, 20 15 Matth. 19, 4—6

2 benedixit *NG* 5 cesses *P* censes *N* 6 neges *P* 7 qui] quia *X* 8 xp̄m ih̄m (*exp.* ih̄m) *N* 9 populi sintimata *M* populi sint imata *C* populi sunt imata *FB* 11 enim *om. P* 14 demittere *M* 16 reliquid *G* relinquid (*corr.* relinquit) *A* 17 ad *om. PX* uxori suae *GA* 19 ergo *om. M* coniunxit] quod iunxit *M* 21 iret *NX* fructum *C* 22 et] e *M* concordaret *C* 23 non *alt. om. PMGA*

matrem suam Iohanni discipulo suo commendauit. quam ob rem et nos per omnia legis ueteris et nouae mandata ut parentes honoremus docemur, quod nisi fecerimus, maledictum nos incursuros cautum est lege.

9. Itaque quae est praesumptio aut ex qua lege descendit nuptiarum aditus intercludere, quando tam noua quam uetus lex per omnia istis fauere uideatur? sed illud est quod legimus, quia quod extra est a malo est. unde apostolus huius modi homines cauteriatam dicit habere conscientiam, qui prohibentes nubere et a cibis, quos deus ad percipiendum creauit, abstinendum docent. hoc enim in hypocrisi inimicitiarum causa facere denotantur, ut legem a deo traditam criminentur.

10. Alii ideo studentes praeceptis salutaribus obuias manus tendunt, ut prauae doctrinae mandata commendent, ac per hoc cauteriatam habere dicuntur conscientiam. corrupta enim mente aliud scientes aliud profitentur, sicut et Iudaei, qui non ignorantes gesta saluatoris opera esse spiritus sancti inuidentes dicebant, quia in Belzebul eiciebat demonia, ut populum a fide eius auerterent. talis est et supra memoratorum uersutia, quia, ut castitatis et sanctimonii amatores esse se simulent, etiam nuptias dicunt esse damnandas, ut per id commendentur et populum a ueritate auertant, et, ut abstinentiae studere se fingant, temperandum a cibis tradunt, ut per haec alienos se

1 cf. Ioh. 19, 26 2 cf. Ex. 20, 12. Deut. 5, 16. Matth. 15, 4. 19, 19 etc. 8 Matth. 5, 37 9. 16 cf. I Tim. 4, 2. 3 19 cf. Matth. 12, 24

2 ut] aut *C*, (*corr.*) *N*, *GB* 3 docemur quod nisi fecerimus *om. P* docemus *N* 5 qua lege] quale (*corr.* quali) *N* 6 additus *CNX* 7 uideantur *P* 10 a *om. P* cibis] quibus *CNX* quos] quod *N* ad] a *M* 11 his procisi *N* inimiciarum *NX* 14 ideo] deo *N* 17 scientes aliud *om. P* ignorant *M* 19 beelzebub *PCNGB* belzebub *FA* iecit *CFGA* eiecit *N* (*alt.* e *eras.*), *B* 21 sanctimoni *M* sanctimoniae *PGA* sanctimonia *CNFB* simulent] *add.* ut per hec alienos se a mundo (*seclusit* ut—mundo *et exp.* ut) *P* 22 esse *om. P* id *om. X* 23 auertent *CNX* se studere *N*

a mundo ad caelestia regna festinare ostendant. per quod mentes hominum inlicientes deinceps inlicita docent licere et licita quasi inconcessa damnare.

11. Haec sunt praestrigia satanae, ut causas inuertat, quasi nouum insinuans aliquid excludat ueritatem, in qua nihil nouum est, quia totum aeternum est. quis non aduertat sensum istum ab aduersario esse aptatum? quis enim audeat dei inuentum reprobare et quod numquam alicui obfuit nisi aduersarius ueritatis, qui, ut inpuritatem suam tegat, sanctimonium praedicat, quem non amat, et, dum ex eo se quasi bonae uoluntatis ostendit, inlicita suadet quasi licita? commendat enim se, ut promtius fallat, ac per hoc captis inprudentibus suggerit per quae plus eos faciat peccatores, quia, ut causae suae aliquam conferat medicinam, granditer homines suadet peccare magnum ex eo quaerens solatium, dum criminis sui socios multos ostendit leuem poenam aestimans, acsi grauis sit, si secum multos uideat in gehenna. uiderint in peccatis ceteris homines, dum uincuntur uitiis, aut per ignorantiam defendent non uindicanda hic.

12. Quae contraria decipit concupiscentia aut quae obstat caligo, ut non quod uerum est uideatur! nam solent litterae aliud uideri significare, dum aut non bene pronuntiantur aut inproprie distinguntur. cum autem legitur: 'fecit deus' et: 'benedixit quod fecit', quis hinc disputet? quis dubitet? quis quod benedictum audit, maledictum putet, nisi alio spiritu

10 cf. Luc. 2, 14 15 cf. Gaudent. serm. 18 (XX 978 M)

1 ostendunt *N* 2 docerit *FB* doceret *G*, (*corr. m2* docerent) *A* 3 incessa *M* 4 praestigia *NX* inuertant *P* 5 insinuas *C*. excludant *X* 6 est *alt. om. M* auertat *X* 7 aduersarios *MCNFB* aduersariis *GA* acideat *M* audiat *C* 8 aduersarios *CB* 9 ut *om. C* sanctimoniam *NX* 10 et *Engelbrecht* ut *codd.* 11 ostentet *P* ostendet *CN* sua det *F* suadeat *P, Am2* se enim *GA* 12 suggeret *CNX* 14 graditer *X* 15 solacium *PN* sotios *MC* 16 acsi *idem quod* etsi, quamquam sit] sit (t *eras.*) *N* 17 secum *om.* (*add. s. l.*) *M* uideat (t *eras.*) *N* ge-] *hic desinit N* ceteros *GA* 18 aut *post* dum *add. P* 19 uincanda (*corr. m2*) *C* 21 esset *X* 22 pronuntiatur *M*

animetur? quod quidem si hominis uox esse diceretur, forte aliqua fallacia crederetur: deus dicitur loqui et dubitas? deus benedicit et reprobas?

13. Sed forte sub dei nomine Moyses errorem induxit! satis tibi faciant signa et prodigia per Moysen facta in Aegypto; suadeant tibi mirabilia quae in rubro mari gesta sunt ad liberationem filiorum Israhel; audi magos confitentes quia digitus dei est hic; consenti apostolo dicenti: nolo enim, ait, uos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes per mare transierunt et omnes in Moysen baptizati sunt in nube et in mari et omnes eandem escam spiritalem ederunt et omnes eundem potum spiritalem biberunt. bibebant enim de spiritali sequenti petra; petra autem erat Christus. et unde haec apostolus locutus est? praesto est scriptura, in qua legimus Christum dominum nostrum dicentem Iudaeis: si crederetis Moysi, crederetis et mihi, quia de me scripsit Moyses. quis huic concordiae fidem deneget? quis audeat dicere quod unum est discrepare? quis tam malae mentis est, ut indiuiduam caritatem uideri contendat inimicitiam? ecce habes et uerborum testimonia et exempla uirtutum, quae animum tuum subiugent ueritati, ut non aliud putes uerum quam quod ecclesiae catholicae continent libri.

14. Quoniam igitur probatum est idem deum fuisse in ueteri, qui nunc noster est, et hunc multis uirtutum indiciis

7 Ex. 8, (19) 15 8 I Cor. 10, 1—4 17 Ioh. 5, 46

def. N 1 quidem] *add.* fallacia crederetur deus dicitur (*seclusit* fallacia—dicitur) *P* hominis uox esse] homini suo posse *P* dicetur *M* 2 dicatur *X* dibitas *M* 6 suadent *X* maris *M* 7 digitos *C* (*corr.*), *FB* 8 noli *M* 10 nube] ne *M* transierunt et omnes in Moysen *om. M* 12 eandam *M* 14 consequenti *P* 15 haec *om. X* 17 crederitis *utroque loco CX* 19 audeat (e *eras.*) *C* 20 ut *om. M* indiuidua *X* caritate *GA* 22 subiungent *CX* 25 idem] item *coni. Engelbrecht*

uerum esse, in tantum eius auctoritas debet praeferri, ut etiam id, quod asperum et forte absurdum a nobis aestimatur, accepto ferri debeat et aliter sentiri quam a nobis putatur, si dei iudicio commendetur, quia magis deo credere debemus quam nobis. infirmitas enim nostra et inperitia utilia solet iudicare quae nociua sunt et aestimare falsa pro ueris, quod de deo uel suspicari nefas est — non est enim natura, quae possit falli —: quanto magis de coniugiis dubitari non debet deo dicente! est enim res aperta et simplex.

15. Certe omnis homo gaudet, cum fuerit dei dignationem adeptus, et meliorari se credit, dum sacramentum creatoris addiscit, quod utique non adsequeretur nisi natus. cur ergo plangit quod gaudet et quod gloriatur se didicisse condemnat? si enim gaudet quia didicit, non autem didicisset, nisi natus fuisset, sine dubio bonum est nasci, quia fructus natiuitatis est cognitio ueritatis. si autem malum est nasci, non erit bona cognitio. cui enim rei proderit cognitio, si damnatur natiuitas, quia, si non expedit nasci nec debet, inane est ut discat damnandus? sed quia nemo tam hebes est, ut neget cognitionem dei prode esse hominibus, et bona et utilis est. per ipsam enim melioratur natiuitas, ut plus mereatur quam fuerat conlatum Adae, quia in caelo, non in terra regnabunt credentes, in paradiso dei patris, non in quo Adam corporaliter iussus fuerat operari.

16. Nam si encenia celebrabantur Hierosolymis, id est dedicationis templi domini agebatur festiuitas, quanto magis ipsius

22 cf. Apoc. 2, 7 23 cf. Gen. 2, 15 25 cf. Ioh. 10, 22

lef.N 1 proferri *C* 3 nobis (n *in ras.*) *C* si] sit *M* 6 pro ueris] promoueris (*corr.*) *P* 7 est *pr. om. M*, 8 *post* dicente *add.* quod deus coniunxit homo non separet *edd.* 10 dignationem] cognitionem *P* dignatione *GA* 12 natus] *add.* fuisset *GA* quur *X* 13 et—gaudet (*14*) *om.* (*add. inf. mg.*) *M* 16 nasci *om. M* 17 cui] quod *P* rei proderit cognitio *om. P* 18 inanem (*corr.*) *M* 19 habes (*corr. m2*) *C* 20 prodesse *PX* prodisse *C* et *pr. om. P* ipsa *X* 21 ut] *add.* plus melioratur natiuitas ut *FB* 26 templo (*corr.*) *M* dei *M*

hominis celebrandus natalis est, qui magis templum dei est, cui etiam ad agendas deo gratias manibus templum est fabricatum! melius est enim templum corpus nostrum, quia hoc dei opere, illud uero humano labore constructum est, et hoc sub spe aeternitatis est, illud perditionis. itaque qui deo instituente natum se nouit, ut ei gratias agat cognitum habens mysterium eius, debet in natali suo gaudere uidens profectum esse natiuitatis suae. uere autem illi nasci non debuerunt, qui creatorem suum relinquentes gloriam eius aliis deputant. horum enim natiuitas proficit ad poenam; sed non natiuitas crimen incurrit, sed uoluntas.

17. Sed quis tu es, qui nuptias prohibes? forte Marcion, quia corpus non a deo fabricatum putas, sed a diabolo, animam uero errore quodam lapsum passam, ut ad tenebrarum partes, in quibus nunc mundus est, ueniret, contendis. quo modo ergo posset hinc liberari, si prohiberetur generari? natus enim cognouisti casum tuum et data opera id egisti, ut remeares ad patricam sedem redditus fonti tuo. denique gratias agere te dicis Christo, per quem hanc cognitionem adsecutum te gratularis. age uero, si natus non esses, cessaret cognitio nec prosequeretur liberatio. itaque si gaudes animam liberari, faue natiuitati; nam si natiuitati resistis, inimicus es animarum.

18. Aut si Manicheus es, qui nuptias quasi contrarias rennuis, quaero a te, quia, si corpora minime gignerentur, quo modo anima hinc, quam fusam in tenebrarum partem et hae-

1 cf. I Cor. 3, 16 2 cf. II Cor. 5, 1 6 cf. Col. 2, 2 9 cf. Rom. 1, 25. Esai. 42, 8

def.N 2 etiam (et *in ras.*) *C* 3 hoc *om. P* 4 uero] non *P* 6 se] esse *M* gratiis ageret *P* 7 debet] daret *P* 9 quia *M* non requirentes *P* non relinquentes *CFB* destinant *P* 12 quis *om. P* Marcion quia *om. P* martion *MG* 14 uero] non *P* errorem (*corr.*) *C* quondam *P* tebrarum *M* 15 uenire *P* contendas *P* 16 posset] possis et *P* cognoui *P* 17 et *om. P* dato *P* remereares *MX* 18 patriam *M* redditi *P* agere *om. P* 20 cessare cognitiones *P* nec *om. P* 21 liberare *C* faue *om. P* 23 si] se (*corr.*) *C* renuis *P* 25 animam *P* parte *P* et haerentem] cohaerentem *P*

rentem hylicis rebus asseris, eriperetur? nascendo enim liberari eam in libris uestris scriptum habetis, ut a luna susceptae animae exeuntes de corporibus soli tradantur, quem deum uestrarum adseritis animarum. nam gaudetis, cum Manichei uocamini. per hoc enim nomen liberationem uestram flagitatis, quod utique nesciretis, nisi nati essetis. longe itaque apparet per hypocrisin nuptias uos condemnare. sanctimonium enim profitentes latenter inmunditiae studetis, quod non solum priuatim, sed et edictis proditum est imperatorum.

19. Audi nunc, catholice, euangelio teste prodesse hominis natiuitatem. cum Symeon enim uir iustus uellet exire de saeculo sufficere sibi putans creatoris sine mysterii eius cognitione notitiam, non permissum est ei, nisi crementum faceret in dei perceptione, ut plenam haberet fidei suae mercedem. denique natum saluatorem accipiens in manibus benedixit deum et dixit: domine, nunc dimitte seruum tuum secundum uerbum tuum in pace, quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. manifeste ostensum est dei beneficium esse in hominis natiuitate, quando uiro iusto de morte cogitanti responsum est, quod non ante moreretur, quam christum domini uidisset. tantum enim proficiebat in uita, ut dignus fieret etiam in praesenti uidere, quem liberatorem sperabat post mortem. qui ergo reseruatus in uita non permissus est mori, nisi spei suae fructum uidisset, ut securus esset quia de uita ad uitam transiret, quo modo potest dici non huic profuisse natiuitas?

20. Si enim malum est quod nascimur, non paradisus promitteretur, non uita aeterna, non regnum caelorum, sed poena

7 cf. I Tim. 4, 2 9 cf. Cod. Theod. XVI 5, 3 etc. 12 cf. Col. 2, 2 15 Luc. 2, 28—30 20 cf. Luc. 2, 26 26 cf. Luc. 23, 43

cf. N 5 uocimini *GA* librationem *M* uestrarum *P* flagitetis *P* 6 nesciretis—itaque *om. M* (*add. mg.*) 7 hyposin *M* 9 prodictum *M*, *sed cf. p. 330, 13* 10 prodisse *C* 12 putant *M* 13 permissum] per ipsum *M* 14 .....denique *C* 15 manus *P* 16 dimittis *P* demitte *C* 17 quia *X* 18 ostendum *G*, (*corr. m2*) *A* dei] ei *C* 19 morti *C* 20 moriretur *GA* 21 et *ante* tantum *add. CX* dignum *P* 22 quam *M* 24 uidiisset (*aut* uidusset) *M* ut securus esset *om. M* 27 regnorum *C*

gehenna perditio, ut timeret alterum generare, qui se sciret natum ad perditionem, ut inlicite natum non liceret generare.

21. Sed forte dicatur: 'regnum quidem caelorum promissum est, sed fidis et bene agentibus'. recte. uides itaque non ideo reos fieri homines, quia nati sunt, sed quia male conuersati sunt. neque enim non natis promissum est regnum caelorum, ut natiuitati inputent, quibus non dabitur; promissum est autem natis bene agentibus, ut neque natiuitas prosit male agenti neque obesse possit bene agenti.

22. A fidelibus enim et bene agentibus melioratur natiuitas, ab infidelibus autem et male agentibus deterioratur. sic enim est natiuitas quasi arbor quae inseritur, quia, si bono surculo inseritur, melior fiet et bona dicetur, sin uero malo surculo inseratur, et deterior erit et non bona, sed mala uocabitur. ita et natiuitati si bona accedat doctrina, bonos faciet fructus; si autem mala, malos faciet fructus. ita sicut necessaria est arbor, ut sit ubi inseratur, ita et necessaria est natiuitas, ut sit ubi proficiatur.

23. Sed respondetur e contra: 'si utilis est natiuitas, cur renascitur?' non renasceremur, nisi utilis esset natiuitas. renasci enim renouari est et qui renouatur instauratur. non ergo accusat renascibilitas natiuitatem, sed reformat, et quod reformatur bene ab initio institutum probatur. igitur quod renascimur, consilio mutamur corporis expiatione percepta, ut reddamur ad pristinum statum Adae. animae autem peccato maculatum est corpus, quod reparato et meliorato per fidem consilio

def. N 1 gehenne (*corr.*) *C* generaret *C* 4 fidelibus *PCGA* fides *F*, (s *s. l.*) *B* recte uides] recdes *M* ideo] ide *M* 7 est *om. M* 8 neque] que *M* 9 obesse] esse *C* 11 et] uel *P* 12 est] cum *P* 13 fiat *CX* sin] si *CX* 15 accidat *CX* bonos] bona *P* faciat *GA* fructus (r *in ras.*) *C* fructos *FB* 16 si autem—inseratur (*17*) *om.* (*add. inf. mg., postea iterum in textu inuenies* ita sicut [*16*] — inseratur [*17*]) *M* necessaria (*alt.* a *in ras.*) *C* 17 arbor ut] ut arbor *P* 20 renacitur *M* renascimur *P* naceremur *M* natiuitas] *hic desinit P* 21 renouare *M* 23 renatimur *M* 24 expiratione *M* praecepta *C* 25 autem] ... autem *C* maculat *M* 26 et meliorato *om. X*

abluitur, ut, sicut per contemptum dei fuerat pollutum, ita per oboedientiam abluatur, ut effugiat sententiam datam Adae et possit resurgere.

24. Itaque si ab anima coepit peccatum, cur natura corporis accusatur, cum in causa peccati Adae non fuerit desiderium corporale, sed spe deitatis inlecta anima transgressa sit dei praeceptum, ut et corpus suum subiugaret peccato et nascerentur homines sub peccato? quod quidem nihil obest homini, si tamen legi dei oboediat, nisi quod moritur, cui rei beniuolentia dei promisit mercedem, ut, quoniam in creatoris deuotione fideles inueniuntur, per praeuaricationem autem Adae corruptioni subiecti et morti sunt, pro hac re accipiant a iudice deo ultra quam fuerat concessum Adae, ut in futuro et gloriosi sint et aeternam habeant uitam et adoptati filii dei uocentur, ut lucrum sit, quia nati sunt.

25. Ex hoc iam reuertar ad reliquam partem lectionis. cum positus esset homo in paradiso, haec accepit mandata: ex omni, inquit, ligno, quod est in paradiso ad escam, edes; de ligno autem, unde dinoscitur bonum et malum, non edetis ex eo. omnia ligna, quae memorat, fructuum sunt ad edendum creatorum. denique uno nomine ligna dicuntur, sed uaria intelleguntur in fructibus; omnia tamen ligna sunt et edendi unum est genus, quamuis diuersa sunt quae edantur, cum enim multa fructuum ligna creasset homini ad edendum, sicut dixi, de uno ligno edi prohibuit, ut reuerentiam creatoris ex aliqua parte haberent, qui omnia in potestate acceperant, dum una reseruata est arbor, cuius licentiam non haberent, ut memores essent conditionis legem.

6 cf. Gen. 3, 5 11 cf. Rom. 5, 14 17 Gen. 2, 16. 17

f. PN 1 ablitur *M* 2 hobedientia *M* oboediendam *FB* 5 desideria (*corr.*) *C* 6 transgessa *M* 7 et *pr. om. X* et *alt. om. codd. add. edd.* nascerentur—peccato *om. M* 8 nihil quidem *GA* homini si] homo nisi *X* 10 mercidem *M* 12 abiecti *C* (*corr.*) et morti *om. X* pro] per *FG* 17 accipit (*corr. ?*) *C* 20 editis *CX* 21 fructum *CX* creatorem *M* 22 omni *M* 24 fructum *CG*, (*om. add. m2*) *A* 25 de uno] denuo *M* 26 quia *M* 28 memores] merores (r *pr. in ras.*) *C* legum *mauult Engelbrecht*

26. Quo modo ex sententia peccati genus intellegebatur? et homicidae enim et malefico et adultero et infami congruit haec sententia. Achar quoque filius Charmi cum peccasset, consumi cum omnibus suis adiudicatus est. quo modo potest ex sententia peccati genus intellegi? grande delictum fuisse potest cognosci, non tamen genus delicti intellegi. scimus enim etiam alios hac damnatos sententia, cum sciantur aliter deliquisse. et Aman enim et Sodomitae cum omnibus suis perisse noscuntur. ita enim fit ut et unius peccati rei diuersa feriantur sententia et diuersi criminis peccatores uno adque eodem genere puniantur. quam ob rem Adae et Euae non ex data sententia peccati genus potest intellegi.

27. Quamuis enim unum eorum peccatum sit, sed secundum personam suam uir et mulier sententiam acceperunt, nec non et serpens, ut non solum in eo quod facti sunt non manerent, uerum etiam adderetur eis labor ad poenam. cum enim omnia pecora et animantia homini fuissent, sicut legimus, subiecta, serpens uero contra hanc constitutionem erexit se et dolo per fallaciam circumuentum hominem sibi subiecerat. sine dubio enim qui aliquem capit intra se eum facit. propter quod serpens, ne astutiae suae effectum haberet, sententia dei reuocatur et reprimitur ultra quam fuerat factus, ne supra hominem esset, ut calliditate sua non solum nihil profecisse se doleat, sed et deteriorasse. cum enim prudentior legatur fuisse ceteris bestiis, postquam decepit hominem, maledictus factus est ab omnibus bestiis terrae.

28. Post sententiam datam in serpentem sequitur ut et

3 cf. Ios. 7, 25 8 cf. Esth. E (16), 18 cf. Gen. 19, 24. 25 17 cf. Gen. 1, 26 21 cf. Gen. 3, 14. 15 24 cf. Gen. 3, 1. 14

def. PN 1 sentitia *M* intellebatur *M* 2 homicidiae *G*, (*corr.*) *A* 3 carmi *M* 4 consum con *M* suis *om. M* 8 dereliquisse *M* et Aman] et amen *X* 9 perisse] peripse (*corr.*) *C* ut et] et *G, A* (*corr. m2* ut) 11 puniatur *FB* 13. secunda *M* 22 repremitur *CG*, (*corr*) *A* 24 et *om. M* 25 decipit *X* 27 sequitur] datam in feminam datam in serpentem sequitur *X*

mulier, quam sibi sociauerat ad contemnendam dei legem, excipiat sententiam. ait enim: replens replebo maerores tuos et gemitum tuum: in tristitia paries filios et ad uirum tuum conuersio tua et ipse tui dominabitur. nemo quod reprehendit ipse confirmet. si ideo concessi sunt filii, quia usurpauerat coitum, ergo plus usurpatio praestitit. si, quia dixit: in tristitia paries filios, inde putas generationem sumpsisse principium, ubi erit quod dictum est: crescite et multiplicamini? intellege ergo hoc ad poenam tantum additum, ut, cum per laetitiam fuerit ante concessum, tristitia subdaretur ob poenam. et ut durior et multiplicata mulierem semper urgueret, additur conuersio ad uirum, ut esset unde eidem iterum innouaretur.

29. Si coitum dominus damnabat in seruis, cur addebat: ad uirum conuersio tua? nemo, quod damnat, hoc pro poena constituat, cum utique poena sit damnato contraria nec umquam ex uno, sed e contra proueniat. quod si in uno essent, damnationem nemo metueret. deinde aliquis in hoc addiceret, ex quo in legem commissum uideret? hoc est confirmasse, non punisse peccatum. si ideo conuersio feminae ad uirum et ex eo, quod coiit, et non quod † uerum est, conuersio simpliciter ante concessa cum ultima seruitute propter poenam eidem credatur inposita. quoniam per mulierem subiectus factus fuerat uir et sine dubio superior uidebatur, cuius consilio usus putauit prodesse quod suasit, ut factum dei subtilitate serpentis destrui uideretur, instauratur per sententiam dei institutum, ut reuertatur mulier ad condicionis subiectionem humiliata uiro, sicut fuerat constitutum,

2 Gen. 3, 16 7 Gen. 3, 16 8 Gen. 1, 28 14 Gen. 3, 16

2 memores *CF* 3 tristitiam *CFB* 4 conuersatio *M* 7 parias *CX* PN 10 concessum (con *s. l.*) *C* 11 subdaretur *codd. omnes* ob] ob ad *M* ad *GA* 14 seruis *id est* hominibus addebet *C* 15 conser•sio (*pr.* s *eras.*; u *s.* e; si *in ras.*) *M* consersio (*corr.*) *C* 16 cum] eum *M* damnatio *C* (i *in ras.*), *AB* nec] ne *AB* 17 sed e contra] se de contrario (rio *eras.*) *M* sed contra *C*, (*corr.*) *F* in *om. M* essent *scil.* poena et damnatum 18 deinde] denique *X* 19 est *om. M* 20 coiit *Turner* colit *codd.* 21 conuersi *M* 23 mulierem] *add.* concessum *X* 24 prodisse *C*

et additur ei quod additur ad poenam, cum audit: replens replebo maerores tuos et gemitum tuum: in tristitia paries filios et ad uirum tuum conuersio tua et ipse tui dominabitur.

30. Numquid aliter fuerat decretum, quam mulier dominio uiri esset subiecta? hinc ergo apparet mulierem reuocatam esse ad id, quod fuerat facta, cum additamento. unde ait: replens replebo maerores tuos et gemitum. quid replet? in eo quod minus est addit, non in eo quod non est uidetur operari. hic ergo sententia, quae ante processerat: crescite et multiplicamini, non incipit ad creandum, sed ad creaturae, quae fuerat concessa, perniciem. mulieri ad pariendum filios dolor additur, difficultas inponitur, non procreationis noua forma conponitur. nam si ex hoc recte speratur generatio, intellegi potest magis arbitrio serpentis generationem extitisse quam domini et est uere, ut ait ille, progenies uiperarum. si quis autem se existimat ita natum, quid mereatur, aduertat, ut propter peccatum amplificaretur ei dolor e partu, ut quae modicum doloris habitura erat filiorum, cresceret ei causa delicti, quia et cum gemitu et maerore pariuntur, nati autem sine tristitia non habentur.

31. Nunc tertio promitur in uirum sententia talis: quoniam audisti, inquit, uocem mulieris tuae et edisti de ligno, de quo praeceperam tibi ne ederes, ex eo edisti, maledicta terra in operibus tuis et in maeroribus tuis edes ex ea omnibus diebus uitae tuae: spinas et tribulos generabit tibi, et cetera. etiam hic, id est Adam, ad hoc reuocatur, ad quod fuerat factus, sed cum detrimento. ante enim positus erat ut operaretur terram simpliciter, ut

1 Gen. 3, 16 8 Gen. 3, 16 11 Gen. 1, 28 17 Matth. 3, 7 22 Gen. 3, 17. 18 29 cf. Gen. 2, 15

def. PN 2 memores *CG* 6 reuocatum *MFB* 7 ait *om. M* 8 memores *FG* 10 hinc *X* 19 dolor e *scripsi* dolorem *MCGA* dolore *FB* partus *GA* 22 promittitur *X* 23 uocem inquit *GA* 24 ederes] ederis *CX* 25 et in maeroribus tuis *om. M* 26 edis *GA* 27 generauit *C* germinabit *GA*

sequeretur eum laboris effectus; adubi autem spreuit praeceptum dei melius sibi procurari credens consilio serpentis quam fecerat deus, ad institutum pristinum reuocaretur cum laboris dispendio, ut terra ei secundum laborem minime respon-
5 deret maledicta non sibi, sed operibus eius, et ostenderetur propositum dei subuerti non posse neque melius posse quemquam prouidere quam deum. nemo enim potest alterius opus plus diligere, quam ipse qui fecit, dicente apostolo, quia nemo, inquit, carnem suam odio habet, sed nutrit et fouet
10 eam, sicut et Christus ecclesiam.

32. Uideamus nunc sequentia legis, an concordent cum initiis eius. Abraham cum placuisset deo, inter cetera, quae ad remunerationem fidei eius pertinent, cum senior esset, etiam filium generare dignus est iudicatus. quo modo ergo accusari
15 potest quod pro merito cessisse uidetur, ut, quia ipse dei uoluntatem fecerat, deus uoluntatem eius impleret? quae minime fuisset impleta, nisi innoxia esset, nec deus impleret. quod male uel inperite posci uidebat, maxime ab eo, qui sibi placeret; hoc enim nec homini conuenit. et Anna, cum sterilis esset et
20 deum diligeret, petit ut haberet filium et accepit. quod si contrarium esset, moneri potuit ab eo quem diligebat, ne rem postularet aduersam. et natus ex ea sanctissimus Samuhel filios genuit et non tamen iustitiae suae merita minuit. prima enim aetate sua semper auctus est, ut in senectute propensiori
25 dei testimonio commendetur. et Zacharias sacerdos, uir iustus, in senectute sua dei nutu filium genuit, quo nato meruit profetare. qua igitur ratione accusatur quod minime obesse

8 Eph. 5, 29 14 cf. Gen. 18, 10. 21, 2 20 cf. I Reg. 1, 11. 20 23 cf. I Reg. 8, 1 26 cf. Luc. 1, 57. 67 sqq.

PN 1 adubi *scripsi* at ubi *MX* ut ubi *C* 2 serpentes (*corr.*) *C* 3 stitutum *M* 4 ei] eis *M* 6 quamquam *CX* 7 quam] quem *CFB* dominus *CX* 9 foueet *C* 10 eclesiam *M* 11 concordant *CX* 13 remunem *M* 15 quia] qui *CX* ipsi *C* 20 petiit *GA* accipit *C* 21 muneri *C* 24 sue a semper *M* ut] et *GA* 26 genuit filium *CX* 27 qua] quia *M*

probatur? et quis neget bonum debere dici quod neminem laedit?

33. Et ut hoc loco aliquid de apostolis dicatur, ad robur pertinet causae. certe sanctus Iohannes sanctimonii fuit custos; condiscipulus autem eius adaeque sanctus Petrus uxorem et filios habuisse cognoscitur et, primatum ut acciperet inter apostolos, non ei obstitit generatio filiorum. quo modo ergo condemnandum putatur quod non inpedit meritis?

34. Hinc apostolus eum qui uxorem habeat, si in ceteris seruet mandata, sacerdotem fieri posse ac debere ostendit. quod si inlicitum esset, non poterat utique peccatorem dicere debere fieri sacerdotem. et quid tam apertum? eiusdem enim apostoli uox est dicentis: de uirginibus imperium domini non habeo. cum enim Corinthii exagitarentur ab hereticis. qui in hypocrisi nuptias damnandas docebant, consuluerunt apostolum litteris, an liceret nubere aut uxorem remittere. tunc praecepit apostolus non debere uxorem a uiro recedere, cum habuerit occasionem dicendi, si scisset sic docendum, non licere nubere quoquo modo uirum. quod sibi sciit non traditum, docere se non posse ostendit. quis ergo audeat discipulorum docere quod a magistro traditum non est et quem audiat praedicantem: uolo adulescentas nubere, filios procreare?

35. Sed forte dicatur: 'si licet et bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet uxores habere, id est, ut ordinatis iam non liceat conuenire?' quis nesciat unum quemque pro persona

5 cf. Matth. 8, 14. Clem. Alex. Strom. III 52 (p. 535) 9 cf. I Tim. 3, 2 sqq. 13 I Cor. 7, 25 15 cf. I Tim. 4, 2. I Cor. 7, 1 sqq. 17 cf. I Cor. 7, 10 19 cf. I Cor. 7, 10. 12 22 I Tim. 5, 14

def. PN 1 deberi *G, A* (*corr. m2*) dicit *M* 3 et ut] ut et *G*, (*corr. m2* ut ex) *A* 4 iohannis *CFB* 5 cumdiscipulos *C, F* (*corr.* cumdiscipulus), *B* 6 acceperet *M* 11 si *om. M* 12 quid *om. M* 14 corinthi *C* chorinti *FB* 17 praecipit *C* 19 quoquo *scripsi* quo *codd.* quoquo modo *om. GB* sibi sciit] sibi scit *C* sibesciit *FB om. G* sibi (ibi *m2*) *A* 20 se] sed *M* audiat (*corr.*) *C* 22 audeat *CX* aduliscentas *M* adolescentas *C* adulescentes *GA* adulescentulas (*corr.*) *B* 25 uxores non licet *GA*

et dignitate sua et legem habere? est enim quod omnino generaliter omnibus non liceat; est iterum quod aliis licet et aliis non licet; et est quod aliquando licet, aliquando uero non liceret. fornicari omnibus semper non licet; negotiari uero aliquando licet et aliquando non licet. antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari; facto iam non licet. et Christiano cum uxore sua conuenire aliquando licet, aliquando uero non licet. propter dies enim processionis aliquando non licet conuenire, quia etiam a licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit quod postulatur. unde apostolus: ex consensu ait abstinendum ad tempus, ut uacetis orationi. nam et secundum legem in ieiunio caedi et iurgari non licet, postea licet, quia maior reuerentia debetur dei causis.

36. Numquid omne, quod inter ceteros licet, ante imperatorem licet? quanto magis in dei causis! ac per hoc antestitem eius puriorem ceteris esse oportet; ipsius enim personam habere uidetur. est enim uicarius eius, ut quod ceteris licet illi non liceat, quia necesse habet cotidie Christi uicem agere aut orare pro populo aut offerre aut tinguere. et non solum huic non licet, uerum et ministro eius, quia et ipse mundior debet esse, quia sancta sunt quae ministrat. nam sicut ad conparationem lucernae tenebrae non tantum obscurae, sed et sordidae sunt, ad conparationem autem stellarum lucerna caligo est, ad solis uero conparationem stellae nebulosae sunt, ad dei autem claritatem sol nox est, ita quae ad nos licita et munda sunt, ad dei autem dignitatem quasi inlicita et inmunda sunt; quamquam enim bona sint, dei tamen personae non conpetunt. numquid non tunica mediocris hominis, quamuis munda, impe-

10 I Cor. 7, 5 12 cf. Esai. 58, 3 sqq.

f. PN 4 liceret] licet *CX* fornicare *M* 5 et *om. CX* 8 enim *om. M* 16 esset *M* 17 est—liceat *om. X* 18 necessa *M* 20 munior *C* 22 et *om. GA* 24 soli *M* 25 ita quae *scripsi* itaque *codd.* ad] et *CX* nos] nox *M* licita] lucita *M* munde *C* 27 quamquame (*corr.*) *M* sunt *X* dei tamen] deitatem *G*, (*corr. m2*) *A* persona *M*

ratori tamen sordida et inlicita est? similiter et saxonicia senatori? ac per hoc antestites dei puriores esse debent quam ceteri, quia et Christi habent personam et ministros dei mundiores esse oportet. nemo enim imperatori ministrat non accuratus; igitur uestibus claris mundis induti ministrant: deus autem quia natura clarissimus est, ministros eius natura magis quam uestibus mundos esse oportet.

5 cf. Apoc. 19, 14

def. PN 1 licita *M* saxonitia *MA* 3 ceteris *M* 5 uestibus *Engelbrecht* uestituti *M* uestitu *CGB* uestitum. *F* uestiti *A* *cf. Iren. V 33, 3* similae clarae mundae claris (c *m2*) *A* 7 oportet] *add.* EXPLICIT LIBER *M* FINIT DEO GRATIAS:. AMEN *C* qui uiuit et regnat per infinita saecula saeculorum. AMEN *X* (AMEN *bis B*): *et postea* EXPLICIT LIBER QUESTIONUM SCI AGUSTINI EPISCOPI *FB*

APPENDIX

EAS CONTINENS ALTERIUS CUIUSDAM EDITIONIS QUAESTIONES, QUAE IN RECENSIONE SUPRA INPRESSA NON LEGUNTUR.

SIGLA.

D = codex Germanensis (Parisiacus lat. 12223) saec. XII.
K = codex Bruxellensis 1125 (= 625—636) saec. XV.
a = editio princeps Iacobi Haemer, Paris. 1531.

L = codex Vindobonensis 1044 saec. XI—XII, qui tertiae cuiusdam recensionis testis est (cf. Prolegomena) et solas quaestiones Nou. Test. 3—7 huius alterius recensionis continet.

CONCORDANTIA NUMERORUM.

edd. priores		codd. et nostra	edd. priores		codd. et nostra
II uet.	1	V. T. II	II nou.	31	N. T. XXII
	3	V. T. XLII		33	N. T. XLIII
	4	V. T. XLVI		34	N. T. LXXI
	5	V. T. XXXVII		35	N. T. XLIIII
	6	V. T. XXXVIII		36	N. T. LXXVII
	8	V. T. XL		37	N. T. LXX
	10	V. T. LI		44	N. T. L
	11	N. T. LXXVI		46	N. T. LXXV
	12	V. T. XLVIII		47	N. T. LIII
	17	V. T. XLV		49	N. T. LXI
	18	V. T. XLVIIII		50	N. T. LVIII
	20	V. T. LIIII		51	N. T. XLVIII
II nou.	1	N. T. III		53	N. T. LXV
	2	N. T. IIII		54	N. T. LXXII
	3	N. T. V		55	N. T. LX
	4	N. T. VI		57	N. T. LXXX
	5	N. T. VII		60	N. T. LI
	7	N. T. XXVIII		61	N. T. LII
	8	N. T. XXVIIII		62	N. T. LXVII
	9	N. T. XVII		63	N. T. LXXXIII
	10	N. T. LV		64	N. T. XXXVIIII
	11	N. T. XLV	II mixt.	2	N. T. XXXII
	14	N. T. XLII		3	V. T. XLVII
	15	N. T. XVIIII		5	N. T. LXVI
	17	N. T. XXXIII		6	N. T. LXXIII
	19	N. T. LXII		7	V. T. XLI
	20	N. T. LXXXI		8	V. T. L
	24	N. T. XXIII		9	N. T. XCII
	26	N. T. LXXVIII		10	N. T. LVII
	27	N. T. LXVIIII		11	N. T. LXXXII
	29	N. T. XVIII			

QUAESTIONES
[SANCTI AUGUSTINI]
DE UETERI ET NOUO TESTAMENTO.

I huius recensionis = I recensionis quaestionum numero CXXVII.

II. ADUERSUM EOS QUI NEGANT AD DEUM ALIQUID PERTINERE.

1. Multis, quos saecularis ista caligo caecauit, plurimum displicemus, si solliciti dei praecepta seruemus, si occasiones delinquendi fugiamus, si bona omnia salutari studio implere conemur, si inlecebrarum uitiorumque blandimenta seductoria neglegamus, si nulla nos saeculari dulcedine capi patiamur, si sponte pro dei nomine cruciatus poenasque subeamus, si mortem ipsam uirtute spiritus contemnamus, illis nimirum, quibus omne quod geritur sensus iste mortalis nec laude nec uituperatione dignum esse persuasit. nolunt enim ad deum horum aliquid pertinere.

2. Nonnulli adeo scelera sua criminaque defendere cupientes: 'nihil', inquiunt, 'prodest, bene an male uiuas. neque enim ista nunc deo cura est, ut te diuersa pro instituto proprio morboque gerentem sollicite festinet aspicere et foedis aliquando tuis actibus oculos permiscere. uana sunt omnia, quae ut libitum fuerit celebrantur. is qui ad deum pertinet secretus est et remotus ab istis rebus humanis et ideo nec irascitur nec mouetur. nulla illi humanarum rerum, nulla nostri actus est contemplatio; totus rotati saeculi cursus et quaedam mundani orbis inexplicabilis uolutatio ita correptum rapit et proicit, ut stultus credatur quisquis se ad curam dei reuocari posse putarit. nec martyrum quidem probandus est animus,

1 INCIPIUNT QUĘDAM QUESTIONES SCĪ AUGUSTINI DE UETERI ET NOUO TESTAMENTO *D* incipiunt questiones noui et ueteris testamenti *K* *Titulorum indicem, quem exhibent codices, hic dare supersedemus, quippe qui concordent fere ad uerbum cum eis, qui siue infra siue supra singulis quaestionibus sunt praepositi* 24 tota (*corr.*) *D* 26 reuocare *a* 27 putarit *Engelbrecht* putaret *DKa*

qui deum suum, quem misericordem esse pronuntiant, effusione sui sanguinis aestimant delectari. nihil deo carum in nobis, nihil est odiosum; nulla mortis nostrae condicione, nulla sanitatis integritate laetatur nec quid ubi geratur scire desiderat, non quod inpossibile sit diuinae maiestati omnium fere quae gesta sunt uel geruntur habere notitiam, sed quod scire nolit miserias hominum uanitatesque mundanas. sic denique scriptum est: uanitas uanitantium, uniuersa uanitas.'

3. Quorum sententia desperatione firmata ut diuini sensus auctoritate dissoluitur, sic ipsorum sacro sermone uulgari, qui maximus habetur in usu, conuincitur expugnata. nam cum inter negotia diuersorumque contractus fides perfidiaque contendunt. ut testis diuinitas adhibetur, quae aliquando quid agamus scire negatur. 'testis est', inquiunt, 'deus: deus uideat, deus iudicet, deus faciat, deus reddat.' et cum ad necessitatem iuris iurandi uenitur et iurantis animus metuit, ne sibi aliquid obueniat peieranti, et iusiurandum exigit, reddi ei posse confidit, qui sibi male iurarit. et cum sanitas exoptata et bona ualitudo fuerit consecuta, diuinitati gratiae referuntur; et cum aliqua decidente materia casu proximus inlaesus euaserit, deus bonus dicitur praestitisse; et cum aduerso uentorum flatu commoti aequoris fluctus insurgunt et nauis undique caesa quassatur, nauigantium turbae ad caelum manus extendunt, deum supplici uoce deprecantur et exaudiri se et liberari posse confidunt. unde haec, si deo nulla nostri est cura et quod agimus ignorat?

4. Inanis est igitur ista persuasio: omnia deo sunt cognita. nullus sibi de inpunitate commissorum scelerum blandiatur. bonae uitae maximus fructus est, malae perpetua poena aeternusque cruciatus. igitur nobis, qui deum scire omnia credimus, qui deuote ad martyrium festinamus, inaestimabilis fructus per-

8 Ecle. 1, 2

2 deo *K* id *D* illi *a* 3 odiosum (u *in ras.*) *D* 5 maiestati diuinę *a* 8 uanitatum *a* 9 diuini sensus] dei iussus *a* 17 et *ante* reddi *add. a* 18 iurarit *scripsi* iuraret (*corr.* iurauit) *D* iurauerit *K* iurauit *a* 20 casu] auulsa *K* 23 uoce supplici *a* 25 et quod agimus] si quid agamus *a* 28 et aeterni *a* 29 omnia nosse *a*

petua uita praestabitur; impiis uero, qui deum crimina sua scelerumque nescire docuerunt arcana, ignis flamma consumens incendiumque semper indeficiens ministrabitur.

III—XII = II—XI
XIII = XXXV
XIIII—XXXVI = XII—XXXIIII

ret. 5) XXXVII. CUR DEUS DIXIT: 'NON PERMANEBIT SPIRITUS MEUS IN HOMINIBUS ISTIS, QUIA SUNT CARO, ET ERUNT ANNI ILLORUM CENTUM UIGINTI'?

1. Cum gigantes essent illis diebus super terram pestiferi et superbi, a magnitudinis statura elati, post desideria carnis euntes, nati apostatae, tunc, cum displiceret deo, promisit genus hominum diluuio deleturum et tempus statuit, ut, si quis forte audita ira dei et indignatione super hoc uellet se corrigere, haberet spatium emendandi se. denique centum annis arca hac ratione uidetur fabricata. ante arcae autem inchoationem uiginti anni fuisse perhibentur.

2. Sed narratio istud, quod postquam de numero annorum Noe dixit subiecit, obscurare uidetur. nam haec sententia, antequam quingentorum annorum esset Noe, dinoscitur lata. quid enim dicit? non permanebit spiritus meus in hominibus istis. propterea et subiecit, quia malitia increuit super terram: deleam hominem a facie terrae usque ad pecus, quod utique diluuio facto impletum est. nam et post diluuium multis annis homines uixisse meminimus et Aaron frater Moysi centum uiginti III annis uixisse memoratur. ipse autem Moyses ut centum

7 Gen. 6, 3 10 cf. Gen. 6, 4 12 cf. Gen. 6, 13 sqq. 15—17? 19 cf. Gen. 5, 31 20 cf. Gen. 6, 1 Gen. 6, 3 22 cf. Gen. 6, 5 Gen. 6, 7 25 cf. Num. 33, 39

1 scelera sua criminumque *a* 2 scelerumque] sceleraque (*corr.*) *D* 7 dicat *a* 8 et erunt *om. a* 9 uiginti] *add.* etc. *a* 10 *ante* cum ***habent*** cur (cum *K*) deus dixit non permanebit spiritus meus (*add.* et cetera *K*) *DK* 13 humanum *a* 14 ira dei audita *a* 20 quod *a* 22 delebo *a* 26 III *scripsi* tres *DKa* centum] *add.* et *a*

uiginti annos transire non posset, fecit quod deum in contradictione aquae non clarificauit. nam intraturus erat terram promissionis, si non obstitisset peccatum. uidetur enim quibusdam hoc dictum ad tempus Moysi pertinere, cum inueniatur Ioiadae sacerdos centum triginta annos uixisse.

(II uet. 6) XXXVIII. QUID CONTINEAT BENEDICTIO IACOB, QUAM DEDIT.

Non solum ex praesentibus causis futur[illegible] unius cuiusque tribus praedixit, sed et de futuris futura, quorum adhuc umbra non erat, in populo Iudaico significauit. quales enim futurae essent singulae tribus moribus, fide, disciplina, luxuria, petulantia, contemptu fidei, ut, cum de uno erant, non tamen unum seruarent, ostendit. aliqui enim profecerunt in melius, alii deteriorauerunt, alii permanserunt, ut per hoc non sibi praerogatiuam generis uindicarent, cum ab eo ipso praedictum esset quosdam ex his, qui utique ex eius essent origine, reprobos futuros, immo multos perituros, ita ut alii significarentur subintrare, qui ad eorum dedecus et damnationem insererentur in naturam, ex qua illi exciderunt. promiscuum ergo populum in omnibus tribubus futurum declarauit, qua uarietate tam boni sed pauci, quam mali sed multi intellegerentur. et quamuis sceptrum dederit Ioseph filio suo ad tempus, Iudam tamen praefecit omnibus, non quod omnes ex Iuda idonei essent futuri, sed quia saluator, qui uere rex est, ex ea tribu oriundus erat secundum carnem.

XXXVIIII = XLII

1 cf. Deut. 34, 7 cf. Num. 27, 14 5 cf. II Par. 24, 15 6 cf. Gen. 49, 2—27 24 cf. Matth. 1, 2. 3 et Apoc. 5, 5

1 deum] eum *DK* 2 in *ante* terram *add. a* 3 hoc quibusdam *a* 5 Ioiada *a* 6 continet *D* 7 dedit] *add.* filiis suis *a* 12 et tamen unum non *a* 22 filio suo Ioseph *a*

uet. 8) XL. NON FUIT ALIUD SIGNUM QUOD FIERET A MOYSE PALAM PHARAONI NISI SERPENS?

Qui hoc reprehensibile putat, dicat quid aliud fieri debueri t nam utique serpentem fecit, qui et terrorem incuteret, non tamen obesset, per id quod stupore quodam ad nocendum tardior est. si enim leonem fecisset aut ursum aut aliud tale, quo modo euaderent qui aderant? nec enim occidere uoluit quemquam, sed solum timorem ponere et ostendere uirtutem, ut, quia prima praeuaricatio per serpentem coepit, similiter et recordatio cognitionis dei et morum emendatio serpentis signo proueniret, ut, quo modo peccatum est, sic et emendaretur, sicut et per mulierem peccatum factum per mulierem sublatum est, Mariam scilicet matrem domini, ex qua Christus natus damnauit peccatum. Eua uirgo adhuc praeuaricauit, sicut et Maria uirgo erat. hoc ergo modo ad statum pristinum reuocata sunt quae perierant, quia et regnum per ligni gustum amissum erat et iterum per lignum quaesitum est. dominus enim, ait, regnauit a ligno. simili modo et mundus, in quo factus est, in eo et reformatus est, id est in principio mensis primi, quod est pascha. nulla ergo mala erit natura nisi sola praeuaricatio, quando peccatum per id emendatum est, per quod et admissum est.

ixt. 7) XLI. QUID EST QUOD IN PSALMO: 'HOMINES,' INQUIT, 'ET IUMENTA SALUOS FACIES' ET AD IONAM PROPHETAM: 'NON PARCAM,' AIT, 'CIUITATI IN QUA HABITANT CXX MILIA HOMINUM ET PECORA MULTA', CONTRA AUTEM APOSTOLUS: 'NUMQUID,' AIT, 'DE BOBUS CURA EST DEO?'

Quantum ad uerba pertinet, uidetur contrarium; si causa autem hominis et pecorum inspiciatur, manifestabitur esse non

1 cf. Ex. 7, 10 12 cf. Iren. III 22, 3 sq. V 19, 1 sq. 17 Ps. 95, 10 23 Ps. 35, 7 25 Ion. 4, 11 27 I Cor. 9, 9

3 debuit *Ka* 13 matrem scilicet *a* qua *Ka* quo *D* 17 est *om. K* 18 a ligno regnauit *K* 19 reformandus *a* 23 quod *om. K* 26 CXX milia] $\overline{\text{CXX}}$ *codd.* centum triginta milia *a* pecoru (*corr.*) *D* multa pecora *K* 29 pecoris *K*

dispar. omnium curam gerit deus quasi omnium opifex, sed non seruat pecora propter ipsa, sed propter homines seruat pecora, non homines propter pecora. itaque qui hominum curam gerit, custodit pecora, ut non illi cura sit de bobus, sed de hominibus. quae enim spes in pecoribus?

(II uet. 3) ## XLII. SI ADAM FACTUS A DEO ET ANIMATUS SPIRITUM SANCTUM ACCEPIT, QUIA SCRIPTUM EST: 'INSPIRAUIT DEUS IN FACIEM EIUS SPIRITUM UITAE'?

1. Non erat ordinis ut acciperet spiritum sanctum, quia hoc in posterum reseruatum est a deo, ut in nouissimis diebus, cum mysterium unius dei manifestatum est, daretur credentibus. a principio quidem praedicata est trinitas, sed quasi sub uelamine erat intellegentia eius. dei enim patris primum persona sine cunctatione et figura praedicata et manifestata est, quia ab ipso sunt omnia. filii autem eius, domini nostri Iesu Christi, et spiritus sancti personae non tacebantur, sed neque manifestabantur. denique de domino fit a perfidis quaestio et de spiritu sancto. quidam enim dementes spiritum sanctum ipsum patrem dicunt, sicut et Sabellius ipsum dicit patrem quem et filium. de dei autem patris persona nemo dubitat.

2. Cum ergo trinitatis fit manifestatio, tunc demum spiritus sanctus datur credentibus, ut et persona eius manifesta sit et accipientes illum signum habeant, quia filii dei sunt, per id quod spiritum dei, qui de deo utique est, habent in se. perfectionis enim significatio haec est, cum scitur et pater esse et filius et spiritus sanctus. haec perfectio hoc tribuit donum. adueniens enim filius dei et haec adaperiens ac manifestans plus aliquid debuit dare et dignum fuit tribuere perfectionem hanc credentibus, quia nec in filio nec in patre solo perfectio est uel salus, sed in nomine patris et filii et spiritus sancti. unde

7 Gen. 2, 7

2 seruat pecora *alt. om. K* 10 imposterum *a* 13 patris sine (sine *eras.*) *D* 20 deo *D* 22 manifesta *a* manifestata *DK quibus assentitur Engelbrecht* 23 sunt dei *a*

dicit Iohannes euangelista, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia autem et ueritas per Iesum Christum facta est.

3. Apertum est adueniente saluatore plenitudinem factam ueritatis. quae enim latebant et quod promissum est dum reuelatur et manifestatur, plenitudo fit ueritatis. tunc credentes accepto spiritu sancto fiunt filii dei. nam inspiratio, quae legitur facta a deo in Adam, animae traditio est. spiritus enim frequenter pro anima ponitur dicente euangelio inter cetera: et reuersus est, inquit, spiritus eius ad illam et in psalmo: spiritum, ait, contribulatum et cor contritum deus non spernit. frequenter tamen aliqui codices non sic habent: et inspirauit deus, sed: insufflauit deus in faciem eius spiritum uitae et factus est homo in animam uiuentem. non quia dixit: spiritum uitae, ideo spiritum sanctum significauit; nam et de animalibus ita ait: in quibus erat spiritus uitae. spiritus uitae dicitur, quia animat corpora ad uitam.

XLIII. XLIIII = XXXVI. XXXVII

117 XLV. 'IN SOLE,' INQUIT, 'POSUIT TABERNACULUM SUUM,' ID EST CORPUS SUUM, IN QUO HABITAUIT CHRISTUS, QUIA A PILATO FLAGELLIS CAESUS EST: QUO MODO ERGO IN PSALMO DE CHRISTO: 'FLAGELLUM NON APPROPINQUABIT TABERNACULO TUO', QUIPPE CUM TEMPLUM CORPUS SUUM DIXERIT?

Et filii hominis et dei filii corpus templum esse intellegitur. deus tamen, id est dei filius, quamuis in carne uenerit, in anima tamen habitauit. ergo tam anima quam corpus taber-

1 Ioh. 1, 16. 17 10 Luc. 8, 55 12 Ps. 50, 19 14 Gen. 2, 7 17 Gen. 7, 22 20 Ps. 18, 6 23 Ps. 90, 10 25 cf. Ioh. 2, 21

8 dicitur *a* 13 sic non *K* 14 et] quia *a* 18 qui *a* 22 qui *a* 23 ergo] ergo dicitur *K* ergo dicit *a* appropraeinquabit (*corr.*) *D* 28 anima *pr.*] animo *a*

naculum est filii dei, licet unus sit deus et homo filius dei et filius hominis. ergo ex hac parte flagellum non appropinquasse dicitur tabernaculo eius, id est, anima eius, in qua habitat diuinitas eius, inmunis fuit a poena inferni uel principum eius. ne, quia hic quasi peccator, cum sit innocens, crucifixus est et passa est caro aliquid maestitiae, apud inferos anima eius putaretur, ostendit scriptura non potuisse animam eius turbari apud inferos, quia ad hoc descendit, hoc est pati se permisit, ut confunderet tenebras et principes earum remitteret hebetes. unde et ipse dominus ait: tristis est anima mea usque ad mortem. permissa est enim, quod naturae suae erat, ut tristaretur, tropaea protinus referens et spolia eorum, a quibus contristata fuerat usque ad mortem, post mortem iam in aeterno gaudio constituta. potest et de toto homine intellegi, quia qui peccatum nesciit a lege flagellari non potuit.

(II uet. 4) XLVI. CUR ADAM IN MUNDO POSITUS MANDATUM ACCEPIT UEL LEGEM, CUM IPSE DOMINIUM CETERORUM HABERET?

Quamuis dominus in mundo positus sit Adam, tamen quia non utique ex se, sed a deo accepit, debuit huius rei significationem ex lege accipere, ut ipse, qui dominus uidetur, per legem ei subiectus esset, qui illi hanc dederat potestatem, ut auctoritas creatoris reuerentiam illi faceret per legem, ne dominatio tanta extolleret illum et inmemor fieret dei conditoris sui.

2 cf. Ps. 90, 10 4 cf. Apoc. 6, 8 etc. 8 cf. Luc. 16, 22 et Act. 2, 27. 31 10 Matth. 26, 38

3 animę *D* 6 apud inferos anima eius] passa esse apud inferos anima *K* apud inferos anima eius passa *a* 6 anima eius] *scil.* passa esse 12 trophęum *a* 17 uel legem accepit *Ka* 19 in mundo dominus *a*. 20 id *ante* accepit *add. a* 22 subiectus ei *a*

rint. 3) XLVII. UETUS LEX DEUM IURASSE ALLEGAT — SIC ENIM DICIT: 'PER MEMET IPSUM IURAUI, DICIT DOMINUS' —, SALUATOR AUTEM IURARE PROHIBUIT: QUO MODO NON DESTRUXIT UETERA?

Antequam notitia dei esset in terris, non aliter oportuit prouocare homines ad spem inauditam, quam iure iurando promissio illis fieret, ab eo utique quem non, ut dignum erat, sciebant. adubi autem coepit sciri, non utique iurare oportuit, quem mentiri fas non esset arbitrari. ideo ergo dominus nec seruos iam iurare praecepit, sed tales se instituere, ut sermonibus illorum fides habeatur. sacramentum enim iuris iurandi aut perfidia exigit aut fallacia inconstantis, ut, quia fallere homines solent, timore forte dei reuereantur; aut certe satis erit et qui fallitur, quia ex hoc offensam adquirit.

et. 12) XLVIII. CUR IN LEGE ETIAM IPSI AARON DICTUM SIT, UT PRO PECCATIS SUIS HOLOCAUSTA OFFERRET, CUM DICAT DAUID: 'PRO DELICTIS HOLOCAUSTUM NON POSTULASTI' ET IN SUBIECTIS: 'HOLOCAUSTIS NON DELECTABERIS'. QUO MODO OFFERRI PRAECEPIT, QUO NON DELECTATUR?

Manifestum est holocaustis deum non delectari, sed pro satisfactione peccati gemitu et dolore cordis ueniam posse mereri. sacrificium autem testimonium peccati uoluit esse, ut se peccator per oblationem sacrificii confiteretur peccasse. remissio autem quo modo obtineretur, ipse alio loco ostendit dicens: frange esurienti panem tuum; si uideris nudum, uesti et domesticos seminis tui non despicies, aut

2 Gen. 22, 16 3 cf. Matth. 5, 34 15 cf. Leu. 3, 2 etc. 17 Ps. 39, 7 18 Ps. 50, 18 26 Esai. 58, 7

1 sicut *K* 2 per memet ipsum iuraui dicit *om. D* 3 autem *om. a* iurasse *a* 7 eo] illo *K* quem *om.* (*add. s. l.*) *D* 8 adubi *scripsi* at ubi *DKa* 9 ideoque *a* 12 exegit *Da* 14 et] ei (i *in ras.*) *K* et (*scil.* timore eius) qui 15 sit] est *Ka* 27 non] ne *a*

certe: cor contritum et humiliatum deus non spernit. primum ergo confitendum delictum monuit, deinde quo modo ignosci possit ostendit. nam numquam pro manifesto delicto sacrificium mandauit, sed pro ignoratis, quia etiam cum nescit homo peccat et, cum se putat recte agere, intentione quadam delinquit. tale peccatum dixit per sacrificium posse purgari.

(II uet. 18) XLVIIII. CUR SALOMON SPIRITUM SAPIENTIAE HABUIT, CUM UITAM MUNDAM NON HABUIT? UALDE ENIM MULIERIBUS DELECTABATUR AC PER HOC PECCABAT.

Primum merito suo accepit spiritum prudentiae, postea uero quam mulieribus nimium coepit uti et per hoc peccare, si habuit spiritum sapientiae, regni merito habuit, sicut et Nabuchodonosor merito regni in camino Christum uidit.

(II mixt. 8) L. IN TOBIA: 'OPERA,' INQUIT, 'DEI REUELARE ET CONFITERI HONORIFICUM EST'; SALUATOR AUTEM OPUS DEI FACIENS: 'NULLI', AIT, 'DIXERIS'.

Non saluator opera dei celare debere dixit — nam alio loco: uade, inquit, et narra quanta tibi fecerit deus —, sed illorum testimonium refutauit aliquando et iactantiam pressit, ne uideretur, quod prudentibus absurdum est, ipse sibi ut seductor testimonium perhibere.

(II uet. 10) LI. UT QUID CIRCUMCISIO ET PRAECEPTA DATA SUNT POPULO, QUAE PRIUS NON ERANT NEQUE NUNC IN AUCTORITATE HABENTUR?

Circumcisio signum est fidei Abrahae, ut, cum in filiis eius hoc signum uideretur, scirentur eius filii esse, qui deo credens hoc signum acceperat; praecepta autem sabbatorum et prae-

1 Ps. 50, 19 7 cf. III Reg. 3, 12 9 cf. ibid. 11, 1—3 12 cf. Dan. 3, 92 14 Tob. 12, 7 16 Marc. 1, 44 18 Luc. 8, 39 20 cf. Luc. 4, 6 25 cf. Gen. 17, 23—27

13 regni merito *a* 17 celari *mauult Engelbrecht* 18 fecit tibi *K* 20 absurdum est prudentibus *K* 23 erat *a* 24 habetur *a* 27 acceperit *a*

teritorum testimonio data sunt et futurorum quae haberent figuram. futuri enim sabbati, quod in aeternis dabit requiem, figura est hoc sabbatum, quod in hebdomadam impletam factum est; escarum autem lex non in primordio legis data est, sed cum duce perfidia dei uerbis et promissis fidem nollent dare, ad duritiam cordis sui acceperunt praecepta non bona, sicut dicit propheta Hieremias. id enim actum est, ut ceruix eorum premeretur ad profectum illorum — superbis enim hominibus et contumacibus non debuit tota creatura subici —, postea autem misericordia dei ueniente reddita est libertas edendi. unde dicit Petrus apostolus: quid inponitis iugum super ceruicem fratrum, quod neque nos neque patres nostri potuimus portare?

LII. LIII = XXXVIII. XXXVIIII

(120) LIIII. IN SAPIENTIA: 'QUI CREAUIT,' INQUIT, 'ORBEM EX MATERIA INUISA' ET CONTRA: 'QUIA EX NIHILO FACTI SUMUS.'

Deum simul confusas substantias creasse scripturarum sensus declarat. permixtis utique tenebris hanc confusionem rerum, id est aera, aquam, terram tenebrosam, materiam dixit inuisam, sicut in Genesi legitur: terra autem erat, inquit, inuisibilis et inconposita. ex hac ergo confusione creauit orbem instituto firmamento, ut intra ipsum aquis congregatis in unum habitatio fieret generi humano. distinctis enim et discretis substantiis in concauo domum habitabilem fecit.

LV. LVI = XL. XLI

6 Ezech. 20, 25 11 Act. 15, 10 15 Sap. 11, 18 16 Sap. 2, 2 21 Gen. 1, 2

3 impletum *a* 4 in *om. a* 5 dei] de *a* 13 portare potuimus *a* 18 dm̄ *sed rubricator postea erauit* Q *pro* d *scribens in D* 19 permixtus *a* in *ante* hanc *add. D* 20 aera aquam *K* aera. Quam *D* aera ignem aquam *a* tenebras *a* 21 erat *om. a*

QUAESTIONES DE NOUO TESTAMENTO.

I = XLVIII

II = LXXXVII

(II nou. 1) III. CUR FACTA ET DICTA DOMINICA QUATTUOR UOLUMINIBUS ET A QUATTUOR SCRIPTORIBUS SUNT IN SCRIPTURAM DIGESTA?

Congruum fuit annum domini acceptabilem, sicut dicit propheta, a quattuor uoluminibus uelut quattuor uicibus contineri. sicut enim annus quattuor temporibus euoluitur ita ut inuicem sui egeant, ita et gesta et dicta domini quattuor libris definita sunt, ita ut alter alterius indigeat; simul autem plenitudine perfecta sunt. ut autem a quattuor scriptoribus ordinarentur, haec fuit causa, ut, quia temporum diuersa sunt nomina, euangeliorum quoque essent diuersa uocabula. et si qua uidentur in uerbis contraria, sensu tamen non discrepant per interpretationem aptam causae, sicut tempora, cum uideantur utique diuersa nomine, aere et cursu siderum, in effectu tamen eorum quae gignuntur non discrepant.

(II nou. 2) IIII. QUONIAM CONSTAT QUATTUOR LIBROS RITE CONSCRIPTOS GESTORUM ET DICTORUM DOMINI, SCIENDUM QUIS EORUM ORDO SIT.

Euangelium ordinatione colligitur magis quam tempore. Matheus ergo primus ponendus est, quia ab ipsa promissione sumpsit initium, id est ab Abraham, cui facta promissio est

7 cf. Esai. 61, 2 24 cf. Matth. 1, 1 (cf. Gen. 12, 3. 18, 18)

1 QUAESTIONES] INCIPIUNT CAPITULA *D* Incipit liber questionum noui testamenti *K* 5 et *om. a* a *om. L* in script. digesta] conscripta (*corr.* inscripta) *L* 7 domini] dm̄ *L* dixit *a* 8 ueluti *a* uocibus *L* 9 uoluitur (*corr. m2*) *L* 11 plenitudo perfecta sit *L* 13 fuit] fecit *L* 14 in uerbis uidentur *L* 15 contrario *L* 19 constat *om. L* rite] constat rite (*corr. m2* rite constat) *L* 21 ordo eorum *Ka* 22 euangeliorum ordinatio *L* magis] *add.* re *L* 23 mateus *L* 24 promissio est facta *L*

incarnationis domini nostri Iesu Christi. post hunc Lucas, quia incarnationem hanc quo modo facta est narrat. tertius Marcus, qui euangelium, quod praedicatum est a Christo, testatur in lege promissum. quartus autem Iohannes, quia hunc, qui promissus est Abrahae incarnandus et a Luca quem ad modum incarnatus est dictum est et a Marco euangelium eius iuxta Esaiae prophetiam praedicatum ostensum est, aperta uoce ostendit deum dicens: in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum.

V. QUARE MATHEUS EUANGELIUM CHRISTI DESCRIBENS DICIT: 'LIBER GENERATIONIS IESU CHRISTI FILII DAUID', CUM PRIOR SIT ABRAHAM?

Propterea sic coepit, ut prius de ipso diceret a promissione incarnationis eius genealogiam describens, sicut dicit apostolus: quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem. ideo dixit: liber generationis, quia ex multis et diuersis incarnatio Christi consistit, ut, quia ex uno diuersi esse coeperunt, de omnibus corpulentiam traheret, de Iudaeis et gentibus et de dignis et indignis, quia Ruth Moabitida fuit et Bethsabee ex moecha facta est uxor, ut omnium carnem ad se trahens ad unitatem illos genuinam reuocaret. idcirco autem: Iesu Christi filii Dauid ait, cum prior sit Abraham, quia specialiter Christus dicitur filius Dauid propter regnum, ut, sicut deus de deo, ita et rex de rege ortum caperet iuxta carnem. sic enim dictum est ad Dauid: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam.

7 cf. Marc. 1, 2 8 Ioh. 1, 1 11. 16. 21 Matth. 1, 1 15 Rom. 9, 5 19 cf. Ruth 2, 2 cf. II Reg. 11, 3. 27 25 Ps. 131, 11

2 quia] qui et *L* est] sit *L* 3 a Christo est *L* 5 prom. est Abr.] primus a matheo *L* 7 Esaiae prophetiam] prophetae *K* Esaiam Prophetam *a* ipse *ante* aperta *add. L* 8 dñm *L* 11 dixerit *L* 15 et *om. L* 18 et *alt. om. L* 19 Bersabeę *a* 20 uxor est *La* 21 geminam *a* genuiam *L* autem *om. a* 22 ait filii Dauid *L* filii ait Dauid *a* 24 et *om.* (*add. s. l.*) *L* 25 sicut *a* ad Dauid *om. L*

(II nou. 4) VI. QUID EST UT GENERATIONES OMNES IN TRES PARTES DIUIDERET SUPRA DICTUS MATHEUS APOSTOLUS?

Causae faciunt diuisiones et tempora; idcirco ab Abraham usque ad Dauid distinxit. prima enim pars causae ab Abraham usque ad Dauid est, quia Abraham pater fidei est et Dauid pater regni — Saul enim indignus effectus se ipsum regno priuauit —; a Dauid uero usque ad transmigrationem alia pars causae, in qua regnum amiserunt facti reprobi Iudaei; post transmigrationem autem Babylonis usque ad Christum tertia pars lamentationis et miseriae, captiuitatis et dispersionis illorum, quia, quamuis post transmigrationem Babylonis et septuaginta annorum tempus, quando a Cyro dimissi reuersi sunt ad sua, numquam tamen pausam uel requiem habuerunt. neque enim postea Iudaea regnare potuit, sed solliciti semper et peruagantes fuerunt. nam utique tempore natiuitatis Christi captiui fuerunt dicentes: nos non habemus regem nisi Caesarem. hac ergo causa Matheus tres gradus fecit generationis, ut et meritorum et causarum mutationes ostenderet a promissione facta usque ad Christum, anni autem tempora usque ad finem in unam gratiam permanere.

(II nou. 5) VII. QUARE, CUM QUADRAGINTA ET UNA SINT GENERATIONES, EUANGELISTA QUADRAGINTA ET DUAS NUMERASSE UIDETUR? TER ENIM QUATTUORDECIM QUID FACIUNT NISI QUADRAGINTA DUAS?

Secundum numerum quadraginta et una generationes numerantur, iuxta rationem autem quadraginta et duae probantur.

2 cf. Matth. 1, 17 16 Ioh. 19, 15 23 cf. Matth. 1, 17

1 tres] IIII *L* 2 diuiserit *L* clauderet *D* Matheus apostolus] euangelista *L* 6 indignus] reprobus *L* 10 eorum *L* 11 quamuis *om.* *L* 12 ciro *L* reuersi] reuerti iussi *L* 14 sed—fuerunt *pr. om.* *L* 15 fuerunt *alt.*] fuerant *L* 17 generationum *L* ut et] et ut *L* ut etiam *a* 19 anni] a Christi *L* tempore *L* in *om.* *L* 23 uideatur *L* 26 autem] uero *L*

Iechonias autem in transmigratione genitus est, id est rex factus, sicut continetur in Paralipomenon, finem fecit secundae parti et, quia post transmigrationem remansit in regno permittente rege Nabuchodonosor, ab ipso incipit tertia pars, quae uenit usque ad Christum. ideoque bis conputatur, ut et concludat secundam partem et initiet tertiam Iechonias. sic enim habet: et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. usque ad istum autem Salathiel regnauerunt qui sunt ex Iuda, sed quorum ex radice nascitur Ioseph. nam Iechonias primum filium habuit Asyr nomine, sed quoniam Ioseph per radicem Salathiel originem trahit, praetermisso Asyr Salathiel Iechoniae patri suo subiunctus est, ut ueniretur ad Ioseph, cui erat desponsata uirgo Maria. nam et post Iosiam Iechonias sequitur, sed quia per Ioachim patrem Iechoniae uenitur ad Ioseph, praetermisso eo, id est Ioachim, Iechoniam posuit, ut numerum quattuordecim generationum non egrederetur, et quia post Iechoniam Salathiel et filius eius, per quem oritur Ioseph.

VIII = LXXXV
VIIII = XLVIIII
X = L
XI = LIIII
XII = LII
XIII = LI
XIIII = LIII
XV. XVI = LV. LVI

1 cf. I Par. 3, 16 7 Matth. 1, 12 8 cf. Hier. 22, 30 10 cf. I Par. 3, 17 13 cf. Matth. 1, 16 14 cf. I Par. 3, 16

1 autem] enim *L* transmigrationem *L* genitus est id est *Da* genitus et *K* genitus post transmigrationem autem *L* 2 secundae parti et] Set unde pertinet *L* 3 permansit *L* nabuchodonosor rege permittente *L* 6 secundum *a* iniciat *D* Iechonias *om. K* habetur *L* 8 salathiel *L* (*semper*) autem] enim *L* 9 sed *D* et *L* • *K* scilicet *a* traduce *L* (*cf. l. 11*) nam—Maria (*13*) *om. K* 10 Assur *a* asir *L* 11 traducem *L* 12 aser *L* suo *om. L* 13 Iosiam] *add.* non *L* 14 quia] qui a iosia *L* 17 yeconiam *K* et *alt.*] est *L* eius] *add.* secundus *L*

(II nou. 9) XVII. UT QUID SALUATOR POST BAPTISMUM XL DIEBUS IEIUNAUIT ET POSTEA ESURIIT? QUI ENIM XL DIEBUS IEIUNAUIT, POTUIT IAM NON ESURIRE?

1. Scriptum est: fili, accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et timore et praepara animum tuum ad temptationem. ideoque saluator, ut formam nobis daret, ieiunauit, ut simili modo nos quoque ieiuniis insistentes omnem motum diaboli contra nos oppositum dei auxilio superemus scientes exemplo saluatoris tunc magis insidias aduersarii cauendas, cum ad dei timorem accedimus. dolet enim quod recesserimus ab illo; ideo plus saeuit aduersum nos. hoc nobis gessit saluator, non sibi.

2. Similiter et quod esuriit, non sua causa, sed nostra est. ieiuniis enim cum superatae fuissent temptationes diaboli, quae ideo scriptae non sunt, quia ad profectum non pertinent, postea, id est post quadraginta dies, permisit se famem pati, ut — quod hominis erat — pateretur famem, ut uidens diabolus, qui iam fuerat superatus, infirmitatem in eo famis incitaretur rursum ad temptandum, uidens hominem esse, a quo uincebatur.

3. Hoc enim fuit mysterium saluatoris, ut, quia homini uicto insultabat et dominabatur, ab homine uinceretur, ut dei uirtus homini uictoriam adquireret. sic magis uilis effectus est satanas, cum et hominem cernit et uirtutem non hominis intellegit. mirabatur enim stupore hebetatus quod mysterium inesset quod se lateret, ut potestas esset accedendi, circumueniendi non esset. duabus enim ex causis torquebatur. uidens enim infirmitatem accedebat et inueniebat uirtutem, ut cernens hominem suspectus esset de dei uirtute. ad hoc ergo esuriit, ut inluderet astutiam satanae. idcirco autem non amplius ieiunauit, ut concordaret Moysi et Heliae.

2 cf. Matth. 4, 2 4 Eccli. 2, 1 30 cf. Ex. 24, 18. III Reg. 19, 8

1 quadraginta *a* 2 et postea—ieiunauit *om. K* et *om. a* quadraginta *a* 5 animam tuam *Ka* 15 profectum] *add.* doctrinae *a* 16 se famem pati *om. a* 17 ut *alt. om. a* 18 qui] *add.* ut *a* infirmitate *Da* 22 magis] malus *K* 30 Helye *a*

a. 29) XVIII. SI 'LEX ET PROPHETAE USQUE AD IOHANNEM,' EX QUO REGNUM CAELORUM PRAEDICATUM EST — IPSE EST ENIM INCHOATOR NOUAE PRAEDICATIONIS —, CUR BAPTISMUM EIUS CESSAUIT?

Baptismum Iohannis coeptum non cessauit, sed additum est ei quod deerat. Iohannes enim tantum baptizauit, non spiritum sanctum credentibus dedit, sicut et ipse dicit de saluatore: ego quidem baptizo uos in aqua in paenitentiam, ipse autem uos baptizabit in spiritu sancto. hoc est quod dicit: 'per me remissio peccatorum, non tamen datur spiritus sanctus, ut purificati filii dicantur; hoc enim saluatori reseruatum est, utpote domino, ut filii dei non fierent, nisi accepto a filio dei spiritu sancto'. effectus ergo baptismi Iohannis, quod tacite operabatur sine interrogatione, non tamen sine saluatoris mentione, ut firmum esset quod agebat, trinitatis est donum, quod dignatio saluatoris ostendit dans formam trium nominum, quae a primordio sub unius dei nomine uel persona unum opus et indifferens operata sunt. interpretatio ergo accessit ad baptismum Iohannis cum significatione latentis dudum mysterii; accessit et amplius donum, ut baptizati accepto spiritu sancto sint filii dei. amplificatum ergo est, non euacuatum.

a. 15) XVIIII. QUARE 'LEX ET PROPHETAE USQUE AD IOHANNEM' RECTE CESSASSE DICUNTUR? QUIA IAM DE QUO PROPHETABANT ADUENIT. QUARE 'LEX USQUE AD IOHANNEM,' CUM APOSTOLUS DICAT LEGI NOS SUBIECTOS ESSE DEBERE? 'QUAE AUTEM', INQUIT, 'SUNT, A DEO ORDINATAE SUNT.'

Legis quidem unum nomen est, sed tripertitam habet intellegentiam. prima enim pars legis de deo est; si enim lex a

1. 22 Matth. 11, 13. Luc. 16, 16 8 Matth. 3, 11 16 cf. Matth. 28, 19 26 Rom. 13, 1

7 de saluatore dicit *a* 8 quidem *om. a* poenitentia *DK* 22 Iohannem] *add.* et post *a* 25 subditos debere esse *a* 26 inquiunt *D* 27 ordinata *Ka* 29 sic *a*

lectione dicta est, ut de multis quid eligas scias, inter errores ergo positi acceperunt ut eligant uerum, id est reprobato diabolo eligant deum. secunda autem legis pars haec est, quae sex praeceptis continetur, quae sic incipit: honora patrem et matrem. tertia uero in neomeniis et in sabbato est et in escis discernendis ac eligendis et in circumcisione et in hostiis pecudum offerendis. hanc itaque legem dicit usque ad Iohannem, non ultra seruandam. sic enim data est, ut completo tempore cessaret. nec enim fuit ab initio, sed ex causa data ad tempus est, ut adueniente saluatore cessaret lex. ergo de deo manet tam lex praeceptorum quam natura eius, quae sine dubio ab ipso est et aboleri non potest. per ipsam enim proficitur ad promissum praemium. timor enim sollicitudinem parit.

XX = LXVIIII
XXI = LX

(II nou. 31) XXII. SABBATUM CERTE LEX EST UEL PARS LEGIS: QUO MODO ERGO NON EUACUATA LEX EST, QUANDO SABBATUM SOLUTUM EST DICENTE EUANGELISTA: 'QUIA NON SOLUM SOLUEBAT SABBATUM' ET RELIQUA?

Soluit sane sabbatum saluator, sed sine praeiudicio dati sabbati. dum enim sabbati iam tempus cessaret, Iudaei autem sabbatum adhuc manere assererent, saluator sabbatis operans et infirmo lectum suum sabbatis portare praecipiens secundum sensum Iudaeorum sabbatum soluebat. nam iuxta ueri fidem quo modo tale est si dicatur quod iam cessauerat, quale est si dicatur de aliquo, qui expraefectus dicendus est et iniuriam passus sit, quia praefectura iniuriam passa est, non ergo sabbatum solutum est, sed homines, qui inprudenter sabbati

4 Ex. 20, 12. Deut. 5, 16 19 Ioh. 5, 18 22 cf Ioh. 5, 10 etc. Matth. 12, 2 etc. 23 cf. Matth. 9, 6 etc.

4 se ex *D* lex *a* 11 ab ipso est et] est ab ipso *a* 12 ipsam] ipsum *a* 17 quando—est *om. a* 19 et reliqua] sed et patrem suum dicebat deum *a* 25 quo modo *om. a* 27 sit] fuerit *a* 28 impudenter *a*

auctoritatem uindicabant, delusi sunt, cum iam sabbato successisset noua lex.

1. 24) XXIII. CUR SALUATOR DISCIPULOS SUOS FILIOS TONITRUI APPELLAUIT, QUI PLUS MAGIS UIDEANTUR FILII DEI DICI? TONITRUA ENIM DICUNTUR COLLISIONE NUBIUM FIERI.

Quoniam tonitrua terrorem incutiunt, hac causa filios tonitrui dominus discipulos appellauit, quasi eius filios, qui timendus sit. quamuis enim tonitrua collisione nubium fiant, uoluntate tamen dei fiunt et sunt terribilia.

XXIIII = LVIIII
XXV = LXI
XXVI = LXIII
XXVII = LXII

a 7) XXVIII. MANIFESTUM QUIA NATUS SALUATOR DEI FILIUS ET CHRISTUS APPELLATUS EST: CUR ERGO POST BAPTISMUM ACCESSIT AD EUM TEMPTATOR DICENS: 'SI FILIUS DEI ES' ET RELIQUA?

Sic natus saluator ex uirgine est, ut et Christus esset et dei filius, non factura, sed ortu. adhuc autem in minori aetate potentiam suam euacuans, hoc est a potestate sua dissimulans, inpudentiam diaboli non prouocauit. baptizatus autem descendente in se spiritu sancto, cum apparuisset hominibus testimonio dei patris qui esset, aemulatione zeli ductus est inimicus ad inuidiam uidens hoc factum sibi obesse; intellexit enim ordinationem baptismatis ad salutem hominum procuratam. ideoque accedit ad saluatorem huius rei principem, non ut approbet, sed ut locum inueniat euertendi. temptatio enim aliquando ad probationem fit, aliquando subdole ad subuersi-

4 cf. Marc. 3, 17 15 cf. Marc. 1, 1 18 Matth. 4, 3

4 uideantur filii] uideatur filios *D* uidentur filii *K* 8 deus *K om. a* 18 et reliqua] etc. *a* 20 filius dei *a* 24 qui esset *om. Ka* 25 iniuriam *a* 29 sub dolo *a*

enem. arbitratus est enim quasi saluatori elicuisset secundum dolum uoluntatis suae responsum, ut regnum suum totum haberet, securus quod duce saluatoris doctrinae subiecto nemo mortem eius euaderet.

(II nou. 8) XXVIIII. CUR SALUATOR TEMPTANTI SE DIABOLO NON ALITER QUAM EXEMPLIS LEGIS RESTITIT?

Saluator non solum diabolo temptanti respondit, sed et Iudaeis, per quos crudelitatis suae impietatem egit in saluatorem. praescius enim Iudaeos se inimicum legis dicturos patris eorum inpudentiam [diaboli] testimoniis legis conpressit, ut patrem in filios et filios in patrem condemnaret.

XXX. XXXI = LVII. LVIII

(II mixt. 2) XXXII. EUANGELIUM TESTATUR QUIA 'NEMO UIDIT DEUM': CONTRA IACOB ET MOYSES ET ESAIAS ASSERUNT DEUM SE UIDISSE. SED DICIT QUIS: 'PATREM NEMO UIDIT'. QUID AD REM? SI FILIUS UISUS EST. UISUS EST ET PATER, QUIPPE CUM PATER ET FILIUS UTERQUE UNUS SIT DEUS ET IN SUBSTANTIA ET IN IMAGINE, QUIA DUORUM UNA IMAGO EST ET, SICUT IPSE DICIT: 'QUI ME UIDET, UIDET ET PATREM.' QUO MODO ERGO NEMO UIDIT PATREM DEUM, CUM FILIUS DICAT UIDERI PATREM, CUM IPSE UIDETUR, QUIA NEQUE ALTER DEUS? SI ERGO ALTER NON EST, IPSE IDEM, QUIA UNUS EST, UISUS EST DEUS.

Quantum ad euangelistam pertinet, de patre deo hoc dixit, quia nemo uidit deum, nisi filius unigenitus, qui est

6 cf. Matth. 4, 4. 7. 10 10 cf. Ioh. 8, 44 13 Ioh. 1, 18 15 cf. Gen. 32, 30 (31) Ex. 24, 17. 18 Esai. 6, 1 15 cf. Ioh. 6, 46 20 Ioh. 14, 9 26 Ioh. 1, 18

6 resistit *a* 10 patres *DK* frontes *Km2 s. l.* eorum] *add.* et *DK* inprudentiam *D* diaboli *uncinis inclusi* 15 se deum *K* 17 et pater est *Ka* 18 sit unus *Ka* 19 una *om. a* 20 ipse] filius *K* 21 deum patrem uidit *K*

in sinu patris, ipse enarrauit. credamus filio; ipse enarrauit enim quia nemo, nisi ipse, uidit deum. hoc autem ideo dixit, ut doceret se semper apparuisse patriarchis et prophetis. non ergo hoc ad unum deum pertinet, sed ad personam patris, de quo non potest aliter dici quam deus pater. filius autem sic se uisum dicit, ut inuisibilis sit tamen in eo ipso, cum uideri putatur. uisus enim hic intellectus est, quia non utique oculis uisus est, sed mente intellectus, et hoc fuit uidisse intellexisse, in eo quod apparuit ibi inesse deum. cum autem dicit saluator: qui me uidet, uidet et patrem, non utique ad oculorum uisum hoc retulit, sed ad mentis, et ut nihil inter patrem et filium diuersum esse putaretur. neuter ergo eorum uisus est iuxta substantiam; circumapparentia autem solus filius uisus est mente, non carnalibus oculis, quia inuisibilis est sicut pater.

(n. 17) XXXIII. QUID EST UT SALUATOR MULIERI ALIENIGENAE, ID EST CHANANAEAE, INTER INITIA MISERICORDIAM DENEGARET, CUM ET CENTURIONI ALIENIGENAE ET LEPROSO, QUEM IPSE IESUS ALIENIGENAM DIXIT, BENEFICIUM IMPERTIENDAE SALUTIS NON NEGAUERIT?

Dignum factum saluatoris ipsa causa designat. absurdum enim erat et ad iniuriam promissionis patrum proficiebat, si mulier, quae Iudaeorum deum confessa non fuerat, acciperet beneficium promissum genti confitenti deum. ideo inter initium negatum est illi. adubi autem ceruice flexa saluatoris uerbis fidem non negauit, sed confessa est Iudaeos credentes esse

10 Ioh. 14, 9 17 cf. Matth. 15, 24 18 cf. Luc. 7, 10 19 cf. Luc. 17, 14. 18

5 dici aliter *a* 7 utique non *K* 8 et] sed *K* 9 quod in eo *K* ibi] sibi *K* 10 uidit uidit *a* 11 hoc *om. K* 12 eorum *om. K* 13 circum apparentia *D* 15 sicut] *add.* et *K* 24 non confessa *a* 25 inter initium ideo *a* 26 negatus *D* negatum *K* (m *in ras.*) adubi *scripsi* at ubi *DKa*

filios, gentes autem canes uel seruos, per quod iunxit se fidei dominicae, quia serui dominum indicant et dominus non est sine seruis, unitas facta est subiecti et subicientis. hinc est unde meruit consequi quod precata est. centurio autem, qui beneficium a saluatore incunctanter accepit, olim se dei rebus infecerat. denique dicunt maiores Iudaeorum ad dominum: dignus est ut praestes illi; diligit enim gentem nostram et synagogam ipse aedificauit nobis. leprosum uero 'alienigenam' dixit dominus, non fide, sed natione. erat enim Samaritanus, quos constat ex origine esse Babyloniorum. et hic tamen non sine confessione consecutus est beneficium, quia dictum erat discipulis a domino: in uiam gentium ne abieritis et in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues, quae perierunt domus Israhel; hoc est, ut non prius praedicaretur Samaritanis et gentibus quam Iudaeis, quorum fuerat promissio haec. adubi autem coeperunt Iudaei repudiare fidem Christi, tunc et Samaritanae se obtulit saluator et post crucem centurioni Cornelio; a Chananaea autem requisitus suscepit eam, quia adhuc non erat tempus, ut offerretur illi salus.

XXXIIII. XXXV = LXIIII. LXV
XXXVI = LXVII
XXXVII = LXVI
XXXVIII = LXVIII

7 Luc. 7, 4. 5 9 cf. Luc. 17, 18 12 Matth. 10, 5. 6 18 cf. Act. 10, 44

2 indicant *a* iudicant *DK* 5 incunctanter *om. a* 7 dignum *D* dignus *K* (s *in ras.*) 13 ciuitatem *a cum codd. bibl. kg*, ciuitates *DK* 16 adubi autem *scripsi, cf. Study of Ambst. p. 71* at ubi *D* at ergo ubi *K* at ubi ergo *a* 17 Iud. coep. *a* 18 a *om. a* 19 Chananaeę *a* non erat adhuc *a* 20 illi] *om. K* illis *a*

(64) XXXVIIII. PETRUS APOSTOLUS DICIT: 'CHRISTUS MORTUUS EST PRO NOBIS', PAULUS UERO APOSTOLUS ASSERIT, QUIA ET PRO SE MORTUUS EST: 'FACTUS,' INQUIT, 'OBOEDIENS USQUE AD MORTEM; PROPTER QUOD DONAUIT ILLI DEUS NOMEN, QUOD EST SUPER OMNE NOMEN.' QUOD SI ITA EST, INPERFECTUS UIDEBITUR FUISSE, QUI PER OPERA SUA FECIT AUGMENTUM.

Filium dei perfectum natum esse de deo nemo fidelium ambigit. omnia enim diuinitatis paternae accepit nascendo de deo patre. tunc ergo accepit nomen, quod est super omne nomen, id est ut hoc dicatur quod pater, deus. nam nihil apud eum futurum dicitur; omnia enim ante se habet. ideo ad haec omnia creanda et restauranda natus est. nam utique ordo et ratio hoc habet, ut paterno nomini omne genu flectatur. hoc pater donauit filio propter ea, quae erat acturus; donauit autem quando genuit. sic enim illum genuit, ut in eodem honore esset, quo ipse pater est.

XL. XLI = LXXII. LXXIII

(14) XLII. IOHANNES AD DOMINUM: 'TU ES, QUI UENTURUS ES, AN ALIUM EXPECTAMUS?'

Sub sua persona discipulorum suorum agit causam. nec enim Iohannes dubitabat, qui dixerat: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi, sed, ut discipulis suis satis faceret, mittit illos suis uerbis, ut saluatoris ore firmaret, quod ipse de illo docebat, ut post excessum suum sine dubitatione aliqua discipuli sui Christum sequerentur.

1 I Petr. 2, 21 3 Phil. 2, 8. 9 11 Phil. 2, 9 15 cf. Phil. 2, 10 20 Matth. 11, 3. Luc. 7, 19 23 Ioh. 1, 29

9 de deo esse *K* 13 eum] deum *K* se *om. K* 15 ordo (o *pr. ex* d) *D* paterno nomini] patri non homini *Ka* genus *a* 18 quo *K* quod *Da* 22 nec] non *a* 24 peccatum *D* peccata *Ka* mundi (*ex* mondi [?]) *D*

(II nou. 33) XLIII. QUID EST UT, CUM SALUATOR OMNES PROPE UERBO CURASSET, CAECO TAMEN PER LUTUM DE SPUTO FACTUM OCULOS REFORMASSET?

Hoc saluator ad confusionem illorum fecit, qui creaturam accusant. quando enim non aliter uitium accidens corpori emendauit quam conditor fecit, auctorem operis huius commendauit. per id enim emendauit, quo erat conditum. omne enim quod fit, si lapsum per id quod fuerat factum reformetur, rectum factum probabitur. si enim saluator per haec se deum testatur, quia damna et uitia corporis emendauit, quanto magis deus est, qui ipsius corporis inuentor est!

(II nou. 35) XLIIII. QUID EST UT ADMIRABILEM ET INCOGNITAM UIRTUTEM FACTURUS, LAZARUM SCILICET A MORTUIS RESUSCITATURUS, FLERET AUT LOCUM, UBI POSITUS ERAT, QUASI IGNARUS QUAERERET?

Saluator deus et homo est, ac per hoc duas uices egit semper, ut, quod hominis affectus habebat, ploraret, sed, quia et deus erat, hunc quem fleuit resuscitauit. a minimis ergo semper ad maiora uenitur, ut, quia homo cernebatur, hoc se probaret esse, quod uidebatur; deum autem se operibus asserebat.

(II nou. 11) XLV. QUID EST QUOD SUPERIUS HERODEM MORTUUM LEGIMUS, INFRA AUTEM ET POST MULTOS ANNOS HERODEM IOHANNEM OCCIDISSE, CUM SUPERIUS MORTUO HERODE IOHANNES SUPERUIXERIT?

Herodes rex fuit Iudaeae. hic habuit filios quattuor, Archelaum, Herodem, Philippum et Lysaniam, sed mortuo Herode

3 cf. Ioh. 9, 6. 7 14 cf. Ioh. 11, 34. 35 18 cf. Ioh. 11, 44 22 cf. Matth. 2, 19 24 cf. Matth. 14, 10

3 reformarit *a* 5 accidens *om. a* corporis *a* 7 quo *a* quod *DK* 9 hoc *a* 17 quod] quia *a* habet ploret *Ka* 19 hoc] hac *a* 20 se *K* re *a. om. D* 22 quod]nt *a* 25 herodem (m *eras.*) *D* 27 Herode] herode de *D*

patre eorum successit Archelaus, quo mortuo in quattuor partes diuisum est regnum supra dicti Herodis, ita ut Pilatus in partem regni quartam admitteretur quasi praeses, non quasi rex, filii autem Herodis reges dicerentur. denique mortuo iterum Philippo accepit uxorem illius Herodes frater eius, de qua arguebatur a Iohanne baptista, qua causa occidit eum Herodes filius supra memorati Herodis. quid enim dicit? Herodes, inquit, tetrarcha, id est in quarta parte regni positus patris sui Herodis. quid ergo ambigitur, quando significatio adiecti cognominis ostendit alium hunc esse Herodem? ipse est enim, qui et Iacobum occidit gladio, fratrem Iohannis, qui postea percussus ab angelo dei scatens uermibus expirauit.

XLVI = LXXXVI
XLVII = LXXV

(a. 51) XLVIII. CUR APOSTOLUS OMNIBUS OMNIA SE FACTUM DICIT, QUOD FACTUM ADULATORIS UIDETUR ET HYPOCRITAE?

Adulator ille est, qui ideo dat consensum, ne offendat eum, quem optat habere propitium. qui enim propter scandalum aliquid facit, quod non quidem periculosum, sed superfluum sit, saluti studet illius, quem scandalum pati non uult. cum Paulus apostolus circumcidit Timotheum propter Iudaeos et purificatus intrauit in templum, talem se utique praestitit, ne illi, qui aemuli erant traditionis paternae, scandalum passi aut occiderent illum aut religionem nostram sibi inimicam putarent. minus ergo admittere uoluit, ut plus posset lucrari. grauiter enim poterat peccare, si non Iudaeum se fecisset

7 Matth. 14, 1 11 cf. Act. 12, 2 cf. Act. 12, 23 15 cf. I Cor. 9, 22

4 filii (*corr.* fili) *D* Her. reges] regis Her. *a* 7 quid enim—herodis (*9*) *om. K* 8 parte quarta *a* 9 sui patris *a* 18 ne] ut non *K* 22 Paulus apostolus *om. Ka* propter Iudaeos et *om. K* 23 utique se *K* ne] ut *K* 24 quia *a* paterne traditionis *K* 26 possit *Da* 27 potuerant *Ka* non] *add.* ut *Ka, D s. l.*

in templum ire ad orandum; subiecit ergo se, ut illis prodesset. his autem qui sub lege erant, id est Samaritanis, hac ratione consensit, qua constat illos libros Moysi recte confiteri a deo esse et circumcisionem et sabbata data a deo. ex his autem ostendebat illis Christum, quem sperabant hunc esse quem praedicabat. sic enim habes dicente Samaritide ad dominum: scio quia Messias uenit; cum ergo uenerit, ille nobis adnuntiabit omnia. iuxta hunc ergo sensum persequebatur uerba librorum Moysi, qui dixit, quia prophetam uobis suscitabit dominus deus uester de fratribus uestris. his autem, qui sine lege erant, ex hac parte adsensit, quia mundum dicunt factum a deo et hominum genus. ait enim: sicut quidam ex uobis dixerunt: huius etenim genus sumus. sic ergo factus est omnibus omnia, ut saluti eorum proficeret.

XLVIIII = LXXVI

(II nou. 44) L. CUM SALUATOREM NATUM PROFITEAMUR, QUID EST UT APOSTOLUS FACTUM EUM DICAT EX SEMINE DAUID, CUM ALIUD SIT FIERI, ALIUD NASCI?

Quamquam hoc loco possit factura natiuitatis intellegi — factura enim a generatione distat quidem, sed in aliis causis, non ubi carnis et corporis uertitur ratio —, apostolus tamen non sine causa taliter uerbis locutus est, quia et in alio loco: factum, inquit, ex muliere. aliquid ergo significauit hoc

7 Ioh. 4, 25 9 Deut. 18, 15 11 cf. I Cor. 9, 21 13 Act. 17, 28 14 cf. I Cor. 9, 22 17 cf. Symb. Nic. 18 cf. Rom. 1, 3 24 Gal. 4, 4

1 in templum ire ad orandum] adorare *K* ad horam *a* se (*s. l. add.* legi) *K* 2 his] is *D* erant] sunt *Ka* 3 quia *D* esse a deo *a* 4 a deo data *a* 6 samarite *K* 7 annunciabit nobis *Ka* 8 ergo hunc *Ka* 9 suscitabit nobis dominus *K* 10 noster *K* nostris *K* 11 erant] sunt *Ka* quia] qui *D* 13 etenim] enim *K* 20 *an* natiuitas *scribendum?* 22 ubi] nisi *a*

dicto. quoniam enim non humano semine concreta caro domini est in utero uirginis et corpus effecta, sed effectu et uirtute sancti spiritus, ideo sic locutus est apostolus. aliud est enim semine admixto sanguinem coagulare et generare, et aliud non permixtione, sed uirtute procreare. ideo factum dixit, quia ingenitum.

ou. 60) LI. QUARE APOSTOLUS GALATIS DIXIT, QUOS SIC REPREHENDIT ET ARGUIT PER TOTAM EPISTOLAM: 'ESTOTE', INQUIT, 'SICUT ⟨ET⟩ EGO, QUIA EGO SICUT UOS'? SI ERGO TALEM SE PRAESTITIT, QUALES ILLI ERANT, SUPERFLUUM FUIT DICERE: 'ESTOTE SICUT ET EGO'; AUT FORTE IN QUIBUSDAM IMITATOR ILLORUM ESSE COEPERAT ET IN ALIQUIBUS UULT ILLOS SUI IMITATORES ESSE?

Quis illorum poterat imitari apostolum? aut quid illi deerat magistro gentium? sed hortatur illos, ut imitatores eius sint, et quoniam non est inpossibile, sic reprobat, cum dicit: 'quia hoc sum quod uos. homines enim estis, sicut et ego; ideo facite quod facio ego'. potest et ad illud referri, ut quoniam omnibus se omnia factum dicit per adsensum, in quibus a uero non discrepabant, maxime gentiles. nec enim fuit aliquid eorum, quod iam fieri minime oportebat, prius autem factum erat recte, ut circumcisio, sabbatorum obseruatio, neomeniarum, escarum. sed si quid gentium probauit, non cessare iam debere ostendit. mundum enim dicunt a deo et hominibus fabricatum — hoc semper stat —: si ergo in his consentiens illis factus est, sicut

2 cf. Luc. 1, 35 9. 11 Gal. 4, 12 17 cf. Gal. 4, 12 20 cf. I Cor. 9, 22

1 non] sine *a* 4 sanguine *D* non] *add.* diu *D* 5 dixit] potius dicit *K* potius dixit *a* quam *a* genitum *Ka* 7 quando *a* dicit *a* 9 inquit *om. Ka* et *om. DKa* 14 imit. esse] similes existere *a* 15 quid *Ka* apostolus *Ka* 16 eos *K* 19 ego facio *K* illud] aliud illud *a* 20 omnia se *K* per] propter *K* 22 quod] quid *K* quia *a* oportebat minime *K* (*corr.*), *a* recte factum erat *Ka* 24 probabit *a* 25 et hominibus *exp. K* hominibus *datiuus est*

et illi, hortatur illos ut simili modo et hi fiant, sicut et ille est, consentientes doctrinae eius.

(II nou. 61) LII. QUO MODO LIBERI SUMUS ARBITRII AC UOLUNTATIS, CUM DICAT APOSTOLUS: 'CARO CONCUPISCIT ADUERSUS SPIRITUM, SPIRITUS UERO ADUERSUS CARNEM, UT NON, QUAE UULTIS, EA FACIATIS'? ET SI CARO ADUERSUS SPIRITUM CONCUPISCIT, MALA EST; SPIRITUS ENIM BONA SUGGERIT.

1. 'Carnem' non substantiam carnis hoc loco intellegas, sed actus malos et perfidiam significatam in carne. per id quod enim omnis error ex uisibilibus et mundanis, caro autem cognata eorum est — ex elementis enim constat —, omnem errorem carnem appellat. non solum adulteria et fornicationes et luxurias opera dicit carnis, sed et idolatriam et maleficia et blasphemias et talia. numquid caro blasphemiam cogit aut idolatriam? nonne haec animae uitia sunt, dum consentit errori? recte autem agentibus dicit quod non sint in carne, sed in spiritu, et utique adhuc in corpore sunt. qui ergo bene ambulat nec diffidit de spe fidelium, in carne positus non esse dicitur in carne; male autem agens et blasphemus in carne dicitur esse, quia, quo modo bene agentes spiritales sunt cum ipsa carne, sic male uiuentes carnales sunt cum ipsa anima. hoc enim nuncupatur quod dicit.

2. Hic itaque error, quem carnem appellat, concupiscit aduersus spiritum, id est suggerit mala contra eundem spiritum,

4 Gal. 5, 17 13 cf. Gal. 5, 19—21 17 cf. Rom. 8, 9 24 cf. Gal. 5, 17

1 hii *D* 5 carnem] *add.* et caetera *a* 8 bona] domini mala *a* 10 perfidiam (m *eras.*) *D* significatam *K* significata est *D* significata *a* quod enim *scripsi, cf. Study of Ambst. p. 77* quod *D* enim quod *Ka* 12 est eorum *K* 13 et *om. Ka* 14 luxuriam *Ka* carnis dicit *K* idololatriae *a* 15 blasphemias] blasphemiam *K* blasphemia *a* 17 sunt *K* 18 ad hoc *a* 20 uiuens *Ka* 21 esse] *add.* et caro *Ka* 25 mala] *add.* quia *K* contra eundem spiritum] idem est spiritus *Ka*

qui est lex dei. duas enim leges inducit, dei et diaboli. unde spiritum dicit, propterea quod lex dei spiritalis est, contra carnem, hoc est contra uitia, repugnare, ut hominem conseruet deo; lex autem diaboli, qui est error, contradicit per oblectamenta luxuriae et mundana dulcedine. his ergo repugnantibus medius homo est, qui cum consentit spiritui, non uult caro; cum autem manum dat carni, spernit spiritum, id est legem dei contemnit. consentientem ergo carni spiritus reuocat, ne faciat quod uult; adsentientem autem spiritui caro sollicitat, ne faciat quod putat utile. sed spiritus recte et prouidenter contradicit et reuocat, ut eripiat hominem a consiliis satanae, caro autem, quae est lex aduersa, idcirco sollicitat et spiritui legis resistit, ut per fallaciam decipiat.

3. Ideo ergo haec apostolus publicat, ut ostendat arbitrio humano cui rei uoluntatem suam committat, non ut arbitrium libertatis inaniat, sed docet arbitrium cui rei se coniungat. si autem non est uoluntatis arbitrium, neque lex diaboli, quae est caro, neque lex dei, quae est spiritus, inuicem sibi aduersando hominem consiliis sollicitarent. qui enim sollicitat, suadet; qui autem suadet, non uim infert, sed circumuenit; qui circumuenitur, fallaciis quibusdam uoluntas illi mutatur. si autem non esset liberum arbitrium, nolens homo traheretur ad ea, quae non uult.

LIII. QUA RATIONE SAPIENTIA CARNIS INIMICA EST DEO UEL QUAE EST IPSA SAPIENTIA, QUAE LEGI DEI NON EST SUBIECTA?

Non discrepat sensu quaestio haec a superiore. nam carnem dicendo quid significet declaratum est; unde quae sit eius

18 cf. Gal. 5, 17 24 cf. Rom. 8, 7 27 Quaest. 52

1 qui] quod (od *in ras. ex* i [?]) *K* ad *ante* duas *add. Ka* inducit] *om.* (*add.* inducimur *s. l.*) *K* 2 unde spir. dicit] Una spūs dicitur *in ras. K* 5 luxuria *Ka* 6 spiritu *D* 9 autem *om. K* 10 putet *a* 11 prouidenter (*corr.* prudenter) *K* 13 spiritus legi *Ka* 14 apostolus haec *K* haec] hic *a* 16 inaniat *a* inaniet *K* exinaniat *D* 17 lex *om. D* 22 esset] est et *a* arb. lib. *a*

sapientia, facile poterit dinosci. diximus ergo elementa omnia carnem appellari, id est uisibilium substantias, quorum ratio talis est, ut nihil aestiment posse fieri sine commixtione spiritali et simplici potentiae rationem horrentes ac fatuam iudicantes. hi enim, qui de spiritalibus diffidentes carnalia secuntur, nihil aliud sapiunt ac putant uerum, quam ratio continet elementorum, ut neque uirginem peperisse neque carnis credant resurrectionem, quia hoc ratio carnis, id est elementorum, non recipit — omnia enim, quae gignuntur in tempore, permixtione operante generantur —, et emortua et resoluta corpora non posse rursus reddi ad uitam, quia unum quodque elementum permixtione discreta reuertitur in propriam naturam. his modis inflati negant futurum uel factum quod credimus, ac per hoc adseueratio illorum inimica est deo, dum stultum et inane putat quod fecit et quod facturum se promisit deus.

LIIII = LXXVII

(II nou. 10) ## LV. QUID EST UT, CUM PRIUS IOHANNES BAPTISTA TESTIMONIUM PERHIBUERIT SALUATORI, POSTEA DUBITAUERIT DICENS PER DISCIPULOS SUOS: 'TU ES, QUI UENTURUS ES, AN ALIUM EXPECTAMUS?'

1. Qui Iohannem putant dubitasse, detrahunt saluatori. aut enim recte illum asserunt dubitasse aut certe inperitiae arguunt saluatorem, quia, sicut putant, male de se sentientem laudauit. sed quia falli saluatorem inpossibile est, recte laudatus ab eo Iohannes est. si recte laudatus est, non dubitauit. ipso enim

1 Quaest. 52 (p. 446, 12) 10 cf. Rom. 4, 19 17 cf. Ioh. 1, 32 19 Matth. 11, 3. Luc. 7, 19 23 cf. Matth. 11, 11. Luc. 7, 28

1 possit *a* 2 appellat *K* 4 potentia intentionem *K* horrentis *a* ac] ad *K* (*corr.* aut), *a* fatuam] famam *K* 5 hii *D* 6 ac] et *K* 8 credant *D* 10 gignuntur *K* 11 redi *D* credi (*corr.* redire) *K* 12 permixtione (*corr.* [?] permicxtione) *D* 14 est inimica *K* 15 putant *K* quod *alt. om. Ka* deus *om. K* 19 suos *om. a* 22 recte illi *K* illum recte *a* 25 laudatur *a*

tempore quo misit ad Iesum Iohannes de carcere discipulos suos dicens: tu es, qui uenturus es, an alium expectamus? tunc Iesus respondit discipulis eius dicens: ite, dicite Iohanni quae uidistis et audistis. caeci uident, surdi audiunt, leprosi mundantur, claudi ambulant, mortui resurgunt; et beatus ille est qui in me non fuerit scandalizatus. abeuntibus autem nuntiis Iohannis coepit Iesus dicere ad turbas de Iohanne baptista: quid existis in desertum uidere? harundinem uento moueri aut hominem mollibus uestimentis indutum? ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. sed quid existis uidere? prophetam? dico uobis quoniam plus quam prophetam. hic est de quo scriptum est: ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparet uiam tuam. tunc et publicani laudauerunt deum baptizati baptismo Iohannis.

2. Quanta autem laus data Iohanni est, ut plus diceretur esse quam propheta! et beatum uocat saluator eum qui non scandalizatur in eum: quo modo laudabatur Iohannes si dubitando scandalizatus est? sed non utique dubitauit. laus enim beatum illum probat, quia non est scandalizatus. nam et saluator idcirco ipso tempore in laudem Iohannis prorupit, ut ostenderet sensum Iohannis liberum a discipulorum eius dubitatione. Iohannes enim uolens nutantes discipulos suos corroborare in fide saluatoris, sciens exitum sibi imminere, ea, quae de ipso dicebat, ore eius uoluit confirmari. ideo ut testis uerus sit, testimonium potioris implorat, ut eorum concordia omnis ambiguitas auferretur. hoc commentum Iohannis est, ut dubios suis quasi uerbis mitteret, ut eadem audientes a saluatore, quae audierant a Iohanne, firma-

2 Matth. 11, 3 Luc. 7, 19 3 Matth. 11, 4—10. Luc. 7, 22—27 15 Luc. 7, 29

2 es *alt.*] est *a* 4 uidetis *a* auditis *a* 6 est ille *K* non fuerit scandalizatus in me *Ka* 9 moueri] agitatam (*corr. m2 s. l.*) *K* 10 uestibus *a* 13 ecce ego *a* 14 praeparabit *D* 18 qui non scandalizatur in eum *om. K* 19 eum] se *a* laudatur *a* si] qui *a* 23 Iohannis esse *a* 24 mirantes *a*

rentur scientes idonei procuratoris et domini caelestis testimonium in dubium uocari non posse. idcirco et saluator quasi Iohanni respondit, ut inter Iohannem interrogantem et saluatorem respondentem discerent ueritatem.

LVI = LXXVIII

(II mixt. 10) LVII. QUID EST QUOD APOSTOLUS DICIT GALATIS: 'MIROR QUOD SIC TAM CITO TRANSFERIMINI AB EO, QUI UOCAUIT UOS IN GRATIA, IN ALIUD EUANGELIUM, QUOD NON EST ALIUD'? SI ALIUD CERTE EST, IPSUM NON EST; SI IPSUM NON EST, QUO MODO NON ALIUD EST?

1. Ideo 'aliud' dixit 'euangelium', ad quod uocati fuerant, quia non hoc est quod postea sequi coeperant Galatae. ab euangelio enim Christi abducti in Iudaismum fuerant adtracti sub nomine Christi, quasi hoc esset sequendum, et aliud quam quod apostolus praedicabat adfirmabant. unde sublegitur: 'sicut uobis suadent.' pseudo enim apostoli, cum circumuenirent gentiles credentes, hoc dicebant a saluatore traditum, quod ipsi docebant, sicut continetur in Actibus Apostolorum: quia nisi circumcidamini more Moysi, non poteritis salui esse. hinc apostolus dolore euersionis illorum commotus scribit ad eos dicens: miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui uocauit uos in gratia, in aliud euangelium, quod non est aliud.

6 Gal. 1, 6. 7 19 Act. 15, 1 22 Gal. 1, 6. 7

3 saluatorem respondentem (*corr.* saluatore respondente) *D* 6 dicit apostolus *K* 7 sic *om. K* 8 gratiam *DK* 9 aliud si—aliud est] etc. *a* 10 non *tert. om. DK* 12 dicit *K* 13 coeperant] compererant (ererant *in ras.*) *K* 14 abducti *edd.* adducti *Da* ducti *K* in Iudaismum *om. K* 15 esse *D* et aliud quam quod] aliud autem (autem *in ras.*) *K* aliud autem inquit *a* apostolus *in ras. K* 16 praedicabat] *add.* quam *s. l. K* sicut] si *K* 17 pseudo enim *om. Ka* cum circumuenirent] autem circumueniunt *K* aut circumueniunt *a* 18 docebant] dicebant *a* 23 gratiam *K*

2. Miratur ergo, quia post rem lenem et minus grauem asperitati studerent et oneri, hoc est, ut post fidei simplicitatem circumcidi se pro elementis permitterent, neomenias colerent et sabbatum elementis subiecti. et ne pseudoapostolis occasionem dedisse uideretur dicentibus aliud esse quod acceperant Galatae quam ueritatis habet traditio, statim subiecit: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant et uolunt conuertere euangelium Christi. aliud ergo erat, ad quod ab apostolo uocati erant euangelium, quam quod sequi coeperant inpulsu pseudoapostolorum, non tamen aliud erat quam Christus tradiderat, ut uel per id in errorem se inductos cognoscerent et solam fidem sequerentur profitentes Christum deum et hunc sufficere ad salutem tribuendam, per quem fuerant remissionem peccatorum adepti, non per legem, quia sine lege gratia dei donat delicta.

50) LVIII. CUM MULTA PECCATA IN CORPUS ADMITTI UIDEANTUR — OMNIS ENIM QUI SIBI EX QUACUMQUE PARTE CORPORIS UIM INTULERIT, IN CORPUS UTIQUE SUUM PECCAT; EST ENIM QUI SE ABSCIDIT, EST QUI LAQUEO UITAM FINIUIT, EST QUI FERRUM IN SE INIECIT —, QUA RE APOSTOLUS: 'OMNE', INQUIT, 'PECCATUM, QUODCUMQUE FECERIT HOMO, EXTRA CORPUS EST; QUI AUTEM FORNICATUR, IN CORPUS SUUM PECCAT'?

1. Inperitum putas fuisse apostolum aut uim dicti explanari desideras? nam apostolus 'corpus' dicens non singularem

4 cf. Esai. 1, 13 cf. Gal. 4, 3 7 Gal. 1, 7 22 I Cor. 6, 18 27 cf. I Cor. 6, 18

1 leuem *Ka* 3 pro *Ka* per *D* mitterent *a* 4 *post* subiecti *add.* ac prouocati erant id est gratiae non legis factores (factorem *a*) *Ka* 6 ueritas habet (as habet *in ras.*) *K* traditio *om. K* 8 conturbent *a* conturbant uos *K* subuertere *K* 10 ceperunt *K* 11 quam *Ka* quod *D* 12 uel *om. K* 18 enim *om. K* 19 utique *om. K* 20 occidit (ecci *in ras.*) *K* 21 finit *a* 23 homo fecerit *K* 26 Impium *K*

hominem significauit, sed simul conprehendit et feminam. quia portio uiri est mulier. nam omnia supra dicta facinora. quae uiolenter in se unus quisque admittit, non totum maculant corpus; singularis enim peccat ac per hoc solus fit reus. in fornicatione enim totum polluitur corpus, quia consensus contaminationis et uirum tenet et feminam: ideo graue delictum esse fornicationem. pessime enim peccatur, cum quis facinori suo socium quaerit ad perditionem. si enim, ut bene uiuens etiam pro eo praemium accipiet, quem lucrum fecit. et malus non tantum in se, sed et in illo fit reus, quem participem uoluit habere damnationis, quanto magis qui fornicatur, quem constat uno delicto se ipsum bis quodam modo contaminare! si enim in carnem, quae ex se est, peccat, bis utique se ipsum adulterat.

2. Si quis autem quaestionem hanc transfigurare se putat. ut aut ad ecclesiam aut ad corpus Christi dictum hoc aptet. non stabit. inproprie enim dicetur et Nouatianis similis erit, qui, ut causam furoris sui adstruat, pronuntiat eum, qui fornicatur, non in suum corpus peccare, sed in Christi, quia Christiani membra et corpus Christi sunt, ut fornicatio hoc sit quod sacrilegium, ut talis in Christum dicatur peccare, sicut qui negat Christum. quod quidem infirmum est et fragile, quia ex quauis parte haeret in laqueum et non euadit. si enim qui fornicatur in corpus Christi peccat, cetera peccata non erunt in Christum admissa, ut si Christianus fratrem occidat aut sacrificet idolis uel aliud genus peccati admittat, quia omne

. . . .

2 cf. I Cor. 11, 8. 12 15 cf. I Cor. 4, 6 20 cf. I Cor. 12. 27. 6, 15

2 mulier est *K* 3 maculat *DK* 4 fiet *Ka* 5 enim] autem *a* 6 delictum] *add. s. l.* constat *K* 8 facinori suo] facinorosus (osus *m1 in ras.*) *K* 9 lucri (i *in ras. m1*) *K* 10 et *alt. om. K* alio *K* 11 habere] fieri *K* 12 se ipsum—contaminare] bis se contaminare quodammodo *K* 17 Nouatiano *a* 18 astruat pronuntiat (*in ras.*) *D* adstruat] obtexisse uideatur *K om. a* 19 suum corpus] suum *K* corpus suum *a* peccare] *add.* assertus (*exp.*) *et* corpus *s. l. m2 K add.* asserens *a* 26 uel] aut *K*

peccatum extra corpus est excepta fornicatione. si autem omne peccatum non est extra corpus, sed quodcumque fuerit in Christum admittitur, qui furatur aut qui periurat et qui mentitur, qui percutit fratrem aut aliud tale admittit, in Christum uel in spiritum sanctum dicitur peccare, quod ualde absurdum est, et tamen apostolus ecclesiam membra et corpus Christi appellat, ita ut nos inuicem simus membra, quo modo ergo qui formicatur in suum corpus peccat et non magis in Christi? quia secundum ecclesiae mysterium non nostrum corpus dicimur, sed Christi, et hoc longe a causa est, quia qui fornicatur ideo in corpus suum peccat, quoniam totus Adam contaminatur...

LVIIII = LXXVIIII

(1. 55) LX. CUR APOSTOLUS PAULUS PETRUM COAPOSTOLUM SUUM REPREHENDIT, QUOD TIMENS EOS, QUI ERANT EX CIRCUMCISIONE, SUBTRAHEBAT SE A GENTILIBUS, CUM ET IPSE TIMENS EOS, QUI ERANT EX CIRCUMCISIONE, 'ACCIPIENS CIRCUMCIDIT' TIMOTHEUM, QUOD FIERI PROHIBEBAT, ET IPSE ERGO REPREHENDENDUS EST?

1. Incredibile est tantum apostolum in eo alterum reprehendisse, in quo se sciret succubuisse. hoc a tam magno uiro factum non est fas credere, quia his conpetit, qui carnaliter uiuunt. caret itaque apostoli Pauli factum reprehensu. cum enim praedicaret non circumcidi, uolens autem Timotheum secum

6 cf. I Cor. 12, 27. 6, 15 7 cf. Eph. 4, 25 15 Gal. 2, 12 18 Act. 16, 3 25 cf. Act. 16, 3

1 extra corpus—omne peccatum *om. a* autem] enim *K* 3 *pr.* qui—mentitur *om. K* *alt.* qui *om. a* 4 qui] aut qui *a* 5 uel] aut *K* 6 ecclesiam membra et] Ecclesiae membra *a* 8 corpus suum *K* in *alt.*] in corpus *K* 10 hec *K* longe a] a longe *K* a longa *a* qui *om. Ka* fornicator *K* 15 ex circumcisione erant *K* 17 ex circumcisione erant *K* 23 iis *K* carnaliter] naturaliter *K* 24 reprehensu *scripsi* reprehensum *D* reprehensione *Ka*

adsumere, qui esset natus matre Iudaea, patre autem Graeco, et hoc Iudaeis esset scandalum, ut ex Iudaea natum incircumcisum adsumeret, tunc subiectioni se summisit ad horam et accipiens circumcidit eum. rem ergo superfluam fecit permittente eo, qui passus est. quia enim erat ex matre Iudaea, eruditus ab infantia in synagoga litteris sacris, id est uoluminibus Hebraeorum, permisit circumcidi se, ut Iudaeis scandalum tolleret, quia zelum habebant generis sui. denique: cum Titus, inquit, esset Graecus, non est conpulsus circumcidi. Timotheum autem, quia de matre Iudaea erat, sicut dixi, non sunt passi Iudaei adsumi inter doctores incircumcisum. ad hoc illum adsumpsit apostolus, ut eum episcopum ordinaret, sicut et fecit. eruditus enim propheticis litteris ad asserendum Christum idoneus magister inuentus est.

2. Apostolus enim Petrus non esset reprehensus, si se timore Iudaeorum a gentilibus segregasset, ne illis scandalo esset. sed hoc reprehensum est in apostolo Petro, quod, cum ante Graecis credentibus gentiliter uiueret, aduenientibus ab Iacobo Iudaeis timori subiectus ex gentilibus iudaizare debere docebat. hinc audit: si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter uiuis, quo modo cogis gentes iudaizare? dubitari enim fecerat de euangelica disciplina, quod crimen est, dum quae aedificauerat destruebat. ideo 'simulationem' hanc uocat apostolus Paulus, quem constat, si circumcidisset Timotheum, ut non taceret rem se superfluam propter illorum scandalum facere, et ideo se cedere, propter

1 cf. Act. 16, 1 3 cf. Gal. 2, 5 4 cf. Act. 16, 3 6 cf. II Tim. 3, 15 8 Gal. 2, 3 13 cf. I Tim. 1, 18 18 cf. Gal. 2, 12 20 Gal. 2, 14 23 cf. Gal. 2, 13

1 qui] *add.* cum *Ka* natus *om. K* 3 tunc] tulit *a* se] *om. K* esse *a* summisit] cessit *K om. a* 7 iudeorum *K* circumcidit *D* 11 inter doctores assumi *K* 13 et *om. Ka* enim] *add.* in *K* 15 more *Ka* 17 credentibus gręcis *a* 19 timori (*corr.* timore [?]) *D* timore *Ka* subiectus]coegit *K* gentil.] gentibus *K add.* credentes *K* credentibus *a* debere—iudaizare *om. K* 21 dubitare *K* 22 disciplina] doctrina *K* quae] quod *K* ędificauerat (r *in ras.*) *D* 23 paulus apostolus *K* 24 se rem *K* 25 et ideo—Iudaeam *om. K* se cedere] secedere *a*

quod matrem haberet Iudaeam. nec enim Iudaei insisterent, nisi inuenta occasione matris Iudaeae, quia hoc minime possent inprobare gentilibus nec habere facile de his scandalum, qui non essent de genere Israhel. non ergo simulatione hoc fecit, sed uiolentia; supra dicta enim causa simulationem habuit non minimam. nam multi reprehensi sunt in hac causa, ita ut aliqui Iudaeorum et Barnabas consentirent huic simulationi.

(pu. 49) LXI. QUEM SPIRITUM APOSTOLUS SALUANDUM ASSERIT, CUM DICIT TRADI HUIUS MODI HOMINEM SATANAE IN INTERITUM CARNIS?

1. Interitus carnis est, cum quis uoluptatibus et desideriis carnalibus deditus gehennam sibi procurat; interitum enim ex opere carnis adquirit. ex his enim totus fit carnalis, quia, sicut secundum legem uiuens totus homo spiritalis efficitur, ut etiam caro hoc dicatur quod anima, ita, si secundum desideria mundi et uoluptates libidinum uiuat, totus homo fit caro proficiens in interitum carnis; id est, ut sicut caro, propterea quod fluxa et corruptibilis et mortalis est, amissa anima deformatur — carens figura defluit in interitum; interit enim, cum uigorem omnium membrorum amittit —, sic et anima de tali corpore deformata est, cuius uigore despecta erat in poena cum carne, in qua se uitiis maculauit, ut nullus profectus sit carni per animam, sed interitum habeat anima per carnem, quia non corpus gubernauit spiritaliter, cum regina data sit carni, sed ipsa docet opera carnalia.

2. Talem igitur hominem cum ecclesia abicit, spiritum habet saluum, sanctum scilicet, qui ecclesiae curator est,

1. 2 cf. Act. 16, 1 7 cf. Gal. 2. 13 8. 11. 26 cf. I Cor. 5, 5 9 I Cor. 5, 5

7 iudęorum (*corr.* iudeorum) *D* 9 tradidi *a* 10 carnis] *add.* etc. *a* 15 desiderium *a* 16 totus uiuat *K* 17 ut sicut *pleonastice pro* sicut 18 est *om. K* caruit *a* 21 est] et *K* cuius] in eius *Ka* erat] erit *K* poenam *mauult Engelbrecht* 25 docet] didicit *K* ducit *a* 27 sanctum scilicet] spiritum sanctum *K*

quia, si passi fuerint talem inter se habere, qui uxorem patris polluit libidine, ut lege eum possint conpellere, ne contaminet omnes, et spiritus sanctus recedat ab ecclesia propter pollutum, non habebit saluum spiritum ecclesia. quod enim amittitur non est saluum et in die domini nudi ab spiritu inuenti inter filios dei conputari non poterunt. spiritus enim testimonium perhibet quod sumus filii dei.

3. Haec apostolus ad plebem loquitur, quia adhuc episcopi ecclesiis non erant locis omnibus ordinati. ideo plebem iubet hoc facere, quod facturus esset, si illic creatus fuisset episcopus, ut conspirantes in unum eicerent illum de coetu suo, ne consentire uiderentur operibus eius, quia qui non arguit eum, quem potest, sed recipit quasi non errantem, delinquendi illi fomitem praestat, qua causa contaminatur et ipse fugans a se spiritum sanctum.

4. Ad Thessalonicenses namque simili modo inter cetera dicit: integer spiritus uester et anima et corpus sine querella in aduentu domini nostri seruetur. ipse idem sensus est; hoc est enim 'saluum' esse, quod 'integrum'. nam dicit rex Daniheli: salua sunt signa, Danihel? et ille respondit: salua, rex, id est 'integra', ut nobis sit integer spiritus, cum non nos deserit. quos enim spiritus deserit, iam non erunt integri in causa regenerationis, quia non habent eum, per quem filii dei uocabantur. nec hoc est contrarium,

1 cf. I Cor. 5, 1 4 cf. I Cor. 5, 5 5 cf. II Cor. 5, 3 6 Rom. 8, 16 17 I Thess. 5, 23 20. 21 Dan. 14, 16

1 talem inter se] inter se talem quem *K* qui] *om.* *K* quem *a* 2 polluit—contaminet] nouerint (uerint *in ras.*) libidinis ut (ut *eras.*) lege cum possint eum pellere (*add. mg.* talis) contaminat *K* habentem non potuit lege impositā pellere contaminat *a* 3 spiritus sanctus] spūs sčs (*add.* ab eo *s. l.*) *K* sanctus spiritus *a* recedit *Ka* ab] et *Ka* propter poll. non] quia pollutus non *K* quia fuit pollicitus ante *a* 4 ecclesiae *Ka* admittitur *Ka* 6 enim] etenim *a* est enim qui *K* 8 adhuc] ab hiis *K* 10 hoc *om.* *a* illi *Ka* 11 ne] nec *K* 15 spiritum sanctum] ipsum factum *a* 18 idem *om.* *Ka* 19 est *pr.* *om.* *K* esse] est *K* 20 Daniheli] ad danielem *Ka* saluane *Ka* Danihel *om.* *Ka* ille] daniel *Ka* 24 uocabuntur *Ka*

si ipsum spiritum dicamus nobis peccantibus nos deserere et integrum non esse. ideo enim integer non est, dum nos deserit, qui dux et rector noster erat, quia, si caput nostrum est, et nos membra eius. cum autem aduersum aliquid facimus, non ille nos, sed nos illum uidemur deserere et tunc ille uidetur integer non esse, cum nos amittit. hoc enim uerum ac manifestum est, quia non ille se a nobis auertit, sed nos ab illo, cum peccamus. et ad Colosenses inter cetera ait: ex quo omne corpus subministratum et productum crescit in crementum domini, quod iuxta sonum uerborum si accipiamus, non conuenit — nec enim deus aliquid debabet, ut crementum faciat per nos —, sed, nos dum reuertimur ad auctorem uitae nostrae et confitemur illum, adquirit nos ad salutem et crementum facit in nobis diuinitas. ideo in eis, qui ab eo recedunt, detrimentum est. hoc est ergo integrum non esse, quod est et detrimentum facere.

LXII. QUARE SALUATOR: 'ORATE', AIT, 'NE FIAT FUGA UESTRA HIEME UEL SABBATO,' CUM TEMPUS PERSECUTIONIS HUIUS DIFFERRI NON POSSIT DICENTE APOSTOLO: 'QUI REUELABITUR IN SUO TEMPORE', ET IN ACTIS APOSTOLORUM: 'DEFINIENS', INQUIT, 'TEMPORA ET TERMINOS HABITATIONIS EORUM'? ET CUR HIEME FUGERE UEL SABBATO EXIRE NON LICEAT [SIGNIFICAT]?

Hieme tuta fuga non est; frigora enim sunt, imbres assidui, pinguit, gelat, flumina exeunt; ideoque fugientibus pergraue

8 Col. 2, 19 13 cf. Act. 3, 15 17 Matth. 24, 20 20 II Thess. 2, 6. cf. 2, 8 21 Act. 17, 26

1 ipsum spiritum] spiritum sanctum *a* 2 ideo enim] eum *K* tunc enim *a* non *alt.*] non (*add.* uere *s.* non) *K* dum nos deserit qui] quia datur nobis ut *Ka* 3 erat] sit *Ka* quia si] quasi *Ka* 4 est *om. Ka* nos] *add.* uelut *Ka* 9 et] ac *K* 10 incrementum *Ka* accipiam *Ka* 11 aliquid *om. K* debabet] habet *K* 13 acquirens *Ka* 14 et *om. Ka* fecit *Ka* ideo—detrimentum est *om. K* 15 ab eo *om. a* 17 orate] orat et *a* 21 actibus *Ka* apostolus inquit definiens *a* 22 fugiendum *D* fugam *a* 23 non exire *a* exire (*add.* longius *s. l.*) *K* liceat *om. a* significat *seclusi, quod retinet Engelbrecht* licere *scribens*

est. latere enim in siluis non possunt neque in montibus neque in speluncis. sabbato autem iuxta Iudaeos longius a ciuitate exire non licet nec altum ascendere ac per hoc fugere sabbato non potes. quo modo autem haec tempora fugam tutam non faciunt propter inpedimenta supra dicta, ita et fuga nostra tuta non erit, si nos obligatos inpedimentis carnalibus inuenerit praedicta persecutio. detinent enim homines quasi compedes desideria saecularia et facultates mundanae nec seductionem diaboli possunt effugere. ideo ergo orandum est ne tempore, quo fugiendum est, hiemis et sabbati in nobis ratio inueniatur, sed ut liberos nos ab his inpedimentis dei praestet auxilium, ut non sit, quod nos desiderio sui captos mancipet mundo. quoniam ergo de nouissima persecutione loquebatur saluator, quae futura est tempore Antichristi, ideo hiemem posuit, quae nouissimum tempus est; et sabbatum similiter, qui postremus dies est, ut, sicut his temporibus aspera et difficilis fuga est, ita significaret illo tempore tam graues futuras persecutiones et pressuras, ut uix aliquis eas possit effugere.

LXIII. LXIIII = LXXX. LXXXI

1 cf. Hebr. 11, 38 2 cf. Ex. 20, 10. Act. 1, 12 etc. 8 cf. Tit. 2, 12 14 cf. I Ioh. 2, 18 etc.

2 autem] *add.* ciuitatem *a* longius—licet] exire non licet longius *a* 3 altum] autem *a* fugi *Ka* 4 potest *Ka* autem *om. Ka* 8 et] id est *a* nec seductionem] ne edicta *Ka* 9 possint *Ka* 14 tempore Antichristi] ab antixpo *Ka* quae *alt. scripsi* qua *D* quia *Ka* 15 quia *Ka*

n. 53) LXV. QUID EST QUOD DICIT APOSTOLUS: 'NEMO POTEST DICERE DOMINUM IESUM NISI IN SPIRITU SANCTO'? ERGO FOTINUS, QUI NEGAT CHRISTUM DEUM, POTEST DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM IN SPIRITU SANCTO FATERI? ET MARCION ET MANICHEUS, QUI NEGANT CHRISTUM IN CARNE UENISSE, HI IN SPIRITU SANCTO POSSUNT DICERE DOMINUM IESUM CHRISTUM? UEL MERETRICES ET SPURCI, CUM SPIRITUS SANCTUS NON HABITET IN CORPORE SUBDITO PECCATIS ET IN MALIUOLAM ANIMAM NON INTRET SAPIENTIA?

Ueritas non ex persona probatur neque inprobatur; quicquid enim bene et uerum dicitur, sine dubio in spiritu sancto dicitur. non ergo, si quis in aliis reus est, et in hoc praescribi illi debet, quod uerum loquitur. nec illi tamen praescribitur, sed Christo domino contradicitur. qui enim negat istum uerum dicere, Christo iniuriam facit. si autem uerum dicitur negeturque quod uerum est in sancto spiritu dici, quod et Christus admittit — nemo enim bonorum uera de se dicentem arguit; nec enim ex reuelatione ediscitur, quod per traditionem discitur —, nemo uerum dicens poterit inprobari.

int. 5) LXVI. SI 'IN LEGE NEMO IUSTIFICATUR APUD DEUM', QUARE SCRIPTUM EST: 'MALEDICTUS OMNIS, QUI NON PERMANSERIT IN OMNIBUS, QUAE SCRIPTA SUNT IN LIBRO LEGIS, UT FACIAT EA'? SI EX FIDE IUSTIFICANTUR HOMINES ET NON PER LEGEM, UT QUID MALEDICTUS EST QUI NON IMPLEUIT LEGEM, CUM NON PROFICIAT AD IUSTITIAM?

Lex data per Moysen iustitiam habebat quidem, sed terrenam, ut seruantes legem iusti essent ad praesens, ut non rei fierent.

1 I Cor. 12, 3 8 cf. Sap. 1, 4 21 Gal. 3, 11 22 Gal. 3, 10 (Deut. 27, 26) 24 cf. Gal. 2, 16 etc.

2 dominus *a* Iesum] deum *D* iesus *a* 5 marchio *K* 6 hii *D* 7 dñm nr̄m ihm̄ (*om.* xp̄m) *K* 8 spurii *K* 9 habitat *D* 11 neque] uel *a* 13 illi praescribi *a* 14 quod] quin *K* quo *a* 15 istum] iustum *K* 16 negetur *Ka* 17 spiritu sancto *Ka* 19 edicitur *K*

iustus est enim ex lege, qui nulli nocet. unde apostolus: lex, inquit, non est ex fide, sed qui fecerit ea uiuet in eis, hoc est, faciens legem non morietur, sed uiuet ad praesens; iustitia autem, quae ex fide est, iustificat homines apud deum, ut remunerentur in futuro saeculo. addiderunt enim temporali iustitiae iustitiam fidei. iustum est enim nosse ex quo et per quem sumus, ut patris et filii et spiritus sancti uera confessio ad caelestia nos regna perducat. nam et ueteres, qui non solum legem praeceptorum seruauerunt, sed et deum dilexerunt spem habentes in promissione, iustificati sunt apud deum. solam enim legem dicit non iustificare homines apud deum, sicut nec sola fides exceptis bonis operibus commendat deo, sed seruata iustitia terrena et diuina perfectos facit. hinc dicit dominus: nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non introibitis in regnum caelorum.

(II nou. 62) LXVII. SI IN CHRISTO OMNES THESAURI SAPIENTIAE ET SCIENTIAE SUNT ABSCONDITI, QUO MODO IDEM SALUATOR DE DIE ET HORA FUTURI IUDICII DICIT SE NESCIRE? SI AUTEM SCIAT ET DICIT SE NESCIRE, UIDETUR MENTIRI.

1. Dictum hoc duplicem continet sensum. in Christo enim omnes thesauros sapientiae et scientiae sic dicit absconditos, ut qui habet Christum pro omni sapientia et scientia illi cedat, ut scire Christum totum sit scire et omnem sapientiam conprehendisse, sicut dicit ad Colosenses: nemo uos

1 Gal. 3, 12 4 cf. Gal. 3, 8 etc. 6 cf. Rom. 4, 11. 13 9 cf. Eph. 2, 15 cf. Gal. 3, 11 14 Matth. 5, 20 16. 21 cf. Col. 2, 3 17 cf. Marc. 13, 32 25 Col. 2, 8. 9

1 est enim] enim est (est *in ras.*) *K* ex *om. K* 3 uiuit *a* 6 nosse] nos (*add.* credere *s. l.*) *K* 7 et spiritus sancti *om. Ka* 8 regna nos *a* 9 legis precepta *a* praeceptorum *om. K* 12 bonis] his bonis *a* deo] deum *D* apud deum *a* 15 intrabitis *DK* 16 thesauri *om. D* 23 pro omni sapientia] pro (*in ras.* ximet illi sapientia) *K* illi *om. K* illum *D* 24 cedat *K* (*exp.*), *a* credat *D* sciat *D* sit] sic *D* 25 dicitur *K*

circumueniat per philosophiam et inanem seductionem secundum elementa huius mundi et non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter; hoc est nihil indigere ad salutem eum, qui credit in Christum, sed illi hoc abundare, quia plenitudo diuinitatis in fide eius est. et iterum in eadem epistula inter cetera ait: nemo uos seducat in humiliatione cordis et in superstitione angelorum, quae uidet extollens se, frustra inflatus mente carnis suae et non tenens caput, ex quo omne corpus subministratum et productum crescit in crementum dei. si itaque credentes in Christum caput totius principatus et potestatis uenerantur, nullius indigent, sed totum, quod ad salutem opus est, habent, nihil illis oberit inferiora, quae ad salutem nihil conferunt, nescire, quando id quod necessarium est norunt. huius modi ergo totum scire dicendi sunt, qui hoc sciunt, quod illis proficiat ad salutem.

2. Est etiam illud, quia in saluatore omnes thesauri sapientiae et scientiae sunt absconditi. omnia enim sacramenta paterna ipsi sunt cognita et omnem creaturam ipse metitur; et nec pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio et nemo scit quae sunt in deo nisi spiritus dei, qui est et Christi. quo modo ergo diem et horam nescire dicendus est futuri iudicii, cuius spiritus quae in deo sunt nouit, de quo dixit quia de eius accepit? si ergo qui de eius accepit nouit quae futura sunt, quo modo nescit Christus, qui nobis misit spiritum sanctum? et potest fieri ut iudex nesciat

7 Col. 2, 18. 19 17 cf. Col. 2, 3 20 Ioh. 5, 22 21 I Cor. 2, 11 22 cf. Marc. 13, 32 23 cf. I Cor. 2, 11 24 cf. Ioh. 16, 15

3 ipso] Christo *Ka* habitat *K* diuinitatis *om. a* 5 sed] et *Ka* 7 inducat *K* obducat *a* humiliatione *scripsi* humiliationem *DKa* 8 in *om. Ka* superstitionem *a* super institutione *K* uidet] *in ras.* non uidet *K* se *om. K* 11 incrementum *a* itaque (taque *in ras.*) *D* 14 oberunt *D* conferunt nihil (*corr.*) *D* 18 absconditi *om. K* 22 diem] et diem *a* 23 fut. iud. nesc. dic. est *a* 24 de quo] quem *Ka* eius (*corr.* suo) *K utroque loco* 25 nescit] non sciet *Ka* 26 nobis *om. a*

diem futuri iudicii, quippe cum omnia signa dederit quando speretur? forte etiam hos dicatur uere nescire, quibus dicet: amen dico uobis, quod nescio uos. nec uirgines stultas et inprouidas dicetur nescire, quia dixit etiam — ipsis dicentibus: domine, domine, aperi nobis —: amen dico uobis, quod nescio uos. causa ergo est ut dicat se nescire quod scit. denique sic ait: uigilate itaque, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus est. ut ergo sollicitos nos et uigilantes faceret, interrogatus nescire se dixit diem et horam futuri iudicii, sed ut nobis prodesset, negauit se scire quod scit. ignorantibus ergo nobis quid prodest nobis — scire enim uolumus quod, si scierimus, oberit nobis —, Christus [autem], prouisor salutis nostrae, ne audiremus quod contra nos esset, dixit se nescire. numquid, si alicui in dolore posito gladium poscenti, ut se perimat, qui habet respondeat se non habere, mendacii arguendus erit negans, quod, si non neget, sciat contrarium?

LXVIII = LXXXII

3 Matth. 25, 12. cf. Luc. 13, 25 5 Matth. 25, 11 Matth. 25, 12 7 Matth. 24, 42

2 hos eciam *K* dicatur] dicat *D* dicet] dixit *K* dicit *a* 3 quod *om. K* 4 dicitur *K* nescire] scire *Ka* 5 quod] quia *K om. a* 7 itaque *om. Ka* 8 uester *om. K* est] *in ras. K* sit *a* 9 se nescire *K* 11 prosit *Ka* enim] omnino *a* 12 autem *seclusi* 13 esset] est *K*

LXVIIII. SALUATOR AIT: 'QUI NON RELIQUERIT OMNIA SUA', ID EST DOMUM ET AGRUM ET CETERA, 'NON POTEST MEUS DISCIPULUS ESSE' ET CONTRA EUANGELISTA: 'UENIT,' INQUIT, 'IOSEPH AB ARIMATHIA, HOMO DIUES, QUI ET IPSE DISCIPULUS ERAT IESU, EXPECTANS REGNUM DEI': QUID EST UT EUANGELISTA PROFITEATUR DISCIPULUM EUM, QUEM SALUATOR NEGAUIT? NAM ET ZACHEUS DIUES ERAT ET CORNELIUS CENTURIO DIUES ET MULIERES, QUAE ILLI MINISTRABANT DE FACULTATIBUS SUIS.

Hunc sensum paucis absoluit apostolus dicens: qui habent, quasi non habentes sint et, qui utuntur hoc saeculo, quasi non utantur et, qui emunt, tamquam non possidentes. qui ergo haec sic habet, quasi non habeat, reliquisse uidetur. quando enim non praesumit de his neque se iactat, sed humiliter incedit non tantum habitu, sed et mente, dispensatorem se harum et ministrum datum intellegens omnia sua reliquisse uidetur. hoc enim relinqui dicitur, quod a desiderio recedit et gratiam non habet.

LXX. QUID EST UT SALUATOR DICAT MARIAE UOLENTI SE TANGERE CAUSA GAUDII: 'NOLI ME TANGERE; NONDUM ENIM ASCENDI AD PATREM', CUM LEGATUR A CETERIS MULIERIBUS ET TACTUS ET ADORATUS?

1. Indignantis uerba sunt dicentis: noli me tangere. quamuis enim desideraret saluatorem, aliis tamen resurrectionem eius credentibus haec ad monumentum stabat plorans, quam iam gaudere oportuerat. audierat enim a Iohanne et Petro apostolis

1 Luc. 14, 33 4 Matth. 27, 57. cf. Luc. 23, 51 9 cf. Luc. 8. 3 11 I Cor. 7, 29. 31. 30 21. 24 Ioh. 20, 17 23 cf. Matth. 9, 20. Luc. 7, 38 26 cf. Ioh. 20, 11

1 qui] si quis *a* 7 eum discipulum *a* 8 *pr.* et *om. K* dines et mulieres quae illi (illis *a*) ministrabant de facultatibus suis *Ka* et reliqua *D* 17 datum *om. a* 23 *pr.* et *om. D* et adoratus *om. D* 25 saluatorem *om.* (*add. s. l.*) *D*

resurrexisse dominum. sic enim habes: et uidit linteamina et sudarium in unum locum et credidit; nondum enim sciebant scripturas, quia oporteret eum a mortuis resurgere. sed Maria, quia non illum uiderat resurrexisse, non credebat. nimius enim amor dubitare illam faciebat. deniqu quos diligimus, si incommodum patiantur, non eos euadere credimus; quos autem odimus, si iam prope morti sint, incredulum nobis est. Mariae ergo, quoniam obstupuerat et maerorem patiebatur prae amore, quam oportuerat sequi discipulorum fidem, primum se ostendit dominus, ut desineret a maerore, non tamen sine indignatione. hinc audit: noli me tangere, hoc est: 'carnalem sensum sequeris, a quo abstine te et spiritalia sequere, quae non uidentur'. nondum enim, inquit, ascendi ad patrem.

2. Tale est hoc, quale illud Iohannis baptistae mittentis discipulos suos ad Iesum et dicentis: ite et dicite: Iohannes baptista misit nos ad te dicens: tu es, qui uenturus es, an alium expectamus? sub sua persona discipulorum suorum agit causam. nec enim Iohannes dubitabat, qui dixerat: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi, sed ut discipulis suis satis faceret, mittit illos suis uerbis, ut saluatoris ore firmaret, quod ipse de illo docebat, ut post excessum suum sine dubitatione aliqua discipuli sui Christum sequerentur. ita et saluator in se Mariam arguit dicens: nondum ascendi ad patrem, id est: 'adhuc cor tuum humi pressum est, quae, si non uides, non credis'. si enim ad deum cor eleuasset, resurrexisse dominum cum discipulis credidisset.

1 Ioh. 20, 6—9 11 Ioh. 20, 17 13. 24 Ioh. 20, 17 16 Luc. 7, 20 20 Ioh. 1, 29

3 sciebat scripturam *Ka* oportebat *Ka* 4 uidebat *Ka* 7 mortem *Ka* 8 maria *DK* 9 propter amorem *K* per amorem *a* 12 quaeris *Ka* a quo *om. Ka* 15 Ioh.] beati Ioh. *a* 16 et *alt. om. c* 20 peccata *Ka* 26 quae] quem *a* credes *a*

LXXI. QUID EST QUOD SALUATOR AIT: 'EGO SUM IANUA; QUI ANTE ME FUERUNT, FURES SUNT ET LATRONES'? QUOD DICTUM UIDETUR PROPHETAS PULSARE.

1. Quia nemo uadit ad deum patrem nisi per fidem Christi, idcirco se ianuam dicit saluator regni caelorum. si ergo ianuae uerbis utitur, quid opus erat ut de anterioribus diceret: quotquot ante me fuerunt, cum nulla quaestio de praeteritis uerteretur, sed utique quasi praesens ianua de praesentibus quereretur? de Iudaeis enim dicit saluator, qui non per fidem, sed per iustitiam legis in regnum dei se intrare putabant. ante saluatorem enim uenientes, id est ante illum stantes obtrectabant ei contradicentes, ut etiam alios a fide eius auerterent, unde fures et latrones appellati sunt. nam eo tempore haec dicta sunt, quo Pharisaei disceptabant cum illo, qui erat ex caeco, cui saluator oculos reddidit, quos natura negauerat, quem uolebant a fide saluatoris auertere dicentes non per hanc posse, quia sabbatum uiolat, sed per iustitiam legis intrari in regnum dei. tunc saluator: ego sum, inquit, ianua. per me si quis introibit, saluabitur et pascua inueniet; si quis autem aliunde intrare uoluerit, ille fur est et latro.

2. Quo modo hoc ad personam pertinet prophetarum? numquid prophetae fuerunt fures et latrones? numquid prophetarum Christi doctrina per iustitiam legis sine fide deum promereri posse dicebat, qui Christum in carne uenturum scierunt? hoc ergo de praesentibus dixit, ut quicumque ante

1 Ioh. 10, 7—8 5 cf. Ioh. 14, 6 7 Ioh. 10, 8 11. 24 cf. Rom. 9, 31 etc. 18 cf. Ioh. 9, 16 19 Ioh. 10, 9 20 Ioh. 10, 1

7 quotquor (*corr.*) *D* 8 questio *D* 10 quaereretur *Ka* 11 regno *D* 16 cęcus *D* ex caeco illuminatus *a* 18 hunc *K* intrare *a* 20 sal uabitur et *D* utro solet itaque et ege•t (?) *K om. a* 23 fuerunt fures et latrones numquid prophetae *om. K* (*add. m2 s. l.* hoc etc. [?]), *a* prophetarum] *om. K* prophetae contra *a* 24 doctrinam *a* fide *om. D* 25 dicebat *Engelbrecht* dicebant *DKa* uenturum *om. a*

ipsum fuerunt astantes uel sedentes fures intellegantur et latrones. seuocantes enim illum, qui fuerat caecus, uolebant eum a fide saluatoris auertere dicentes: da honorem deo; nos scimus quia hic homo peccator est, quos ille arguit dicens: a saeculo numquam fuit auditum quia aperuit quis oculos caeci nati. nisi hic esset a deo, non poterat facere quicquam. de hoc ergo, quia perseuerauit in fide, et de illis, qui dixerunt: haec uerba non sunt daemonium habentis; numquid potest daemonium caecorum oculos aperire? dixit saluator: sed non audierunt eos oues, illos utique, quos fures ac latrones appellauit. nam quo modo non audierunt prophetas oues, cum constet in scripturis omnes bonos oboedire prophetis et malos pseudoprophetis?

(II nou. 54) LXXII. APOSTOLUS DICIT CHRISTUM PRO OMNIBUS MORTUUM ESSE; SIC ENIM AIT: 'ERGO OMNES MORTUI SUNT ET PRO OMNIBUS MORTUUS EST', IPSE UERO DOMINUS AIT: 'UENIT FILIUS HOMINIS DARE ANIMAM SUAM REDEMPTIONEM PRO MULTIS': HOC MODO CONTRARIUM.

Uerba quidem diuersa sunt, sed unus est sensus, quo modo iterum uerba eadem diuersum habent sensum, ut puta: quod non est ex fide, peccatum est et: lex, ait, non est ex fide, nec tamen peccatum est. hos ergo, quos 'multos' dixit saluator, ipsos apostolus 'omnes' significauit. multi enim sunt, quia maxima pars ex omni populo et gente creditura est saluatori. istos apostolus credentes 'omnes' nuncupauit; sic enim

3 Ioh. 9, 24 5 Ioh. 9, 32. 33 8 Ioh. 10, 21 10 Ioh. 10, 8
15 II Cor. 5, 14. 15 17 Matth. 20, 28 21 Rom. 14, 23 22 Gal. 3, 12

2 euocantes *D* 5 fuit *om. a* quod aperuerit *a* 11 ac] et *Ka* 12 in *om. Ka* 13 oboedisse *Ka* malos (os *in ras.*) *D* pseudo prophetis *DK* 15 ait] dicit *K* 18 suam] *add.* dare *D* 20 sunt diuersa *K* 21 quod] omne quod *Ka* 22 et—peccatum est *om. D* 23 saluator dixit *K* 24 significat *K* 25 credita *a*

inter cetera ait: et pro omnibus mortuus est, his utique, qui crediderunt et credituri sunt. est etiam et pro ipsis mortuus, qui credere nolunt, sed dum illi beneficium non recipiunt, nolunt pro se mortuum esse Christum, ac per hoc non uidetur mortuus pro his, quibus nihil profuit, sed magis obfuit. pro his autem rite mortuus dicitur, quibus adquisita uictoria est, qui intellegentes mysterium deo gratias referunt per Christum dominum nostrum.

irt. 6) LXXIII. QUID EST UT DAUID DICAT: 'CONFUNDANTUR ET ERUBESCANT QUI DICUNT MIHI: 'EUGE, EUGE', DOMINUS AUTEM: 'EUGE', INQUIT, 'SERUE BONE ET FIDELIS', ET CETERA? QUOD DAUID PRO PROBRO ET MALO ACCEPIT, HOC SALUATOR BONIS MERITIS DIGNUM OSTENDIT?

Non ualde illud discrepat a superiore quaestione. unum enim uerbum diuersas habet significationes, sicut supra memoraui. obtrectatores enim Dauid, cum exitiis eius fauerent, gratulabantur malis eius. dum enim ille pressuras et angustias pateretur a Saul et a filio suo Abessalon, illi recte et bene fieri dicebant. tale est si aliquis dicat de eo, qui iniurias patitur: 'bene illi hoc est, gaudere in malis', hoc est dicere: 'recte illi fit; sic enim meretur'. simili modo et saluator laetus in bonis operibus meritum hominis pronuntiat dicens: euge, bone serue et fidelis. exultat enim, quia seruus digniorem se fecit, dicens: 'bene', hoc est: 'recte egisti, uti maius meritum conlocares'. unum igitur uerbum duabus contrariis causis aptatur. nam

1 II Cor. 5, 15 9 Ps. 69, 4 11. 23 Matth. 25, 21. 23 16 Quaest. 72

1 et *om. a* 5 proficit *K* officit *Ka* 9 ut *om.* (*add. s. l.*) *D* 11 inquit euge *K* 12 Dauid] dauid quod *D* probro et *om. Ka* 15 istud *Ka* 16 sicut supra memoraui *om. K* 17 excessibus *K* 19 a *alt. om. Ka* Absalon *Ka* 22 laetus] hoc loco *in ras. K* 23 serue bone *Ka* 24 quia (a *in ras.*) *D* facit *K* 25 bene] serue (*add.* euge *s. l.*) *K* uti] utinam *Ka* maius] ibi *K* 26 causis causis (*alt. eras.*) *D*

solemus de aliquo dicere: 'adiudicatus est', sed quo modo dicatur, causa aut subsequens aut praedicta declarat; aliquando enim ad bonum dicitur, aliquando ad malum, sicut et concupiscentia aliquando ad bonum, aliquando ad malum aptatur.

LXXIIII = XCVIIII

(II nou. 46) LXXV. APOSTOLUS LEGEM DATAM A MOYSE SANCTAM ET IUSTAM ET BONAM ET SPIRITALEM APPELLAT ET ALIBI DICIT: 'LEX ENIM IRAM OPERATUR' ET: 'UBI NON EST LEX, NEC PRAEUARICATIO'. SINE HIS ENIM ESSE SECURITAS EST.

1. Ipsa dicta conferens satis tibi debueras facere. nam sic solent dubii facere quaestiones, ut unius dicta et quem fas non est reprehendere repugnantia et inimica quaerantur. si enim apostolus legem sanctam et iustam et bonam et spiritalem uocat, uir omni laude praecipuus et undique ueritate munitus, sufficeret hoc ad fidem; et de hoc quod uidetur contrarium sine obstinatione quaerendum erat.

2. Propositio enim haec inpunitatem peccandi uult. nam apostolus utique, cum legem fidei pro merito temporis et gratia praeferret apud Romanos, qui sub fide Christi in legem fuerant inducti — 'in legem' dico, non eam quae naturalis est (nam utique in lege erant Romani, quam utique de Athenis decem uiri missi et post alii duo adtulerant, quae in duabus tabulis scripta erat, quae in Capitolio obrutae sunt), sed eandem, quae factorum appellatur, ut circumciderentur, sabba-

6. 14 cf. Rom. 7, 12. 14 8 Rom. 4, 15 22 cf. Liu. III 32, 6. 37, 4

2 praedicta *scripsi* praedicatum *D* praedicata *K* praedicatio *a* 6 et *ante* sanctam *add. Ka* 9 hiis *K* enim his *a* 12 quae *D* 13 quęratur *D* 16 et de hoc *om. K* uidetur] *add.* autem de uerbo *K add.* in uerbis *a* 17 obstinatione] *add.* pie *K add.* et inuidentia *a* 19 temporis merito *Ka* 22 lege *scripsi* legem *DKa* 23 attulerunt *Ka* 24 erat] est *Ka* 25 eandem *scripsi* eadem *DK* eam *a*

tum obseruarent et neomenias, discernerent escas, circa mundanda uasa essent solliciti, et cetera, quae continentur in lege huius modi —, hanc ergo legem dicit iram operari. propterea enim irato deo addita sunt haec, ut oneri essent perfidiae Iudaeorum; de tantis enim necesse est ut aliquid praetereat. unde apostolus Petrus: quid, inquit, inponitis iugum super ceruicem fratrum, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare? denique dicit deus per Hieremiam prophetam: dedi illis praecepta non bona. post offensiones enim multas et temptationes in deum et contumelias factas Moysi et detractiones factas de deo haec data sunt, quae obseruarent, ut premeretur dura ceruix eorum et, quocumque se uerterent, legem haberent, ut nullum eis esset refrigerium.

3. Ut ergo ab hac illos lege tolleret apostolus: ubi, ait, non est lex, nec praeuaricatio, ut securi per conpendium possint deo seruire spiritaliter, 'quia', inquit, 'legem Iudaeorum seruantes necesse est ut praeuaricetis; tanta enim sunt praecepta, quae impleri inpossibile est'.

4. Nam quo modo de ista lege diceret, quae naturalis est? — quam Moyses ideo scripsit, ut auctoritatem illius firmaret, non quia ante non erat, cum legamus uindicatum esse ante Moysen —, sed ut exponeret Romanos non debere uiuere iam sub lege, quos sub lege agere expediebat; non aliter enim possent seruare iustitiam. denique dicit ad eos: uis non timere potestatem? bonum fac et: qui contemnunt, ipsi sibi damnationem adquirunt.

5. Spiritalem ergo hanc legem dicit, quam et sanctam et

3 cf. Rom. 4, 15 6 Act. 15, 10 9 Ezech. 20, 25 15 Rom. 4, 15 22 cf. Gen. 7, 21. 19, 24 sqq. 25 Rom. 13, 3 26 Rom. 13, 2 28 cf. Rom. 7, 14. 12

1 et *om. a* munienda *D* 3 operare *D* 10 enim offensiones *Ka* 11 factas *alt. om. Ka* 13 conuerterent *Ka* 15 ubi *om. a* 21 quam] nam *Ka* 23 romanis *Ka* 24 nec *Ka* posset seruari iustitia *a*

iustam et bonam ostendit. haec est, quam naturalem diximus, quae prohibet peccari; dux est enim bonae uitae. huic addita lex fidei perfectum hominem facit. nam quia communi nomine nuncupatur lex haec, quam naturalem dixi, et illa, quae factorum lex dicitur, contra legem loqui uidetur apostolus, ⟨sed⟩ ne hanc inanire uideretur, sine qua uita haec gubernari non potest, dicit: scimus quia lex spiritalis est, ut illam, quam inanit, legem sabbati et circumcisionis et escarum et neomeniarum sciretur. illa enim idcirco spiritalis dicitur, quia omnia deponit peccata.

(II uet. 11) LXXVI. SI PROPTER DIFFIDENTIAM ET DETRACTIONES DURA ACCEPERUNT IUDAEI MANDATA, QUID PECCAUERANT FILII EORUM, UT ETIAM IPSI HIS MANDATIS ADSTRINGERENTUR?

Patribus data est lex, quae filiis similibus oneri esset. nam postea non minus, sed forte amplius in deum peccauerunt quam patres illorum. praescius enim deus filiis magis hanc legem dedit, quia illi omnes in heremo obierunt.

(II nou. 86) LXXVII. CUM SALUATOR DICAT: 'EGO PRO EIS ROGO. QUOS MIHI DEDISTI, NON PRO MUNDO ROGO', IOHANNES APOSTOLUS CONTRA: 'HABEMUS', INQUIT, 'ADUOCATUM APUD PATREM, DEPRECATOREM PRO PECCATIS NOSTRIS, ET NON SOLUM PRO NOSTRIS, SED PRO UNIUERSO MUNDO': HOC CONTRARIUM UIDETUR.

Quamuis non longe discrepet sensus, tamen aliud est, quod dicit saluator, et aliud, quod adfirmat apostolus Iohannes. nam saluator rogat pro discipulis, ut a mali infestatione tuti prae-

7 Rom. 7, 14 19 Ioh. 17, 9 21 I Ioh. 2, 1. 2

2 peccare *Ka* 3 lege *a* 4 illa] haec *K* 5 sed *add. a, om. DK* 6 exinanire *D* 7 exinanit *D* 8 lex *Ka* neomeniorum *D* 9 deponit] punit *Ka* 12 dura] dum *a* acceperant *a* quia *Da* 15 lex est *Ka* 26 firmat *a*

stentur. denique sic dicit: non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. apostolus autem Iohannes aliud genus precationis inducit; ait namque: habemus aduocatum, qui postulat pro peccatis nostris et totius mundi. pro Christianis ergo duplici genere postulat, quia et pro peccatis illorum orat et ut tuti a diaboli infestatione praestentur. pro his autem, qui non credunt, haec sola deprecatio est, ut, cum pro peccatis suis et perfidia plecti merentur, bonitas et patientia dei expectet illos, si forte uelint corrigi. nec enim postulat ut ignoscantur illis peccata diffidentibus, sed ut dilationem accipiant longam, ut, si se emendauerint, dimittantur illis delicta. hoc ergo postulat pro illis saluator, quod diximus.

ou. 26) LXXVIII. IN EUANGELIO LEGIMUS ANGELUM DICERE AD MARIAM MATREM DOMINI, QUOD 'REGNI EIUS', ID EST CHRISTI, 'NON ERIT FINIS' ET DANIHEL EODEM SENSU DICIT DE HOC; AIT ENIM: 'TUNC EXURGET REGNUM AETERNUM, QUOD NUMQUAM CORRUMPETUR', CONTRA APOSTOLUS DE DOMINO: 'CUM TRADIDIT' INQUIT, 'REGNUM DEO ET PATRI'. QUO MODO REGNUM AETERNUM HABEBIT, QUOD TRADITURUS DICITUR DEO ET PATRI?

1. In causa patris et filii, id est dei et Christi, traditio, non abolitio intellegitur. considera enim quo modo pater tradiderit filio regnum ipso hoc domino protestante: omnia enim, inquit, mihi tradita sunt a patre meo. si pater ergo desiit habere, cum tradidit, potest et de saluatore dici quia, cum tradidit,

1 Ioh. 17, 15 3 I Ioh. 1, 1. 2 16 Luc. 1, 33 18 Dan. 2, 44 20 I Cor. 15, 24 26 Matth. 11, 27

5 postulatur *Ka* 6 oratur *Ka* 8 mererentur *a* 9 dei *om. a* uellent *a* 10 non *a* postulatur *Ka* 17 eodem sensu] eadem *a* 18 de hoc *om. a* ait enim *om. D* 19 in ęternum *a* 20 tradiderit *Ka* 26 hęc *a* prestante *D*

amisit. nam filius, postquam traditum sibi a patre regnum dixit, patrem adhuc praeferens ait: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum et uerum deum et quem misisti Iesum Christum. secundum hunc igitur sensum et filius non amittit regnum cum tradit, ut haec uera sint, et angelus et Danihel non discrepare ab hoc sensu dicuntur. qui enim horum testimonium detractandum putat, perfidia plenus est.

2. Sed nunc uideamus manentes in hac fide, quid sit tradere filium patri regnum; hoc est enim, quod inter cetera alio loco dicit apostolus: tunc et ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit ei omnia, ut sit deus omnia in omnibus. subiectio ergo haec ipsa est traditio regni. itaque hoc loco interpretatio uidetur necessaria, ut et subiectus patri filius non negetur et nihilo minus aeternum regnum habere dicatur, hoc est regnum filii, quia in nomine eius omnia genua flectuntur, caelestia, terrestria et inferna. quod etiam adfirmat Petrus apostolus dicens: non est aliud nomen datum sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri. et ipse dominus discipulis ait: usque modo non petistis quicquam in nomine meo: petite et egó faciam. sic regnat filius, cum omnia in nomine eius saluantur et dantur quae postulantur usque ad finem mundi.

3. Postquam uero omnia Christum fuerint confessa, siue ui siue uoluntate, et substrata potentiae eius, cui restiterant, mysterium unius dei cunctis manifestabitur et omnis gratiarum actio referetur ad patrem, ex quo sunt omnia, ut cessante praedicatione unus deus sciatur in mysterio trinitatis. cum

2 Ioh. 17, 3 11 I Cor. 15, 28 16 cf. Phil. 2, 10 18 Act. 4, 12 20 Ioh. 16, 24 25 cf. Col. 2, 2 26 cf. I Cor. 8, 6

1 traditum *bis (pr. eras.) D* 6 dicantur *Ka* 7 horum enim *Ka* detractandum *D* (d *pr. in ras.*) retractandum *Ka* 10 enim est *a* 11 filius *om. Ka* 13 igitur *a* 16 eius] Iesu *a* genu *D* 17 firmat *a* 19 nos *om. a* saluum *a* 20 non *D* nihil *Ka* quicquam *om. Ka* 21 et *om. a* 24 substructa *a* potentia *a* 26 a patre *a*

enim omnes potestates et principatus et dominationes Christo genu flexerint, tunc filius manifestabit non se esse, a quo sunt omnia, sed filium eius et illum in se uideri. haec est subiectio et regni traditio. ostendens enim patrem esse, a quo sunt omnia, subicit se illi, cum de eo se dicit esse. tanta enim claritas et maiestas in aduentu filii uidebitur, ut omnes potentiae et chori angelorum hunc singularem putent deum. saluator autem, cum se non illum esse dixerit, qui dicitur pater, sed filium eius, regnans tradit regnum patri. in hac re manifestata est et subiectio et regni traditio, quia, cum a patre se profitetur esse, quicquid habet, patris esse fatetur omnem summam referens ad eum.

LXXVIIII = LXXXIII

LXXX. QUID OPUS ERAT UT GALATAS ARGUENS APOSTOLUS HOC INTERPONERET — GALATIS ENIM POST EUANGELIUM AD LEGEM CONFUGIENTIBUS INTER CETERA AIT: 'MEDIATOR ENIM UNIUS NON EST, DEUS AUTEM UNUS EST' —, QUASI GALATAE UNUM DEUM NEGARENT, QUIPPE CUM HAC RATIONE INDUCTI ⟨SINT⟩ IN LEGE, UT UNUM DEUM ET SINGULAREM CREDERENT, CHRISTUM AUTEM MINISTRUM TANTUM EX PRAEDESTINATIONE UENISSE AD DISPENSANDUM DONUM GRATIAE DEI?

1. Manifestum est sic inductos Galatas in legem fuisse, ut et Christum profiterentur, sed non sicut dignum est, sed more Fotini, ut, quia unum deum lex praedicat, contra legem sit, si Christus deus dicatur. hoc commentum Iudaeorum est, qui magnalibus uirtutum uicti crediderunt post crucem Christum, ita

1 cf. Col. 1, 16 .2. 4 cf. I Cor. 8, 6 6 cf. Te Deum Laudamus 3 17 Gal. 3, 20

1 et *pr.*] omnes *a* 3 uidere *D* 5 subiecit *Ka* maiestas et claritas *a* 10 cum] cum et *Ka* 11 confitetur esse *a* 17 autem *a* 19 inducti *om. a* sint *addidi, om. DKa* 20 lege] *add.* fuissent *a* ut] et *K* 24 est *om. a* 28 Christi *Ka*

ut profitentes Christum legem tamen seruarent, quasi non esset omnis spes in Christo ponenda. hi sunt, quos apostolus falsos fratres appellat. isti ergo post apostolorum traditionem Galatarum sensum corruperant, ita ut Iudaeos eos facerent sub nomine saluatoris. hinc apostolus Christum dicit uenisse arbitrum circumcisionis et praeputii, sicut dicit ad Ephesios: in uno nouo homine faciens pacem. si ergo arbiter uenit Christus, arbiter autem sic facit pacem inter duos, ut nouam regulam ponat, auferens ambobus professiones reconciliat eos, ut eius sententiam secuti amittant discordiam pristinam. Iudaeo enim circumcisionem uindicante et gentili praeputium discordia fit; cum uero hoc aufertur, fit pax.

2. 'Si igitur sic se haec habent, quo modo uos,' inquit, 'Galatae Iudaei facti Christi arbitrium corrumpitis?' ideo dixit illis: euacuati estis a Christo. ius enim reconciliationis, quod inter eos constituerat, spernentes ad pristinum Iudaeorum sensum conuersi sunt, accusantes tam se quam reconciliatorem; omne enim quod displicet accusatur. et quoniam haec res Galatas ad legem conuerti coegerat, ut unum deum sine mysterio faterentur, quasi legi esset inimicum, si Christus deus diceretur, dicit: 'arbiter, hoc est mediator, unius non est — sed duorum utique; uos autem conuersi ad legem arbitrum recusastis —, deus tamen unus est.' quo dicto non sic se Christum deum praedicare testatur, ut alterum deum faceret aut duos profiteretur, sed unum esse deum, sicut et in lege dictum est, quia, cum Christus de deo deus praedicatur, non ad alterum proficit deum, quia quod de deo est non se permittit alterum

3 cf. Gal. 2, 4 6 Eph. 2, 15 14 Gal. 5, 4 21 Gal. 3, 20 23 Gal. 3, 20 25 cf. Ex. 20, 3 etc. 26 cf. Symb. Nicaen. teste Tomo Damasi (*Eccl. Occid. Mon. ed. Turner I 283*)

2 omnis *om. a* Hii *D* 9 professiones] et *add. D* 10 iudeorum *D* 11 circumcisione *D* iudicante *D* indicante *a* praeputio *D* 12 hoc] ambobus *K add.* ambobus *a* 14 illis *om. K* 16 spernebant (ebant *in ras*) *K* Iudaeorum pristinum *K* 17 sunt *om. K* 23 quo dicto non] Quod dicit (non *add. s. l. m2*) *K* Non dicit *a* deum *om. K* 24 testatur *om. Ka* 26 Christus cum *Ka* 27 quod] qui *a*

deum dici. siue enim deus, siue. quod de deo est, unus est deus. nihil enim utique distat inter deum et quod de deo est; est enim alter. ipse enim alter propter personam, qua filius nuncupatur, ipse uero idem propter unitatem substantiae. ne reprehensibile uideatur quia 'personam' dixi; solent enim quidam abnuere, sed apostolum sequamur qui ait: nam quod donaui, si quid donaui, propter uos in persona Christi.

(Ioh. 20) LXXXI. SALUATOR, CUM SE PASSURUM DICERET ET POST TERTIUM DIEM RESURRECTURUM, ADIECIT: 'ET POSTQUAM RESURREXERO, PRAECEDAM UOS IN GALILEAM; IBI ME UIDEBITIS'. ET ANGELUS MULIERIBUS SIMILITER. CUM INUENIATUR A MULIERIBUS ET A DISCIPULIS SUIS UISUS IN HIERUSALEM.

Uerba saluatoris retractare infidelis est, sed te uideo non de uerbis saluatoris dubitare, sed sensum requirere, quare, cum in Hierosolymis post passionem suam uisus sit, dixit se in Galilea ab his uideri. cum in Hierosolyma uisus est, sed particulatim ad recreandos animos discipulorum, in Galilea uero ab omnibus simul, ergo qui in Hierusalem uisuri illum erant per partes, in Galilea illis constituit, ut simul omnibus appareret et ad ordinandam disciplinam daret praecepta.

6 II Cor. 2, 10 8 cf. Matth. 17, 23 etc. 9 Matth. 26, 32 11 cf. Matth. 28, 7 12 cf. Matth. 28, 9. Luc. 24, 15. 34. 36 etc. 20 cf. Ioh. 20, 1 sqq.

3 est enim alter. ipse enim alter] (*m1 in ras.* Non est enim alter) sed alius *K* qua] quia *D* 4 ipse *om. K* idem uero *K* idem *om. a* 5 enim] *add.* hoc *a* quidam] *add.* hoc *K* 6 sequimur *K* 7 personam *Da* 12 cum] *add.* tamen *a* 13 uisus *om. a* 15 dubitari *D* 16 galileam *D* Galilaeam (?) *a* 17 cum *om. Ka* ierosolimam *D* 18 galileam *DK* omnibus. Simul *DK* 20 Galilaeam *a*

(II mixt. 11) LXXXII. NON ESSE CONTRISTANDUM DE MORTUIS PAULUS APOSTOLUS SIGNAT; NAM DESPERANTUM EST CONTRISTARI ET IPSE: 'INFIRMUS', INQUIT DE EPAFRODITO. 'FUIT PROPE MORTEM. SED DEUS MISERTUS EST ILLI; NON SOLUM AUTEM ILLI, SED ET MIHI, NE TRISTITIAM SUPER TRISTITIAM HABEREM'. QUO MODO CONTRISTANDUM UETAT, CUM IPSE CONTRISTANDUM SE, SI MORTUUS FUISSET, DECLARAT?

Aliter se de morte Epafroditi, si prouenisset, contristandum significauit apostolus et aliter prohibet contristandum. nam hic propter solacium adiutorii eius, quo utebatur in euangelio, si mortuus fuisset, contristandum se dixit; nos autem sic contristari prohibet, ne obitos quasi exstinctos et perditos lugeamus desperantes de resurrectione. aliud est igitur solacium requirere quasi absentis et aliud dolere interitum iam non futuri. hic cessat consolatio, illic excluditur desperatio.

(II nou. 63) LXXXIII. QUID EST UT, CUM APOSTOLI OMNES CURAS SIBI OBLATAS SANASSENT, PROPRIIS TAMEN INFIRMIS MEDELLAM NON DEDERINT? NAM UTIQUE EPAFRODITUS USQUE AD MORTEM NON AEGROTASSET, SI INTERCESSIO APOSTOLI FUISSET AUDITA. QUIS ENIM DUBITET ORASSE HOC SAEPE APOSTOLUM ET NON IMPETRASSE? SI ENIM AUDITUS FUISSET, STATIM INFIRMITAS FUISSET ADEMPTA.

Signa et uirtutes idcirco ab apostolis factae sunt, ut infidelitas cogeretur ad fidem, ut uidentes facta, quae hominibus inpossibilia sunt, dei ex hoc esse praedicationem agnoscerent et rationem esse in fide uirtute probarent, ut, quoniam uerbis

1 cf. I Thess. 4, 12. 13 3 Phil. 2, 27 20 cf. Phil. 2, 27

2 desperantium *Ka* 3 inquit infirmus *D* 9 se *om a* 10 apostolus *om. Ka* 11 hic] hoc *Ka* 15 quasi *om. K* 17 ut *om. K* 22 apostolo *D* 25 facta *K* 27 esse *om. K* 28 ut] Et *K*

semper contradicitur, testis uirtus posita est, cui cum uerba cedunt, rationem esse in fide significat, quae uerbis exprimi non potest. inter fideles igitur non iam signa et prodigia sunt necessaria, sed spes firma. postquam enim discitur uera esse quae promissa sunt, ad hoc se armat animus, ut spretis praesentibus futuris dignus existat meritum sibi conlocans per laborem hoc Salomone testante, qui ait: fili, accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem. quoniam temptationibus proficit homo, haec data sunt monita. unde apostolus: per tribulationes, inquit, oportet nos intrare in regnum dei. hae tribulationum temptationes diuersis modis accidunt, ut perseuerans animus in accepta fide possit coronari. non solum enim in fide temptatur homo, sed et in aegritudine et in damno et in persecutione et in morte carorum, ut, si in his passionibus ad auxilium daemoniorum non fuerit abductus, sine sanguinis pretio mercetur martyrium. non ergo ad dispendium Epafroditi non impetrauit apostolus quod petiit, sed ad profectum, quia et in sua causa, cum postulasset, audiuit: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur.

LXXXIIII = XCV
LXXXV = LXXI
LXXXVI = LXXXIIII
LXXXVII = LXXXVIIII
LXXXVIII = XC
LXXXVIIII. XC = XCII. XCIII
XCI = XCVI

XCII. DE AETERNITATE FILII.

1. Quoniam sunt quidam, qui nondum adhuc discussa erroris caligine nec purgata uel detersa ueternosae uitae carie terreno

7 Eccli. 2, 1 10 Act. 14, 22 19 II Cor. 12, 9

1 contrahitur *a* 3 iam *om. a* 4 discitur] dicitur (*corr.* docentia) *K* 9 temptatiõnem, quoniam *K* 10 homo. Haec *K* per] *add.* multas *s. l. K* 13 perseuerantis *a* 16 adductus *Ka* 20 nam] uera *a* 30 carię *D*

sensu aestimantes dubitant uel de dei filio uel duos unum esse — perfida enim et contumax natio Iudaeorum, quibus fons legis et sacramentorum thesauri patuerunt, non ambigit, sed nefariis pernegat uocibus —, breuiter, quantum tractatus contractior patitur, edisseram. spes enim ignorantibus, si uelint discere, integra dimittitur; poena dissimulantibus perpetua destinatur.

2. Deus omnipotens, cum magnitudine ac bonitate praestantior sit, magnum aliquid et maxime bonum edere ex se atque exhibere debuerat, sed, si quid edidisset quod contra modum excellentiae suae foret. aut non potuisse amplius — quod in omnipotentem non cadit — aut noluisse — quod in benignissimum — uideretur. certe in summo deo grande non fuerat fecisse quod intra se positum uim plenae summitatis non esset habiturum. super se ergo nihil erat — nihil est enim quod deum uincat —, infra se parum fuerat, quia minus maximo non congruebat. simillimum itaque suum filium creans edidit ex se quasi alterum se, ac sic illud summum et maximum bonum, quod nobis ex deo suppetit, per eius ad nos propaginem redundauit.

3. Quin et haec simul intellegenda ratio est deum, qui hunc mundum condidit, ei, qui inter cetera pulchritudinis ordinationisque miracula creandi quoque naturam sufficiendis sui cuiusque generis foetibus tribuit, ipsum prius utique habuisse quod dederit. nullus enim dat quod ipse non habeat. qui ergo habuit filium totis sibi similitudinis partibus congruentem — hoc est, unus unicum, probus probum, bonus benignum, beatus beatum, maximus maximum, sempiternus aeternum —, habuit

1 existimantes *a* 2 perfidia *K* et] quaeque et *K* quoque et *a* 3 patuerunt] hoc monstrare potuerunt *a* sed] sed qui (?) *K* 4 tractus *a* contractior] contra eos (eos *in ras.*) *K* 5 ignorantibus] *add.* integra *a* 6 integra *om. a* perpetua] perpraua *K* 8 aliquod *Ka* edere ex se atque] edere extat quae *K* aedere exeat, quę *a* 10 potuisset *a* 11 omnipotente *DK* noluisset *a* in benignissimo (mo *in ras.*) *K* inbenignissimum (*sine puncto*) *a* 12 uideretur] absurdum est (est *s. l.*) uideretur *K* 13 infra *a* 17 se ac sic] se a se *a* 19 quin et] Quare et *K* quinetiam *a* haec simul] hic similis *in ras. K* 21 cuiuslibet *a* 23 habeat] habet *Ka* habuit ergo *Ka*

utique ante mundum creatae subolis principatum, de quo rebus oriundis impertiebatur exemplum, ut gignentium germina suis respondere seminibus cogerentur. nec sane aliter sinebat ordo legitimus, quam ut pater rerum futurus ante esse debuerit pater proprius, hoc est proprii sui foetus.

4. Sed quod editum filium diximus, non sic est accipiendum, tamquam nostri similem habeat ortum natusque ita sit, ut mortales nasci uidemus, cum prorumpente foetu existant quae ante non fuerant. illa enim aliunde insitis concepta seminibus elementorum distantia in coetum sui generis specie coalescunt; hic autem diuinitus nullo auxilio admixtionis externae ex se id, quod in se ac secum semper habuit, eduxit et protulit. ut enim, si lucem nasci ex sole dicamus, quod ab eo procedat et profluat, non utique sic dicimus, quasi aliquando sine luce sol aut esse possit aut fuerit, ut eam tempore aliquo a se superiore generauerit, sed ut, quod secum semper obtinuit, eam de se scilicet genitam sine coepti aliqua distinctione principii, quia semper fulgeat, semper ex se uelut munere reparante conlustret, sic dei filius ab aeterno patri cohaerens hanc quoque eius similitudinem tenuit, ut nec ortum habeat nec occasum. et ut deus sine origine sempiternus, ita et filius sempiternus; et ut deus unus est, simplex idemque, sic cum patre permixtus, ut nominibus et adfectibus distincti quidem, sed idem sint, in ambobus unus et uterque in uno inseparabili maiestate continuus.

5. Deus itaque filium non ex materiis discordantibus trac-

5 cf. Ioh. 5, 18

2 partiebat *K* impertiebat *a* 3 sumebat *K* 4 debuerat esse *K* 7 natusque ita sit] Natus itaque non sic *D* 8 uidemur *D* 9 insitis] in suis *K* 10 distantia in coetum sui generis specie *D* distanciam in coitu sui generis speciem *K* subiectorum coetu in generis sui speciem *a* 11 haec *Ka* diuinitus *om. a* adiunctionis *a* 12 induxit *a* 13 dicamus ex sole *K* 16 posteriorem *Ka* semper secum *K* 17 principio *D* 18 qua *Ka* 19 patri] omni patri *K* (*exp.* omni), *a* quoque] *add.* et *K* 22 sic] et *K* 23 quidem distincti *a* iidem *K* 26 Deus itaque] De hiis itque *K*

tum, sed ex simplici ac singulari naturae suae stirpe ac seminario editum, semper in se habitum nec a se ulla umquam separatione dimissum ita secum continet et amplectitur, ut nihil in ambobus de illa unitate mutetur.

XCIII = XCI
XCIIII = XCVII
XCV *non exstat.*

3 diuisum *K*

I. INDEX SCRIPTORUM.

A. LOCI SACRAE SCRIPTURAE.

(Loci asterisco notati interpretationis antehieronymianae uestigia prae se ferunt).

Genesis *1, 1 . . . 234, 20. 235, 15. 25. 364, 20. 25. 365, 8. 368, 6. — cf. 22, 21
1, 1 seqq. . . . . cf. 22, 14
*1, 2 . . . 67, 19. 238, 17. 22. 238, 25. 429, 21. — cf. 279, 4
1, 2. 3 . cf. 246, 4. 18. 247, 5
1, 3 . . . . . 23, 9. *368, 9
*1, 4 . . . . . 23, 4. 11
*1, 5 . . 247, 18. — cf. 246, 20
1, 7 . . . . . cf. 240, 11
1, 9 . . . . . cf. 240, 19
1, 10 . . . . . cf. 240, 26
1, 11 . . . . . cf. 241, 1
1, 12 . . . . . cf. 241, 22
1, 14 . . . . . cf. 241, 3
1, 14—18 . . . . . cf. 304, 9
*1, 15. 16 . . . . . 248, 13
*1, 16 . . . . . 241, 4. 15. 17
1, 20 . . . . . cf. 242, 4
*1, 21 . . . . . 242, 8
*1, 21. 22 . . . . . 242, 7
*1, 22 . . . . . 399, 18
1, 24 . . . . . cf. 242, 21
*1, 25 . . . . . 242, 23
1, 26 . . . 81, 9. 22. 82, 9. 26. 124, 15. 174, 21. *242, 25. 243, 14. — cf. 47, 25. 243, 10. 377, 7. 410, 17
Genesis *1, 27 . . . 48, 11. 82, 1. 243, 21. — cf. 51, 13. 254, 13
1, 28 . *82, 21. 411, 8. 412, 11. — cf. 399, 20
1, 31 . . . . cf. 33, 3. 242, 24
*2, 3 . . . . . 245, 24
*2, 7 . . . 424, 7. 425, 14. — cf. 50, 18. 243, 7
2, 9 . . . . . cf. 245, 18. 20
2, 15 . cf. 377, 5. 405, 23. 412, 29
2, 16 . . . cf. 256, 21. 377, 10
*2, 16. 17 . . . . . 409, 17
*2, 17 . . . . . 30, 10
2, 21 . . . . . cf. 49, 19
2, 21. 22 . . . . . cf. 48, 4
2, 23 . . . . . cf. 256, 21
2, 24 . . . . . cf. 51, 12
3, 1 . . cf. 58, 11. 15. 410, 24
3, 5 . . . . cf. 19, 5. 409, 6
3, 5. 6 . . . . . cf. 143, 3
*3, 14 . . . . . 58, 19
3, 14. 15 . . . . . cf. 410, 21
*3, 16 . . 411, 2. 7. 14. 412, 1. 8. — cf. 51, 6
*3, 17. 18 . . . . . 412, 22
*3, 20 . . . 67, 15. — cf. 67, 6
*4, 1 . . . . . 137, 19
*4, 6. 7 . . . . . 27, 7
*4, 7 . . 27, 14. — cf. 226, 3
4, 9 . 188, 11. 12. — cf. 151, 11

Genesis 4, 10 . . . . cf. 117, 16
*4, 13. 14 . . . . . 28, 6
*4, 15 . . . 28, 13. 17. 29, 2. — cf. 354, 7
*4, 23 . . . . . 29, 10
*4, 24 . 29, 22. 30, 4. — cf. 41, 12
5, 24 . . . . cf. 75, 1. 265, 19
5, 31 . . . . . cf. 421, 19
5, 32 . . . . . cf. 206, 9
6, 1 . . cf. 206, 9. 421, 15. 20
6, 2 . . . . . cf. 201, 4
*6, 3 . . 68, 3. 239, 19. 421, 7. 21
6, 4 . . . . cf. 201, 4. 421, 10
6, 5 . . . . . cf. 421, 22
*6, 7 . . . . . 68, 4. 421, 22
6, 13 seqq. . . . . cf. 421, 12
6, 19 . . . . . cf. 33, 4
7, 1 . . . . . cf. 75, 2
7, 2 . . . . . cf. 33, 4
*7, 2. 3 . . . . . 3, 18
7, 6 . . . . cf. 206, 9. 421, 15
7, 11 . . . . . cf. 421, 15
7, 21 . . . . cf. 25, 10. 469, 22
7, 21. 22 . . . . . cf. 68, 9
7, 21—23 . . . . . cf. 323, 13
*7, 22 . . . . . 425, 17
11, 1 . . . . . cf. 256, 4
11, 1—9 . . . . . cf. 255, 13
